

Ex libris: Francisci Geldrop

01/6106

Ex libris Francisci Goldrop

Respondendum videtur Consilium huc factum a gentibus
vera Romanae Ecclesiae sensu in multis deflectere, proinde
Annobis merito correctum esse per Caput dignitatis Ecclesiasticae
Diocesis Colonensis Maximilianum Henricum in hoc libello
Decretorum Synodali prout ad oculum, et legenti
partis 3. titulum 3. n. 124.

Ad prolegum huc - Omnes Ecclesiasticos, priusquam Summi pontificis necessitatem allegant appo-
agnoscentis assensu accedat a similibus epactionibus non tantum debere se erigere sed sub poena
excommunicationis lata sententia etiam iuri suo adire vellent non posse. Vide Tit. 12.
§. 12. per totum -

ad. 4. huc solemniter admittitur et in specie quod bene ponatur quod ab ipso iure divino
sunt immutabiles -


Stum simili

ad 6. *Quod* - Authorem hujus Consilii juri Libere in terminis clare contradicere - Nam 11. ff. ad-
mittit Ecclesiasticos jure divino p. a Collectis esse immunes et in quest. 3. 11. 2. ponit imperatorem
v. principem contra jus divinum nihil posse statuere. neq. directe - sive Regularit. - per se - neq.
per obliquum hoc est in casibus extraordinariis si adsit magna causa quod tamen clarius probat
Urbanus & Excommunicationis sententia feriens eum qui directe v. indirecte jurebus Ecclesie prejudicial
vide C. l. 1. 3. cap. 1. §. 8.

ad 8. *Quod* Caesaris auctoritati resisti debet quando auctoritas Dei et ipsius in terris vicarij
sub poena Excommunicationis ita jubet - et nullo modo obligari possunt Ecclesie, ut supplicij ferant laicis
etiam in extrema necessitate, nisi Consultis et Consensibus papa id declaraverit vide loci C. l. 1. §. 11.

ad 9. *Quod* hoc nullum Catholicum posse dicere quia omnis Catholicus hoc dicit per Bullam
Cenac Excommunicat videat loc. C. l. 1. §. 12 per totum - sed nec A Catholicis, quia tunc non
dicit Ecclesiam Catholicam modo tempore principum. Sinarum v. ing. liberam esse quam
fuerit tempore pharaonis qui licet divinae legi notitiam non haberet tamen, omnibus alijs servi-
tuti subiectis Sacerdotis et possessione eorum in pristina libertate et immunitate dimisit vide §. 4. in fine

ad 10. *Quod* si odiosa certe non Deo nec Ecclesie q. eam debere, q. d. audit Ecclesiam sythibitum
omnium et publicanum, quam certe non audit qui eadem e diametro contradicit. id autem
facit qui dicit quod irreposito pontifice p. in casibus simili necessitate abra possit princeps sa-
cularis possit via Executiva contra Ecclesiasticos procedere neq. occulta pontificij dispensatio
ullo modo potest cum fundamento Libintelligi, ubi pontificij Contraria mens clarissime
patet videat C. l. 1. §. 11. et 12 - ff. q. sequentis numeri Latij refutant.



21

K. R. 92

zu
6c

(2°)



DECRET
ET
STATUTA
DIOECESANAE
SYNO-
DUS
COPONENSIS

MAXIMILIANVS

HENRICVS

DEI ET APOSTOLICÆ

SEDIS GRATIA

Archiepiscopus Coloniensis, Sacri Romani Imperii Princeps Elector, per Italiam Archi-Cancellarius, & Sedis Apostolicæ Legatus Natus, Episcopus ac Princeps Hildesienfis, & Leodiensis, Administrator Berchtesgadenfis & Stabulensis, Utriusque Bavarix, Superioris Palatinatus, Westphalix, Angarix & Bullonii Dux, Comes Palatinus Rheni, Landtgravius Leuchtenbergensis, Marchio Franchi-Montensis, Comes Loffensis, Longjensis & Hornensis, &c.

Venerabilibus Nobis in Christo dilectis ac devotis Ecclesiæ Nostræ Metropolitanæ Coloniensis Præposito, Decano & Capitulo, nec non Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Collegiorum Decanis & Ruralibus, Capitulis & Canonicis, Commendatoribus, Prioribus, Guardianis, Rectoribus, Pastoribus, Sanctimonialium Præfectis, Plebanis & Curatis, cæterisque Civitatis & Diocesis Nostræ Coloniensis Clericis & personis Ecclesiasticis tam Regularibus quàm secularibus salutem in DOMINO sempiternam.



INTER cunctas sollicitudines, quibus Suprema Ecclesiæ Capita Sanctissimos nempe Pontifices Pastorale pressit olim, hodièque premit Officium, & debitum Apostolicæ servitutis astringit, illa præcipua est, ut Gregi Dominico ipsis supernâ dispositione commisso animarum cura non desit, ne illum lupus rapax, antiquus serpens, humani generis inimicus invadat, ejusque sanguis de ipsorum (quod absit) clamante Prophetâ manibus requiratur: proinde quantum ex alto permittitur, pacem inferere, scandala remove & jurgiorum materiam amputare nunquam non studuerunt, magno Ecclesiæ bono, maximo animarum fructu, quem Deus omnipotens, & clemens, cujus natura

Extrav. inter cunctas de privileg. inter Communes.

Execl. 3. v. 18. & 27.

P R Æ F A T I O.

S. Leo serm. 2. de Nativit. Domini. tura bonitas, cuius voluntas patientia, cuius opus misericordia, incremento uberiori porro amplificare dignetur.

S. Leo serm. 1. de Annivers. Nos quoque à tempore illo, quò nos divina bonitas ad Supremam Archidiceceos Colonienfis Cathedram nullo Nostro merito, sed ut mirabilem faceret gratiam suam, qui in eum tua merita contulit, in quo meritorum suffragia non invenit,

Cap. antiqua de privileg. Cap. magna de voto.

Sess. 24. de Reformat. cap. 2.

Cap. super specula ne Clerici vel Monachi. Cap. cum ex eo de elect. in 6. Clementina 1. de Magistris.

dignata est provehere, quò pallium, quod plenitudinis Officii Pontificalis insigne est, à Romano Pontifice recepimus; quò vinculo Pastoralis sollicitudinis Ecclesiæ Colonienfi ligari cœpimus, inter curas humeris Nostri incumbentes perpeti curâ revolvimus, ut sacræ & œcumenicæ Tridentinæ Synodo insistentes & Archi-Præsulum piissimæ memoriæ Antecessorum Nostrorum pluribus retrò seculis, imò proximè Decessoris Nostri Ferdinandi felicissimæ recordationis provido regimini inhærentes ea ubique in Ecclesiastica Nostri Jurisdictione spectaremus, quæ Dei gloriam, Ecclesiæ incrementum, Archidicecesani Ordinis & status Nostri honorem ac reverentiam, apud quascunque jurisdictioni Nostre subjectas animas promovere possent, ac proinde studiosissimè in id incumberemus, ut Dicecesin Nostram Divini Numinis favore in diebus Nostri videremus, uti erat in primævo suo flore, Ecclesiasticâ disciplinâ, quæ est morum ordinata correctio, & Regularum à Majoribus traditarum studiosa observatio, vigentem, sacris studiis, quæ post Dei cultum & inculpatos vitæ mores ad universalis Ecclesiæ regimen maximè necessaria sunt, coruscantem & omnis denique virtutis gloriâ rutilantem, hoc est, quod profectò desideranter exquirimus, ad id Nostre mentis sedulò destinamus affectum, ac circa illud diligenti studio & studiosâ diligentiam vigilamus, nec ambigimus, quin ad hujusmodi Nostri desiderium assequendum saluberrimorum statutorum sit expositio congrua, ipsorumque fidelis executio admodum opportuna.

Quapropter prout Archiepiscopalis Officii ratio exigit, communi bono prospicere volentes, ac periculis animarum, Ecclesiarumque Archiepiscopali Nostre jurisdictioni subjectarum dispendiis, congruis remediis (quantùm Nobis ex alto conceditur) salubriter occurrere intendentes, bonos extimulare, errantes in viam veritatis reducere, lapsos erigere, omnes denique Deo, suâ Nobis cooperante gratiâ, lucrifacere consultum atque perutile duximus, ut ita in quibusdam Diceceos Nostre locis, vel subditis incorrupta augetur Religio,

in

P R Æ F A T I O.

in aliis refrigescens Officii sui cura incenderetur, ut apud nonnullos, de quo dolemus ex intimis, extincta reviviscat Sanctarum Nostrarum Constitutionum debita observantia; Cum enim Sacri Canones tanquam Ecclesiasticæ vitæ amulles à Sanctissimis olim Pontificibus constituti, aliæque Sanctiones Apostolicæ Ecclesiæ Universalis latæ omnibus omninò particularibus Ecclesiarum casibus, Provincialibus item ac Diocesanis consuetudinibus, peravitis ritibus speciatim providere omniaque particularia facta exhaurire nequaquam potuerint, hinc injunctæ Nobis debitum servitutis exsolcit, ut quæ ad Diocesi Nostram sollicitè & debitè gubernandam pertinent, uno ordine, succinctâ methodo, omnibus ac singulis cujuscunque in Hierarchia Nostra Ecclesiastica functionis, gradus aut status forent, sic definiremus, ut unanimi sensu suas quisque partes ita perageret, ne vel Hierarchiæ status, vel gradus Harmonia à quopiam turbari conspiceretur; Idque vel tantò magis humeris Nostris onus incumbere dignoscimus, quòd quorundam nimis rigidam, aliorum contrà nimis laxam in suo statu & gradu degeneri consuetudinem animadvertimus, ut vel discretionis sæpenumerò desit moderamen, vel proterva quædam prudentiæ & Religionis adsit exuberantia, ita ut dum consulere disciplinæ, ac opus virtutis exigere volunt, non compatibles naturæ, non æstimantes possibilitatem, austeriora decernant, quàm possit humana conditio sustinere, eaque præfigant, quæ non juvant, sed obstant ad meliora pergenti; Econtrà verò nonnulli perantiquis suis, ut ajunt, consuetudinibus (quæ tamen veriùs in hac parte corruptelæ dicendæ) pertinaciter insistant, adhæreantque, & effrenato quodam vivendi modo libitum pro licentia capientes, & per dissolutionis lubricum & sine ullo rationis imperio gradientes, neglectâ honestatis observantiâ, & gravitate Ecclesiasticæ Religionis abjectâ, vitam suam non sine Dei offensa, propriæ salutis dispendio, & pernicioso sæpè populi talia concipientis exemplo transigant unde fit, ut qui ad reformandos hujusmodi in Nobis subditis mores & actus solertiùs intendere debemus, eorum defectibus vel excessibus occurramus, Reformationisquæ accommodæ remedium apponamus. Insuper Ecclesiarum Regimen, & Deo consecratarum iisquæ appertinentium rerum usum, atque administrationem ita in quibusdam locis vacillare illubentes comperimus, ut Ecclesiæ plurimum damni, læsionis & ruinam ipsam sentire videantur,

S. Ambros.
in Psalm.
118.

S. Hieron.
in cap. 3. ad
Galat.

Cap. cum
tanto de
consuetud.

Innocentius
VI. in Bulla
ad Vilhelmum
Archiepisc.
Colon. quæ
inter ejusdem
status a
refertur
pag. 177.

P R Æ F A T I O.

ipsaque rerum Ecclesiasticarum administratio, non absque irreparabili damno pessum eat, & illud, quod Ecclesiis ultrò delatum est, negligatur; templaque, Altaria, Sacella sanctissimè olim consecrata, & magno à Majoribus studio extructa & ornata suis spolientur ornamentis; quæ profectò cùm animum Nostrum, ut par est, non mediocriter crucient, Prædecessorum Nostrorum tramitem secuti, ea quæ ab iisdem circa hæc salubriter decreta, renovare, & alia quæ ad rem hanc pertinere dignoscuntur, statuere, autoritate nostrâ Archiepiscopali debite cogitamus & resolvimus, neque reprehensibile judicari debet, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, præsertim cùm urgens necessitas, vel evidens utilitas id exposcit, quoniam ipse Deus ex his, quæ in veteri Testamento statuerat, nonnulla mutavit in novo. Præter hæc cùm nonnulli habentes temporale dominium, vel potestatis gerentes officium secularis libertatem & immunitatem Ecclesiasticam lædere ac minuere, tanquam honoris & privilegii Ecclesiarum invidi moliuntur, non attendentes, quòd, quamvis ad manutenendam immunitatem ac conservandam libertatem non modo Ecclesiarum: sed etiam Ecclesiasticarum personarum, eorumque qui in sortem Domini vocati, plurima tam Canonica, quàm legalia edita sint statuta, & diversæ etiam à diversis Nostris Antecessoribus, ac Majoribus super hoc provisiones emanarint, imò immunitas hæc Dei ordinatione constituta, nihilominus excrecente malitiâ quorundam, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, & solo nomine se Christianos gloriantur, diversæ & innumerabiles tribulationes & injuriæ Ecclesiis & Ecclesiasticis personis frequenter & maximè his temporibus inferuntur; expedit quòd autoritate Nostrâ (quos omnium curam & tutelam Ecclesiarum habere convenit) contra talium ausus & conamina opportunum remedium apponatur, ut Ecclesiæ non minùs quàm ipsæ Ecclesiasticæ personæ, in plenitudine juris sui, & integritate libertatis lætentur, ac detestabilis nonnullorum audacia, & insolentium nefaria temeritas, propulsetur.

Et licèt per Dioccesin Nostram in obeundis & administrandis Sacramentis solerter observatus hætenùs sit ritus, in aliis quoque Sacramentalibus agendis, defunctorum humatione, justis persolvendis & similibus concors sit stylus & observantia; ipsorum tamen temporum vicissitudo, & quorundam iis minùs

Cap. non
debet de
consanguini-
tate &
affinis.

Cap. quia
de immu-
nit. Eccles.
in 6.

Engelbert.
Archiepisc.
Colon. in
præfat. sta-
tutorum
suorum
pag. 19.
Concil. Tri-
dent. sess.
25. de Re-
format.
c. 20.

Engelbert.
loc. cit. cap.
quia cit.

P R Æ F A T I O.

minùs probè servientium incidens negligentia, vel affectata incuria hoc etiam in genere quippiam vel obliterare, aut prædictorum rituum & avitarum consuetudinum faciem immutare facilè possent, quæ omnia sicut monet Apostolus, ut honestè & secundùm ordinem fiant, non tam utile, quàm expediens fuerit hujusmodi emerfuris defectibus anticipatè prospicere, quàm post vulneratam causam medelam investigare.

1. Cor. 14.
v. 40.

Nec minùs pro concredito grege quàm ejus Rectoribus juxta debitum ministerii Nostri Pastoralis onus, attentâ diligentia & diligenti attentione solliciti ac vigiles circa Prælatos, Parochos, Regulares, aliasque personas Ecclesiasticas cujuscunque gradus ac dignitatis, quos jurisdictionis Nostre & Autoritatis Archiepiscopalis quovis modo consortes esse volumus, sui quoque Officii commonefacere necesse duximus.

Proinde vos, qui Christo proximi esse debetis, qui in Clero ceu Duces & Principes ad abolendas subditorum maculas cæteris præminetis, immaculatam & irreprehensibilem traducere vitam necesse est, ut is qui ex adverso est, vereatur nihil habens malum dicere de vobis. Si enim hi, qui in populo Dei eminent, potenti Spiritus Sancti virtute animati ac vegetati ab omni infirmitate sua convaluerint, ac salutari virtutum omnium unguento perfusi fuerint, fieri non potest, quin eorum virtus vicina membra corripiat, foveat & vegetet; nimirum ut quemadmodum unguentum illud, quod descendit in barbam Aaron, mox pervasit extremam vestimenti ejus oram, sic Christi bonus odor veraque pietas, ubi primos quosque Christiani populi Rectores eorumque Cooperatores invaserit, veraque sanctitatis gustu & fructu immutaverit, mutantur mox alii omnes horum autoritate, exemplo & vitæ merito, & de hoc dubitandum non esse monet Sacro-Sancta Tridentina Synodus; verè enim veræ virtutis cupidinem ingenerat visâ toties aliena virtus; Econtra verò, si ii, qui animabus curandis præpositi sunt, & oculi Episcoporum, ut loco ipsorum per Episcopatum prospicientes, quæ corrigenda viderint, corrigant, in jure appellantur, factis ipsis ac vitæ actionibus, quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus, se muneri suo conformes non ostendant, scandalum poterit laicorum mentibus generari dicentium: ubi est Deus Clericorum? quod enim agitur à Prælati, in exemplum facile trahitur à subditis; juxta quod Dominus ad Moysen ait: si Sacerdos, qui est unctus, peccaverit, faciet delinquere popu-

Ad Tit. 2.
v. 8.

Octavius
Frangipannus Episcopus
Tricarvensis ad Ferdinandum
Archiepiscopum
Colonien.
Coadjutorem.

Psal. 132.
v. 2. & 3.

Sess. 25. de
Reformat.
cap. 1.

Cap. adhuc
de offic. Archiepiscop.
Trid. loc.
cit.

Cap. magne de voto.

Levit. 4. v.

P R Æ F A T I O.

S. Greg. part. 3. Paf. cap. 5. lum. Quare Prælati & Pastores fcire debent, quia fi perverfa unquam perpetrant, tot mortibus digni funt, quot ad fubditos fuos perditionis exempla tranfmittunt, unde neceffe eft, ut tantò fe cautiùs à culpâ cuftodiant, quantò per prava, quæ faciunt, non foli moriuntur, fed aliorum animarum, quas pravis exemplis deftruxerunt, rei funt; bonis itaque fubditis bene vivere ad falutem fufficit, Prælati verò propria vita non fufficit, fic nempe integritas præfidentium falus eft fubditorum.

S. Bernard. ferm. 76. in Cant. Quapropter attendite vobis & pretiofo depofito, quod vobis concreditum eft, illudque infigne Chrifti verbum quod hinc difcedens, Petroque oviculas fuas committens, poft tertiam demùm dilectionis ftipulationem, promiffionemque uti ultimum elogium ac memoriale fideliffimè diligentiffimèque inculcavit, & mente & opere tenete, quod eft, pafce agnos

Joan. ult. v. 15. & 16. meos; ne fitis tanquam lupi rapaces, vulpeculæ vineam Domini demolientes, turpis lucri cupidi in ovile irrepentes, qui

In Cap. 6. Joan. 34. Cap. 7. 2. ut præclare loquitur S. Auguftinus, non quærunt JESUM propter JESUM, fed ut faturentur de panibus; quibus procul dubio illud, quod eft apud Ezechielem, dicitur: Væ Paftoribus Ifrael, qui pafcebant femetipfos. Verùm econtra illud Apo-

1. Pet. 5. à v. 2. ftolorum Principis paræneticum oculis & mentibus infigentes, pafcite qui in vobis eft, gregem Dei, providentes non coactè fed fpontaneè, fecundùm Deum, neque turpis lucri gratiâ, fed voluntariè, neque ut dominantes in Cleris, fed forma facti gregis ex animo, & cum apparuerit Princeps Paftorum percipietis immarceffibilem gloriæ coronam; oportet proinde, ut qui in partem follicitudinis Noftre affumpti, & à Deo fortiffimo Zelote pofti eftis, quali Cuftodes in vineis, Zelo Zelantes affiftatis Nobis; Eftote in Paftorali veftro munere ftrenui, in exequendis hifce Decretis indefatigati, nam parum

Cap. periculoso 5. & quoniam de ftatu Regularium in 6. eft condere jura, nifi funt, qui ea debite executioni demandent; eftote veri Paftores, acerbas illas reprehenfiones horribilesque minas quas ignavis Paftoribus non minùs Propheti- cæ, quàm Evangelicæ & Apoftolicæ voces uniformi confenfu terribiliter intentant, vehementer horrete, quæ à vobis defiderantur, gnaviter adimplete, ut Dei iram declinare poffitis,

Heb. 10. v. 31. Pontificale Rom. tit. de Ordin. Presbyt. fcientes quòd fit horrendum incidere in manus Dei viventis, fit doctrina veftra fpiritualis medicina populo Dei, fit odor vitæ veftræ delectamentum Ecclefiæ Chrifti, ut prædicatione atque exemplo ædificetis domum, id eft familiam Dei, quatenus nec Nos de veftra profectione, nec vos de tanti oneris fufcep-

ptione

P R Æ F A T I O.

tione damnari à Domino, sed remunerari potiùs mereamur.

Quæ quidem omnia & singula, cùm in Diœceseos Nostræ florem vigoremque non tantùm salutaria & utilia, verùm ad Ecclesiastici status, totiusque Cleri conservationem pernecessaria Nobis visa sint, officii commissi memores, jurisdictionisque Archiepiscopalis debitum exequi volentes, ad bona inferenda, prava evellenda, omnesque laudabiles constitutiones consuetudinesque Diœceseos Nostræ conformandas, & siquæ subditorum Nostrorum, super quorum universalem curam & custodiam fuimus constituti, neglectu sopita, temporumque iniquitate non nihil obfuscata sint, resuscitanda ac redintegranda, quod majores ac Prædecessores Nostri magno sæpè animarum fructu fecerunt, id etiam sub spe consimili à Nobis faciendum, præsertim in tanta rerum jam commemoratarum, quam deprehendimus apud nonnullos, varietate, non solùm utilissimum, sed etiam omninò necessarium judicavimus.

Idcirco Nos ex prænominatis, aliisque causis rationabilibus, quæ ad id animum Nostrum induxerunt de communi consilio pariter & assensu venerabilis Capituli Nostri Metropolitanæ universum Diœceseos Nostræ Clerum ad Diœceseos ejusdem Metropolitim Coloniam Agrippinam nuper congregari, Synodumque celebrari jussimus, prout tunc invocato Spiritus Sancti auxilio eandem effectivè celebravimus, cui etiam prout par erat, Archiepiscopali Nostrâ autoritate Nos ipsi præsedimus, eo fine ut succinctâ methodo, facili ordine, omnibus & singulis Diœceseos Nostræ, quorum intererat membris, toti que Clero palam faceremus, quid cuique in suo gradu, statu & ordine salubriter juxta ac utiliter observandum velimus, quod ut in oculis ac manibus pariter versaretur omnium, constitutiones Nostras Synodales autoritate Nostrâ prædictâ publici juris facere, & prælo committere decrevimus, & in hanc formam Reverendi Nobis sincère dilecti Georgii Pauli Stravii Episcopi Joppensis Nostri, dum viveret in Pontificalibus & Spiritualibus Vicarii Generalis operâ ac studio non mediocriter adjuti redigi fecimus. Porrò cum nihil æquè imperii imbecillitatem prodat, quam legum multiplicitas & observantium raritas, muneris Nostri est, summo id agere studio, ut quæ tam maturo discussa sunt judicio, tamque salubriter decreta, optatissimum sortiantur effectum. Nos itaque autoritate ordinariâ omnibus & singulis Nostræ jurisdictioni subiectis, Apostolicâ verò etiam exemptis, ut hæc decreta, omniaque

que

P R Æ F A T I O.

que & singula in eis contenta juxta tenorem suum, inviolabiliter & ad amussim observent & exequantur, districtè mandamus atque præcipimus.

Eâdem quoque Authoritate imperamus omnibus & singulis ad quos id spectat, ut etiam adhibitis, si necesse fuerit, censuris Ecclesiasticis, aliisque juris remediis, ac etiam invocato brachii sæcularis auxilio (si quorundam pertinax obstinatio aliter frangi nequeat) omnes sibi subjectos eadem observare realiter & cum effectu curent, atque compellant; ut verò eorum, quæ in hisce decretis Nostris præfiguntur, nullus ignorantiam prætereat, volumus atque etiam seriò præcipimus, ut omnes & singuli (quorum interest) eadem statuta quamprimum procurent, studiosè evoluant, & magnâ attentione ruminent, non tam ut sciant, quàm ut exactissimè observent, & opere adimplere satagant, frustra enim illa custodientur memoriâ, si non custodiantur & vitâ. Quapropter quotquot sive ordinaria Nostræ, sive Nobis à Sede Apostolica & Concilio Tridentino delegatæ jurisdictioni subjecti estis, magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis: hæc enim facientes non peccabitis aliquando, sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in regnum æternum Domini & Salvatoris JESU CHRISTI.

2. Pet. 1. v.
10. & 11.



DIRECTORIUM
SYNODALE

DIRECTORIUM
PRO
SYNODO DIOECESANA
COLONIENSI
CELEBRANDA
Coloniae in Ecclesia Metropolitana

**DIRECTORIUM
SYNODALE.**

SYNODALE
DIRECTORIUM

DIRECTORIUM

PRO

SYNODO DIOECESANA

COLONIENSI

CELEBRANDA

Coloniæ in Ecclesia Metropolitana

Anno M. DC. LXII.

Die vigesimâ Mensis Martii. & sequentibus.

Circa quam considerata sunt,

PRÆLIMINARIA.

AGENDA APPROPINQUANTE DIE PRÆFIXA.

AGENDA PRIDIE DIEI.

PRIMA DIE SYNODI AGENDA MANE
ET POST PRANDIUM.

SECUNDA DIE SYNODI MANE ET
POST PRANDIUM AGENDA.

ULTIMA DIE AGENDA.

POST SYNODUM AGENDA.

DIRECTORIUM
PRÆLIMINARIA.

- I. **C**apitulo Ecclesiæ Metropolitanæ exponenda intentio de habenda Synodo, ut de ejus consilio omnia fiant.
- II. Ediçtum de celebranda Synodo affigendum ad valvas Ecclesiæ Metropolitanæ, aliarumque Ecclesiarum celebriorum tam intra, quàm extra Civitatem, & mittendum tempestivè ad omnes Dioceseos Prælatos, & Superiores, Archidiaconos, Decanos Rurales atque per hos ad singulos Pastores.
- III. Adjungendæ literæ Monitoriæ cum instructione brevi, quomodò & qualiter ante & in ipsa Synodo quisque se gerere debeat.
- IV. Tabula totius Cleri Diocesis Coloniensis tam exempti, quàm non exempti, dummodò aliàs cessante exemptione interesse debeant Synodo, conficienda est, ut secundùm illam omnes & singuli citari, in Synodò evocari, & absentes contumaces puniri possint.

- I. **A**ppropinquante die præstitutâ designandus, disponendus & ornandus erit locus Synodi, itemque, Altare separatum pro Venerabili Sacramento exponendo, Altare pro summa Missa, Sedes & Credentia, aliaque ordinaria pro Serenissimo juxta summum Altare, Thronus Synodalis pro Serenissimo, ornatu rubeo, subsellia hinc inde pro Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ, ornatu viridi, sedes minores pro Assistentibus itemque pro iis, qui operam suam navant in Synodò, in specie pro Directoribus & Promotoribus duobus, Secretario, atque Actuario, & Lectore, omnia colore violaceo tecta, Cathedra pro Sermocinatore & Lectore Decretorum. Ordinanda quoque loca pro Prælati mitratibus, nec non Sæcularibus & Regularibus, aliisque Decanis Ruralibus, Pastoribus & aliis in Tabula totius Cleri nominatis, idque tali ordine, ut nullus de aliquo præjudicio justam querelæ causam habeat.
- II. Designanda hospitia pro Clero Extraneo, si fieri potest, apud Ecclesiasticos Ecclesiæ Metropolitanæ viciniore, eoque fine constituendus tempestivè hospitiorum Præfectus qui adventantibus loca cuilibet congrua designet, quæ sumptibus quisque propriis, triduo Synodi durante, incolat.

III. Mature

SYNODALE.

III. Mature providendum de personis in celebratione Synodi necessariis, quales sunt :

Celebraturus Missam Synodalem primâ, secundâ ac tertiâ die.

Assistentes Serenissimo in Missa, & extra illam in Synodo.

Directores Synodi.

Cæremoniarius Synodalis.

Sermocinatores duo.

Secretarius sive Actuarius.

Lector unus, vel plures.

Cantores & Musici.

Ostiarii, & alii famuli Cursores.

IV. Aliæ quoque personæ designandæ sunt, quarum pleræque deindè in Synodo ipsa publicè nominantur, videlicet:

Executores Decretorum & Promotores Synodales duo.

Judices querelarum & excusationum.

Confessarii Cleri cum potestate absolvendi à Reservatis durante Synodo.

Judices Causarum Apostolicarum.

Examinatores Parochorum & Ordinandorum ad Curam.

Librorum Censor.

Pœnitentiarius.

Commissarii Seminarii.

Recognitores onerum & numeri Missarum.

Testes Synodales.

V. Tempestivè quoque prospiciendum de illis, quæ vel typo imprimi, vel manu scribi debent.

IMPRIMENDA SUNT.

Primo, Edictum sequentis tenoris :



MAXIMI

MAXIMILIANVS HENRICVS,

DEI GRATIA

ARCHIEPISCOPVS COLONIENSIS,

Sacri Romani Imperii Princeps Elector, per Italiam Archi-
Cancellarius, & Sedis Apostolicæ Legatus Natus, Episcopus
ac Princeps Hildesienfis, & Leodiensis, Administrator
Berchtsgadensis & Stabulensis, Utriusque Baviaræ, Super-
ioris Palatinatus, Westphaliæ, Angariæ & Bullonii Dux,
Comes Palatinus Rheni, Landtgravius Leuchtenbergensis,
Marchio Franchi-Montensis, Comes Loffensis, Longiensis
& Hornensis, &c.

*Venerabilibus Nobis in Christo dilectis ac devotis, Ecclesiæ Nostræ
Metropolitane Colonienfis, Præposito, Decano & Capitulo, nec
non Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Collegiorum Decanis
& Ruralibus, Capitulis & Canonicis, Commendatoribus, Prio-
ribus, Guardianis, Rectoribus, Pastoribus, Sanctimonialium Præ-
fectis, Prioribus seu Confessariis, Plebanis & Curatis, aliisque
Ecclesiasticis personis, tam Regularibus, quàm secularibus quibus-
cunque per Civitatem ac Dioccesin Nostram Coloniensem ubilibet
constitutis, exemptis æquè ac non exemptis omnibus ac singulis,
quotquot de jure, vel consuetudine Synodo Diocesana Colonienfi
interesse possunt ac debent, salutem in Domino sempiternam.*



ET S I, quod à Nobis exigit Pastoralis Officii
ratio, jam inde ab initio Nostræ ad Metro-
politana Coloniensem Ecclesiam, cui à
misericordissimo Domino, sine meritis No-
stris, in Sponsum & Pastorem dati sumus,
promotionis, in eam semper curam Deo
aspirante omni conatu ac indefessâ sollici-
tudine incubuerimus, quâ ratione Domini-
co gregi custodiam simul ac disciplinam ad-
hiberemus, nec difficile esset advertere cor-
ruptos injuriâ temporum non minùs, quàm hominum incuriâ in ea-
dem Ecclesia Nostra mores Cleri simul ac populi, labefactatamque
fidem Orthodoxam, non aliâ ratione meliori, quàm quæ à sacris Ca-
nonibus, & signanter Concilio Tridentino præscripta, Majorumque
ac Prædecessorum Nostrorum salubri exemplo frequenter compro-
bata fuit, reformari atque in melius restaurari, atque ita reformata ac restau-

DIRECTORIUM SYNODALE.

restaurata conservari ac stabiliri posse, proindeque nihil magis in votis Nostriis ac desideriiis habuerimus, quam solemnem exactamque ad præscriptum eorundem Canonum, & SS. Concilii, Synodum Diœcesanam celebrare, eique non solum præsidere personaliter, sed etiam solido veluti fundamento successuras deinceps annis singulis Synodos superstruere, in quibus tum ea, quæ ad Dei imprimis honorem, cultum Sanctorum, ac divinum Officium promovendum, depravatos Cleri & populi Nostri mores formandos, tollenda errores & schismata, Religionis integritatem, pietatem, disciplinamque Ecclesiasticam restauranda, viderentur conducere maturo consilio deliberatè ordinarentur ac decernerentur: Ab ea tamen cogitatione frequenter, & quod, non sine magno animi dolore, experiri Nos oportuit, continuis ferè impedimentis, non quidem planè revocati, plurimum tamen abstracti fuimus. Inprimis enim Nostri ad Coloniensem hanc Ecclesiam profectio in ea tempora incidit, quibus non ipsa duntaxat Ecclesia ac Diœcesis Nostri, sed universa propemodùm Germania, ex atrocissimo plurimorum annorum bello vix aliquantulum respirans, Clericos passim videre coacta est à beneficiis & possessionibus suis exules, Pastores percussos ovesque gregis dispersas, omni fermè earundem congregandarum spe sublatâ, nisi & ferventiores ad Deum preces & contans fiducia, ac longanimitas ipsaque potissimum populi inexplicabilis miseria Divinum Numen ad misericordiam, ut sperare fas est, permovissent, ac tandem post annorum aliquot curricula, Clerus Ecclesiis & populo, uterque suis sedibus, ejusdem Numinis bonitate fuissent restituti: adeo verò etiam postliminiò reversis, & antecedentium temporum difficultatibus fuerunt accisa ac penè nulla temporalium rerum (sine quibus egrè spiritualia tractantur atque subsistunt) subsidia, ut in summis illis temporum rerumque angustiis, difficillimum profectò fuerit, Prælatos, Pastores, aliosque Diœcesis Nostri Sacerdotes & Clericos, per eandem longè latèque diffusos, sumptibus, itineribus & incommodis non modicis in unum, prout in Domino optassemus, congregare non solum, sed, quod rerum tractandarum gravitas exposcebat, per dies plures extra proprii quemlibet domicilii ac Residentiæ loca, diutiùs in Civitate Nostri distineri. Accesserunt his impedimentis præter publica, eaque gravissima, universum Imperium Romanum contingentia negotia, etiam vicinorum Regum dissidia, quibus componendis non curam ac sollicitudinem duntaxat, sed propriam quoque personam impendere necessarium habuimus.

Nunc posteaquam, singulari Dei benignitate à præfatis aliisque turbis & obstaculis non nihil expeditos esse concessum est; Nos tempus hoc divinæ Majestati suæ beneplacitum & acceptabile futurum rati, ejusdem gratiâ aspirante mentem animumque Nostri ipsaque cordis & animi penetralia novis iisque fortissimis motibus pulsari sentimus, desideriumque quotidie crescens experimur, quò tandem Prælatos, & Clerum Pastoralis Nostri sollicitudini commissos, Nobiscum in Dei nomine congregatos videre, eosdem paternè amplecti universos, atque unâ cum iis congregatis, Spiritu Sancto prævio ac ductore, verba salutis tractare, definire, decernere, Nobis, concedatur.

○ Igitur in Nominis Dei Omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, deque ejusdem Sanctissimæ Trinitatis adjutorio humiliter confisi;
Synodum

DIRECTORIUM

Synodum Diœcesanam Coloniensem indicendam & celebrandam esse constituimus, prout eandem de venerabilis Decani & Capituli Nostri Metropolitanæ consilio pariter & assensu indicimus, & ad Dei gloriam, Clericæ ac populi Nostri salutem, celebrandam esse decernimus in Civitate Nostra Coloniensi, atque in Ecclesia Metropolitana, Feriâ secundâ post Dominicam Lætare, quæ erit vigesima Mensis Martii, currentis hujus Anni Millefimi sexcentefimi sexagesimi secundi, cum continuatione dierum sequentium, quotquot ad res in ea tractandas erunt necessarii. Vos igitur Præpositum, Decanum & Capitulum Ecclesiæ Nostre Metropolitanæ prædictæ, Abbates, Præpositos, Archidiaconos, Decanos Collegiorum & Rurales, Capitula & Canonicos, Commendatores, Priores, Guardianos & Rectores, Pastores, Sanctimonialium Præfectos, Priores, seu Confessarios, Plebanos & Curatos, aliasque Ecclesiasticas personas, tam Regulares, quàm seculares quascunque per Civitatem & Diœcesin Nostram ubilibet constitutas, exemptas æquè, ac non exemptas, quotquot de jure aut consuetudine, Synodo Diœcesanæ Coloniensi interesse potestis ac debetis supradictas omnes & singulas tam Sacri Concilii Tridentini, quàm Ordinariâ Nostriâ autoritate, in Domino requirimus, hortamur & monemus, atque etiam sub pœnis & censuris in jam dicto Concilio expressis, & aliâ à jure contra inobedientes & contumaces decretis, & eisdem infligi solitis, præcipimus & mandamus, ut in diem ac locum Synodo Coloniensi Diœcesanæ, ut præfertur, celebrandæ, præstituta, per vos ipsos, vel si justo impedimento fueritis detenti, de quo Nobis fidem facere teneamini, per legitimos Procuratores & Nuntios tempestivè occurratis, & manè ad sonitum campanæ majoris, in habitu ac tonsura Ecclesiastica, prout uniuscujusque dignitati ac Ordini congruit, compareatis, Sacro Missæ Officio celebrato (in quo Divini Numinis opem ad hoc devotè implorabitis) Nobiscum ea peracturi, quæ ad ejusdem Numinis laudem & gloriam, Ecclesiæ Catholicæ, & Diœcesis Nostre Coloniensis spirituale incrementum, Cleri ac populi mores formandos, Ecclesiasticam disciplinam promovendam, restaurandam Religionis integritatem, & salutem deniquè animarum quomodolibet esse necessaria videbuntur vel opportuna.

Quod si, monitione ac mandato Nostris non attentis, aliqui ex vobis ad Synodum à Nobis per præsentis literas legitimè indictam venire, atque in eadem comparere neglexerint aut contempserint, Nos contra inobedientes & contumaces hujusmodi, pœnas & censuras illas, quas tum Sacrum Concilium, tum jura Canonica in ejusmodi statuunt, aliasque arbitrarias infligendo, nihilominus, eorum inobedientiâ seu contumaciâ non obstante, ad Synodi celebrationem, usque ad executionem eorum, quæ in ea decernentur ac statuentur, omnium & singulorum, procedemus & faciemus procedi. Volumus autem, ut omnes & singuli Ecclesiarum Prælati, Archidiaconi & Decani, quamprimum ad eos præsens Nostrum edictum pervenerit, in singulis Ecclesiis, eorundem curæ vel inspectioni commissis, ubi id commodè fieri poterit, duas ad minùs hebdomadatim Missas pro felici successu Synodi, usque ad ejusdem exitum, dici procurent, populùmque sedulò faciant admoveri, ut assiduis precibus à Patre Misericordiarum ac Deo totius Consolationis assistentiam Sancti Spiritus efficacem Nobis imploret,

SYNODALE.

ploret, quâ suffulti, consilia, sermones actionesque Nostras in finem dirigamus, qui est Christus JESUS Redemptor Noster, cui in Sanctitate & justitia servire Nos oportet omnibus diebus Nostris.

Ut autem hæ literæ ad omnium, quorum interest, notitiam deveniant, earum exemplaria typis excusa, & Nostro sigillo munita valvis Ecclesiarum Nostræ Metropolitanæ, nec non Collegiatarum SS. Cassii & Florentii Bonnæ, S. Victoris Xantis, S. Patrocli Sufati, S^{mæ} Virginis Mariæ Dusseldorpii, S. ~~S~~Wiberti Cæsaris insulæ, S^{mæ} Virginis Matris Resæ, S^{mæ} Virginis Mariæ Juliaci, SS. Chrysanthi & Dariæ Monasterii Eiffliæ, S. Quirini Novesii, S. Walburgis Meschedæ, S. Martini Kerpenæ, S. Hyppoliti in Gerresheim &c. affigi, & ad singulos Decanos Rurales destinari volumus, perque earum affixionem & insinuationem eos omnes, quos concernunt, non secus obligatos esse declaramus, quàm si ipsismet coram prælectæ ac insinuatæ fuissent.

Secundò, literæ Monitoriæ sequentis tenoris:

IUSSU & autoritate Reverendissimi & Serenissimi Principis ac Domini Nostri Clementissimi, D. MAXIMILIANI HENRICI Archiepiscopi Colonienfis &c. omnibus & singulis de Clero Civitatis ac Diœcesis Colonienfis &c. Sæcularibus & Regularibus, quorum interest, notum sit, postquam Serenissima sua Celsitudo per patentes suas literas sub die primâ Mensis Februarii hujus anni emissas, Synodum Diœcesanam in Civitate Colonienfi, atque in Ecclesia ejusdem Metropolitana die vigesimâ Mensis Martii anni jam dicti inchoandam, & cum continuatione dierum sequentium prosequendam ac debito fine terminandam indixit, cupiatque & exoptet omnia in illa quàm decentissimè atque secundum ordinem fieri, qui deceat Congregationem Sanctorum, Hinc ejusdem Reverendissimæ ac Serenissimæ Celsitudinis suæ auctoritate & mandato monentur inprimis omnes quarumcunque Ecclesiarum Collegiatarum, nec non Conventuum ac Collegiorum Religiosorum Prælati, Rectores ac Superiores, Decani item Rurales, & Pastores, ut, juxta tenorem Archiepiscopalis Edicti, duas ad minus Missas hebdomadatim in eorum Ecclesiis celebrari procurent, pro felici successu Synodi, usque ad ejus Conclusionem.

2. Sanctimonialibus autem in suis Monasteriis & Conventibus hymnum *Veni Creator* &c. cum Oratione de Spiritu Sancto, & Litanias omnium Sanctorum eâdem intentione, dicant omni die in Choro post Missam Conventualem, vel horâ opportunâ. Deinde omnes & singuli de Clero foraneo per præfatum edictum citati, pro die ipsius Synodi celebrandæ circa meridiem se sistant in Civitate Colonienfi, apud Magistrum Latorum Curia Nostræ Archiepiscopalis Nicolaum Thoni, in Aula ibidem Nostra Colonienfi designatum ad hoc Præfatum, ut si qui ex illis propria, vel aliâs conductâ non habeant diverforia, illis à jam nominato Præfeto hospitia assignentur, durante Synodo, propriis cujusque ac moderatis sumptibus incolenda.

3. Archidiaconi majores & minores ad Serenissimum ejusque Vicarium in Spiritualibus Generalem tempestivè, atque ad minus octiduo ante Synodum mittant numerum ac nomina Decanatum, &

(:)

Decano-

DIRECTORIUM

Decanorum Ruralium intra fines seu terminum Archidiaconatuum five Regiuncularum curæ suæ commissarum, Constitutorum, nec non Collegiorum, Monasteriorum, Cōventuum & Foundationum piarum.

4. Decani Rurales omnes quartô ante inchoandam Synodum die compareant personaliter, atque coram eodem Nostro Vicario aliisque ad hoc deputatis deponant quàm exactissimè nomina Pastorum, Vice-Pastorum seu Curatorum, beneficiatorum quoque aliorum, etiam sine cura, in singulis Ecclesiis proprii cuiuslibet Decanatus existentium.

5. Pastores similiter tam sua, quàm quorumcunque beneficiatorum, nec non locorum piorum in districtu Parochiæ suæ existentium nomina, ac seriem in ipsa Synodo exhibere parati sint.

6. In loco Synodi omnes compareant in tonsura ac habitu Ordini, dignitati, ac statui cuiusvis congruente; Ecclesiæ Metropolitanæ Canonici habitu Choralis albo induti, Abbates mitrati sine pedo, pluviali rubeo, ac mitrâ simplici (exempti tamen uti poterunt auriphrigiatâ) Præpositi similiter, Archidiaconi & Decani Civitatis Colonienſis pluvialibus vestiti, reliqui tam Prælati, quàm Canonici in habitu suo Choralis albo, Regularium Ecclesiarum Præpositi ac Superiores, nec non Rurales Decani stolis rubeis latioribus, denique Parochi stolis ordinariis, omnes verò & singuli superpelliceis mundis, & cum quadrato seu bireto decenti comparebunt, breviarium secum, & nomen tum proprium, tum titulum beneficii ac provisionem, aliaque superius expressa deferentes.

7. Tam Decani Rurales, quàm Pastores & Curati omnes ac singuli in promptu habeant, scriptoque commonſtrent, quid, quantumcunque ex antiqua consuetudine sint pendere soliti, imprimis ad taxam ordinariam pro subsidio, deinde pro Decimatione, denique pro Cathedralico, quod tamen pro hac vice remittitur, idque juxta formulas infra-scriptas.

8. Necessarias in aliquot dierum victum, quatenus Synodus duraverit, expensas, omnes Pastores ad manum habeant, Oeconomus seu Collector in hanc rem deputato depromendas.

9. Nemo eorum qui vocati sunt ac citati, qui que huic Synodo interesse debent, per Procuratorem, nisi gravissimâ urgente causâ, atque in procuratorio explicatâ, sed personaliter omnes compareant.

10. Parochi, qui Capellanos aut Vicarios non habent, pro eo tempore quo Synodus durabit, ipsique absentes fuerint, pro servitio Ecclesiarum suarum tantisper surrogent Sacerdotes alios Seculares, vel Regulares autoritate ordinariâ approbatos.

11. Omnes & singuli de Clero Sacerdotes, ac non Sacerdotes, quicumque Synodo intererunt, præparati sint ad sacrificandum tempestivè primâ die Synodi, vel sacram Communionem sumendam ex manibus Serenissimi & Reverendissimi Domini Archiepiscopi, quo fine, atque ut eò dignius quisque se ad sacram Synaxin præparat, unus aut plures in Ecclesia Metropolitana præstò erunt Confessarii, qui omnes & singulos ad se recurrentes tum ante tum ipsâ Synodo durante à peccatis & censuris quibuslibet Ordinario reservatis, absolvere possint, aliis quoque diebus non omittant Presbyteri necessitates Ecclesiæ Colonienſis Deo per Missæ sacrificium, reliqui autem de Clero, per frequentiores preces humiliter ac devotè commendare.

12. Non

12. Non solum autem in ipsa Synodo, atque in Ecclesia, sed etiam foris in diversoriis, & in publico omnes modestè, graviter Religioseque versentur, Directoribus, Præfectis & Cæremoniariis obtemperent, ac tales ubique se præbeant, quales esse & conspici decet Christi & Ecclesiæ ministros.

13. Si quæ pro necessitate, vel decore Ecclesiæ proponenda sint ad Synodum spectantia, ea tempestivè ad SERENISSIMUM, ejusvè Vicarium destinentur brevi scripto, ut eorum si expediens fuerit, in ipsa Synodo haberi ratio possit.

14. In processionibus, sessionibus, stationibus, aliisque actionibus ea habebitur ordinis ratio, ut consuetudo cum possessione moderna pro norma sit; Decani autem Rurales, juxta ordinem suæ promotionis sedcant atque incedant, omnes verò sciant, nemini ex inferiori, vel superiori cujusquam sessione præjudicium aliquod creandum fore. Formulæ autem de quibus superius est facta mentio sunt sequentes.

Pro Decanis Ruralibus.

EGO NN. Pastor in N. Decanus Christianitatis N. sub Archidiaconatu N. constitutæ, habeo sub meo Decanatu Parochias numero NN. inter quas aliquæ sunt filiales videlicet N. dependens à Matrice N. item N. dependens à Matrice N. Capellas N. Parochia N. sicut ex antiquis documentis constat solvere consuevit ad taxationem tantum (NB. exprimitur quantitas monetæ) ad decimationem tantum, & ad Cathedraticum tantum.

Pro Pastoribus.

EGO NN. Pastor in N. sub Decanatu N. constitutus habeo adjuutores & beneficiatos in Ecclesia mea Parochiali imprimis N. Vicarium, N. Capellanum, N. Beneficiatum, N. Altaristam, Collatores eorundem sunt NN. item sunt intra districtum Parochiæ meæ Monasteria N. Virorum Ordinis N. item N. Virginum Ordinis N. Capellæ, loca pia NN. Mea Parochia antiquitus pendere consuevit ad taxam, tantum, ad decimam tantum, ad Cathedraticum tantum. Vicarius dare consuevit ad taxam tantum, ad decimam tantum, ad Cathedraticum tantum. Ego NN. Pastor ut supra m p.

Tertio, Professio fidei Catholicæ, quæ habetur Statutorum Synodaliū pag. 7. & 8.

Quarto, Acclamationes sequentis tenoris:

DEo Patri Misericordiarum, & Deo totius Consolationis & gratiæ omnis laus, honor & gloria in sæcula sæculorum. fa fa fa re.

Respondent omnes: Amen, Amen, Amen.

BEatissimo Papæ Alexandro, Sanctæ & Universalis Ecclesiæ Pontifici, Christiani nominis in omnes terrarum partes propagatio, cunctarum gentium obedientia, pax vera, diuturna prosperitas.

DIRECTORIUM

Resp. Domine Deus Sanctissimum Patrem Nostrom Ecclesie tuæ conserva, mitte illi auxilium de Sancto, ut eo gubernante gentes omnes illuminentur, & , quæ dispersæ sunt, in unum Ecclesie tuæ ovile colligantur.

Imperatori Leopoldo & omnibus Principibus Christianis Catholicae Religionis Zelus, justitia & pacis fecunditas & contra Christianæ fidei hostes Victoria.

Resp. Princeps cælestis terrenos Principes Catholicae fidei, æquitatis & concordie conservatores, atque hostium nostrorum exanimatores custodi.

Reuerendissimo & Serenissimo Antistiti Nostro, hujus Synodi Præsidi, ejusque Ministris salutaris vigilantia, in laboribus constantia, & felix exitus.

Resp. Omnipotens Deus super Antistitem Nostrom benedictionum tuarum dona multiplica.

Civitati & Diœcesi Coloniensi tranquillitas, salus & divinarum gratiarum abundantia.

Resp. Benedic Domine filios tuos & esto in circuitu populi tui ex hoc nunc & usque in sæculum.

Maximiliano Henrico Archiepiscopo & Pastori vigilantissimo, disciplinae Ecclesiasticæ Assertori perennes gratias.

Resp. Perennes gratias, incolumem salvumque illum Nobis Dominus diutissime custodiat atque conservet.

Totius Synodi Clero atque Conventui pacem, concordiam & gratiam à Domino.

Resp. Pacem, Concordiam & gratiam semper Nobis Dominus concedat.

Decretorum hujus Diœcesis observantiam salutarem omnes qui hinc adsumus, unanimes voto à Deo bonorum omnium Largitore humiliter imploremus, intercedente Deiparâ Virgine MARIA, Dominâ Nostra cum Beatis Apostolis Petro & Paulo & beatis Patronis Nostri, tribus Regibus, Felice, Nabore, Severino, Cuniberto, Annone, Evergillo, Engelberto & omnibus Sanctis.

Resp. Fiat, Fiat, Amen, Amen.

Quinto, Directorium Visitationis in Synodo, si videtur distribuendum.

Sexto, Liber Statutorum Synodaliū.

MANU

SYNO'DALE.

MANU SCRIBENDA.

Primò, Tabula totius Cleri. 4. Exemplaria.

Secundò, Ordo totius processionis, quæ instituetur sub initium & finem Synodi modò sequenti:

QUADRANTE ante octavam totus Clerus Sæcularis Civitatis Colonienfis in Metropolitana Ecclesia congregatus gravi incessu accedit ad palatium Serenissimi, ibique moratur, donec egrediente Serenissimo è suo conclavi detur signum egressus per Cæremoniarium: Tum prælatâ cruce Metropolitanæ Ecclesiæ ac crucibus Collegiatarum procedunt omnes bini & bini ad Ecclesiam, ac primò minus digni, deinde digniores usque ad Capitulum Metropolitanum exclusivè; Post Clerum Prælati Collegiatarum Ecclesiarum, Abbates & D. Suffraganeus, & per Ministros suos curant deferri post se mitras; ante SERENISSIMUM defertur crux Archiepiscopalis, SERENISSIMUM sequitur Capitulum Metropolitanum suo ordine. Interea dum Clerus Sæcularis SERENISSIMUM è palatio deducit ad Ecclesiam, Clerus Regularis intra Ecclesiam sese disponit ad processionem transeundo ante SS. Tres Reges versùs Capellam Beatissimæ Virginis subsistendo, donec dato signo progredi jubeatur.

SERENISSIMUS ingressus Ecclesiam procedit, transeundo per Clerum stantem hinc inde à lateribus (cui singuli debitam faciunt reverentiam) ad sepulchrum SS. trium Regum, inde ad Capellâ Beatissimæ Virginis, ubi postquam aliquantulum oraverit, ad locum Synodalem, & in eo paratam sedem Archiepiscopalem, ubi sedens induitur indumentis Pontificalibus, & pulsantur organa.

Dum SERENISSIMUS induitur, fit Processionis initium, & pergit Clerus Regularis, ordine, quo in Processionibus procedere solet: PP. Capucini, PP. Recollecti, PP. Cruciferi, PP. Augustiniani, PP. Carmelitæ, PP. Minoritæ, PP. Dominicani, PP. Benedictini, Pastores Civitatis Colonienfis cum stolis rubeis: Capitulum S. Cæciliæ, Capitulum S. Ursulæ, Capitulum Beatæ Mariæ Virginis in Capitolio, Capitulum S. Gregorii, Capitulum Beatissimæ Virginis in Gradibus, Capitulum ad SS. Apostolos, Capitulum S. Andreæ, Capitulum S. Cuniberti, Capitulum S. Severini, Capitulum S. Gereonis; postea Prælati Civitatis Colonienfis cum pluvialibus rubeis, Abbates quoque Cottis ac pluvialibus induti cum mitra, & D. Suffraganeus cum Rocchetto, stolâ, pluviali ac mitrâ, deferens baculum S. Petri, tum crux Archiepiscopalis & post eam SERENISSIMUS indutus albâ, stolâ, pluviali rubri coloris, cum mitrâ & pedo; Prælati Metropolitanæ Ecclesiæ etiam pluvialibus vestitis hinc inde pluviale SERENISSIMI sublevantibus, aliis Ecclesiæ Metropolitanæ Prælati & Canonicis immediatè subsequentiibus. Mox ut SERENISSIMUS è sede sua descendit ad processionem, Cantores genuflexi inchoant Hymnum: VENI CREATOR SPIRITUS, & prosequuntur per processionem cantando successivè Responsoria de Sanctissima Trinitate, de S. Petro Apostolo, SS. tribus Regibus.

DIRECTORIUM

Porro Processio dirigetur ex Metropolitana Ecclesia ante SS. tres Reges & Capellam Beatissimæ Virginis versus portam Commentariensem transeundo ad pinguem gallinam sub porta Flaminea, per plateam potatoriam ante Aulam Coloniensem redeundo ad Ecclesiam Metropolitanam, per portam majorem juxta campanile ad locum Synodalem & loca singulis assignata.

Sub prima Processione Clerus Extraneus in locis assignatis reditum SERENISSIMI modestè præstolatur; quem tamen Processionem pro majori Solemnitate sub finem Synodi comitari convenit.

Tertiò, Professio fidei brevis majusculis literis scribenda in tabula sequentis tenoris:

EGO N.N. recipio, promitto, spondeo profiteor, detestor, anathematizo, voveo & juro, ut in formula Professionis fidei modò lecta, singula singulis referendò; sic me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia.

In Principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, &c.

Quartò, Juramentorum formulæ pro Examinatoribus & Testibus Synodalibus sequentis tenoris:

EGO N.N. Examinatoris Officium, quod suscepi, promitto, spondeo, & juro, me fideliter & sincerè, quantum in me erit, executurum, sic me Deus adjuvet & hæc sanctorum Reliquiæ.

Ego N.N. Testis Synodalis à REVERENDISSIMO Archiepiscopo nominatus promitto, spondeo & juro, quòd à modò in antea, quidquid novi, aut audivi, aut postmodum inquisiturus sum, quod contra voluntatem Dei, aut rectam Christianitatem in regione mihi commissa factum sit, vel futurum erit, si in diebus meis venerit tantum ad meam cognitionem quocunque modo, si scivero, aut mihi indicatum fuerit, causam esse Synodalem, & ad Ministerium REVERENDISSIMI Archiepiscopi pertinere, quòd ego nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam ullatenus celabo REVERENDISSIMUM Archiepiscopum, aut ejus Missum, qui hoc me interrogaverit, sic me Deus adjuvet & hæc Sanctorum Reliquiæ.

I. PRIDIE

- I. **P**RIDIE DIEI pulsandæ sunt Campanæ majores Metropolitanæ, & omnium Ecclesiarum totius Civitatis duabus horis, & vicibus, ita ut primus pulsus inchoetur post horam duodecimam, secundus sub Crepusculum horâ sextâ, de quo tempestivè monendi sunt Præfeti & Custodes Ecclesiarum.
- II. Omnia ad Synodum necessaria in Ecclesiam deferenda, suoque loco & ordine collocanda sunt, ut postridiè sine strepitu, tumultu aut confusione peragi possint.
- III. Determinandus circuitus per quem instituenda sit Processio Synodalis.
- IV. A Directoribus & Cæremoniariis locus ipse, omnia ad Synodum celebrandam necessaria diligenter inspicienda sunt, ne quid vel deficiat, vel incongruè dispositum sit.
- V. Affigendæ ad Valvas Metropolitanæ & aliarum Ecclesiarum schedulæ hujus tenoris :
- C**Rastinâ die, quæ erit vigesima Mensis Martii, anni Millefimi, sexcentissimi sexagesimi secundi, horâ septimâ omnes, qui Synodo interesse debent, adsint induti superpelliceis & habitu congruente in Ecclesia Metropolitana, ut exindè ordine suo procedere possint ad palatium SERENISSIMI & REVERENDISSIMI Archiepiscopi & deducere eundem ad Ecclesiam.
- VI. Similiter in Ecclesia Metropolitana affigendæ schedulæ distributionis Cleri, majusculis literis scriptæ.

Ipsâ die Synodi primâ.

- I. **M**ANÈ, absolutis Matutinis cæterisque Horis Canonicis, ab hora septima usquè ad octavam iterum in omnibus Ecclesiis pulsantur Campanæ sicut pridie factum.
- II. Interim SERENISSIMUS in Palatio suo se præparat cum suis Assistentibus & Ministris ad ingressum in Ecclesiam Cappam indutus.
- III. Totus Clerus primarius & secundarius statim post septimam congregatur in Æde Metropolitana, singuli secundum ordines in singula loca sive facella distributi.
- IV. Quadrante ante octavam totus Clerus Sæcularis Civitatis Coloniensis in habitu congruente gravi incessu venit ad Palatium SERENISSIMI, ordine, quo in Processionibus consuevit.
- V. Accedentibus ad limen Palatii obviam fiunt aliqui ex Ministris SERENISSIMI, Ecclesiastici & sæculares Nobiles, qui Capitulum Metropolitanum, & Prælatos ad Aulam locumvè commodum Palatii introducant, reliquo Clero inferiùs in atrio expectante.
- VI. Egressus è conclavi suo SERENISSIMUS cum Ministris & Assistentibus salutat capite annuendo omnes in anteriore Aula præsentés.
- VII. Tùm egrediuntur omnes bini & bini, & ad Ecclesiam procedunt hoc ordine, ut præcedant cum Cruce Metropolitana Cruces Collegiarum Ecclesiarum: mox procedit Clerus, ac primò minùs digni, deindè digniores; post Clerum deportatur Crux Archiepiscopalis, quam sequitur SERENISSIMUS Cappâ indutus, subsequenter Prælati & Canonici Metropolitanis.

VIII. In-

DIRECTORIUM

- VIII. Ingresso in Ecclesiam SERENISSIMO, pulsantur Organa, dignior Canonicus porrigit Asperforum (quod Clericus aliquis ad manum habeat cum vase aquæ benedictæ) quo se ipsum & vicinos aspergat.
- IX. Clerus in Ecclesia hinc indè stans transeuntem SERENISSIMUM veneratur, SERENISSIMUS autem rectà procedit ad Altare, in quo est expositum Venerabile Sacramentum, ubi procumbens in genuflexorium orat nonnihil mentaliter.
- X. Fit Processio juxta ordinem præscriptum.
- XI. Finitâ Processione SERENISSIMUS ascendit ante Altare majus, in quo Missa celebranda, cum Ministris & Afsistentibus, orat nonnihil in genuflexorio, vadit ad sedem suam, ubi paratur ad Missam more consueto, in Missa non utitur Pallio Archiepiscopali.
- XII. Missam canit SERENISSIMUS de Spiritu Sancto absque ulla commemoratione, in qua toti Clero præbet Communionem sacram. Ornatus & paramenta erunt rubra, in fine Missæ non datur benedictio, sed post Synodum.
- XIII. Finitâ Missâ SERENISSIMUS redit ad sedem suam, exiit Pontificalibus indumentis usque ad tunicellam inclusivè, accipit pluviale, mitram & baculum. Prælati retinent paramenta (id est) superpellicem, amictum & pluviale, quibus debent esse induti tempore Synodi.

Sessio prima Synodalis.

- I. **S**ERENISSIMUS vadit ad locum Synodalem in thronum sibi paratum, sedet aliquantisper mitram habens & baculum, Cruce ante ipsum & versùs ejus faciem semper retentâ.
- II. Surgit SERENISSIMUS depositâ mitrâ, eoquè stante cantat Diaconus Afsistens: ORATE.
- III. SERENISSIMUS se ad Altare vertit, genuflectit super genuflexorio ad hoc parato, genuflectit etiam Clerus, orat nonnihil mentaliter, deindè manens genuflexus inchoat in cantu Antiphonam: EXAUDI NOS DOMINE &c. Ut in Pontificali.
- IV. Inchoato Psalmo, SALVUM ME FAC &c. sedet cum mitra, sedet etiam Clerus alternatim cantans Psalmum.
- V. Psalmo finito & repetitâ Antiphonâ surgit SERENISSIMUS, ac depositâ mitrâ versùs Altare dicit Orationes: AD SUMUS DOMINE &c. & OMNIPOTENS &c. Ut in Pontificali.
- VI. Postèa Cantores inchoant Litanias, sub quarum finem SERENISSIMUS cum mitra & baculo stans benedicit Clero, ut in Pontificali, & iis finitis dicit Orationem: DA QUÆ SUMUS &c. Ut ibidem.
- VII. SERENISSIMUS ascendit faldistorium in plano Altaris collocatum, ibiquè Diacono & Subdiacono cum Thuriferario & Ceroferariis accedentibus benedicit incensum more solito.
- VIII. Diaconus cantat Evangelium: CONVOCATIS JESUS DUODECIM &c. Subdiaconus porrigit librum cum textu osculandum, Diaconus incensat.
- IX. SERENISSIMUS genuflexus sine mitrâ, inchoat hymnum: VENI CREATOR &c. Finitoque primo versu surgit, stans versùs Altare usque ad totius hymni finem.

X. SERE-

X. SERENISSIMUS alloquitur Clerum dicens intelligibili voce: VENERABILES CONSACERDOTES ET FRATRES NOSTRI &c. Ut in Pontificali.

XI. Sermocinator accedit SERENISSIMUM genuflexus, petit benedictionem, quam solâ manu & signo Crucis dat SERENISSIMUS, ascendit Cathedram ac breviter perorat.

XII. Lector conversus ad Synodum dicit altâ voce:

SI quis ex Clero habet querelas vel gravamina, ea postea deferat ad Judices querelarum designandos in Synodo.

XIII. Tum Lector comitatus à Cæremoniario accipit librum Decretorum & accedens ante SERENISSIMUM factâque profundâ inclinatione porrigit eundem librum, dein genuflexus interrogat in hunc modum:

Placetne REVERENDISSIMÆ & SERENISSIMÆ Celsitudini Vestræ, ut præsentia Decreta legantur?

Annunte SERENISSIMO per verbum PLACET, surgit Lector, recipit Decreta, factâque iterum reverentiâ vadit ad suggestum, in eo stans detecto capite, legit altâ voce Decretum de inchoanda Synodo:

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen.

MAXIMILIANUS HENRICUS, Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Romani Imperii Princeps Elector, Baviaræ Dux, &c. Dominus Noster Clementissimus ad Dei Omnipotentis ac Beatissimæ Virginis MARIÆ, nec non Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum aliorumque ejusdem Ecclesiæ Patronorum & Sanctorum omnium honorem & laudem Diocesanam Synodum Coloniensem incipiendam esse decernit, eamque incipit. Faxit idem Deus Omnipotens & clemens ut ex ea lumen & spiritum recipiant omnes, ad officia sua secundum voluntatem Dei peragenda.

XIV. Sedet dehinc Lector in Cathedra seu suggestu, ac legit Decretum de modo vivendi in Synodo:

Quoniam nihil ferè sapius tam divinis literis, quàm Ecclesiasticis monumentis commendatum est Clericis, quàm integritas vitæ, innocètia, Fides, Religio, Pietas aliæque virtutes, quibus domus Dei potissimum excolitur & ornatur: Ideò REVERENDISSIMUS & SERENISSIMUS Archiepiscopus Clerum suum hîc præsentem monet & per viscera Misericordiæ Dei Nostri obtestatur, ut cum semper, tum maximè hoc tempore, quo hæc Synodus durabit, in verbo & conversatione laicis hominibus præluceant, omni virtutum splendore juxta Monitoriales aliàs à sua Serenitate publicatas.

XV. Idem Lector sedens, ut prius legit & publicat Officiales ac Ministros Synodales in modum sequentem:

REVERENDISSIMUS & SERENISSIMUS Archiepiscopus in hac sua Synodo constituit & nominat:

1. Executores Decretorum & Promotores Synodales: Albertum Rensing, J.U. Licentiatum, Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicum Presbyterum Capitularem, Archiepiscopalis Curia Officialem, Thomam Quentel J.U. Doctorem, Metropolitanæ & Collegiatæ S. Andreae Ecclesiarum Præpositum & Canonicum Presbyterum, ejusdemque Curia Archiepiscopalis Sigilliferum majorem.

(:)(:)

2. Judices

DIRECTORIUM

2. *Judices querelarum & excusationum* : Tres ex Metropolitana Ecclesia Canonicos Presbyteros Capitulares Paulum Aussemium SS. Theologiæ Licentiatum, Vicarium in spiritualibus Generalem, Henricum Meringh & Thomam Quentell J. U. Doctores.

3. *Confessarios Cleri, durante Synodo cum potestate absolvendi à sibi reservatis* : Antonium Wormbs SS. Theologiæ Doctorem Pastorem S. Laurentii, Paulum Theodorici SS. Theologiæ Licentiatum Pastorem S. Severini, Franciscum Bossart SS. Theologiæ Doctorem Pastorem S. Joannis in Curia, Joannem Costerum Pastorem in Pafculo.

4. *Notarium sive Secretarium* : Theodorum Schulckenium Collegiatarum Ecclesiarum S. Andreae & B. MARIÆ Virginis in Capitolio Canonicum, Curia Archiepiscopalis Sigilliferum minorem.

5. *Magistros Cæremoniarum* : Leonardum Ingenrae, Collegiatae Ecclesiæ SS. Cassii & Florentii Bonnæ Canonicum, Arnoldum Flostorff & Casparum Sartorium, Metropolitanæ Ecclesiæ Vicarios.

6. *Lectores* : Joannem Brewer, SS. Theologiæ Licentiatum Collegiatae Ecclesiæ S. Georgii Canonicum, Joannem Horn, SS. Theologiæ Licentiatum, Metropolitanæ Ecclesiæ Vicarium.

7. *Procuratorem Cleri* : Joannem Bruckman Collegiatae Ecclesiæ B. MARIÆ ad gradus Canonicum.

XVI. Mox idem Lector legit Decretum de non præjudicando dicens :

Decernit REVERENDISSIMUS & SERENISSIMUS Archiepiscopus, si cui contigerit, aut continget, loco suo aut ordine non sedere, aut incedere, aut vocari, aut quidpiam aliud agere, propterea nemini novum jus acquiri, nec quicquam de jure aut possessione cujusquam detrahi, sed in eo statu permanere, in quo ante hanc Synodum reperiebatur.

XVII. Deindè legit Dècretum de non discedendo :

Omnibus præterea & singulis, qui huic Synodo de jure interesse debent, sub pœna excommunicationis prohibetur, ne eorum quisquam ab hac Civitate Coloniensi discedat, priusquam hæc Diœcesana Synodus absoluta ac dimissa sit, nisi cum facultate Vicarii Generalis in spiritualibus; sed eidem Synodo & Synodalibus conventionibus actionibusque omnes & singuli sub eadem pœna excommunicationis interesse jubentur.

XVIII. Subjungit Decretum de Oratione publica :

Quoniam veteris est instituti solemnisque ritus, ut in Synodali conventionem pro publicis rebus oretur : Eapropter REVERENDISSIMUS & SERENISSIMUS Archiepiscopus decernit, ut his diebus Synodalibus in omni prece ac præsertim in sacrificio Missæ à Sacerdotibus oretur :

Pro Sanctissimo Domino Nostro Alexandro Pontifice Maximo, & pro Ecclesiæ Catholicæ tranquillitate.

Pro Imperatore Nostro Leopoldo.

Pro Prælati & Principibus Romani Imperii.

Pro pace & concordia inter Procures Christianos.

Pro augmento Christianæ disciplinæ in hac Civitate & Diœcesi.

Pro salutari hujus Synodi successu.

Pro

Pro perpetua Cleri & populi in Charitate & bonis operibus perseverantia.

Pro Ministris Ecclesiasticis.

Pro perfecta omnium, quæ hîc decernentur ac statuentur, executione.

XIX. Posthæc Lector descendit è Cathedra, & unâ cum Promotoribus accedit SERENISSIMUM, ibi factâ reverentiâ debitâ unus ex Promotoribus facit instantiam pro facienda professione fidei ad modum sequentem:

REVERENDISSIME & SERENISSIME Princeps ac Domine Archiepiscopo: Cavit Sacro-sanctum Concilium Tridentinum, ut omnes, qui Beneficia Ecclesiastica sunt consecuti & qui Synodo Diœcesanæ interesse debent, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, fidei professionem faciant ac præstent, prout illâ Tridentinâ sanctione expressum; Ideò Nos hujus Synodi Promotores humiliter petimus & requirimus, sanctionem illam legi & ad illius præscriptum omnia & singula, ab iis, qui tenentur, præstari.

XX. Respondente Serenissimo: DECERNIMUS ET MANDAMUS, discedunt Promotores ad sua loca, Lector ad pulpitum seu Cathedram, ex qua legit Decretum de professione fidei ex Concilio Tridentino, prout sequitur:

Ex Concilio Tridentino Sess. 25. cap. 2.

Sacro-sancta Tridentina Synodus præcipit Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & omnibus aliis, qui de jure vel consuetudine Concilio Provinciali interesse debent, ut in ipsa prima Synodo, post finem præsentis Concilii habenda ea omnia & singula quæ ab hac sancta Synodo definita & statuta sunt, palàm accipiant, nec non veram obedientiam summo Romano Pontifici spondeant & profiteantur, simulque hæreses omnes à sacris Canonibus & generalibus Conciliis præsertimque ab hac eadem Synodo damnatas publicè detestentur & anathematizent, & infra:

Cæteri verò omnes sive in præsentem sive in futurum Beneficia Ecclesiastica habituri, & qui in Synodo Diœcesana convenire debent, idem, ut supra in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, faciant & observent: aliàs secundum formam sacrorum Canonum puniantur.

XXI. Prosequitur Lector:

OMnes igitur & singuli Ecclesiastica Beneficia obtinentes, vel sacris Ordinibus initiati fidei professionem juxta formulam à Pio IV. Pontifice præscriptam me prælegente audiant, & tacitè mecum emittant.

XXII. Quo dicto omnes parumper extra sua loca procedunt, & Lector stans in Cathedra legit Professionem fidei:

EGO N. N. firmâ fide credo & profiteor &c. Dum autem legitur Professio fidei stat totus Clerus capitibus detectis.

Si SERENISSIMUS ipse velit facere Professionem fidei (quod est in ejus arbitrio) omnibus stantibus ipse solus genuflexus faciet professionem verbis sequentibus:

EGO MAXIMILIANUS HENRICUS ARCHIEPISCOPUS &c. Ut in Pontificali,

DIRECTORIUM

XXIII. Post finem lectionis datur SERENISSIMO liber Evangeliorum, quem hinc inde tenent Diaconi duo: Mox accedunt terni aut quaterni ex Clero (Capitulo ac dein dignioribus præcedentibus) tactis Evangelii dicunt:

EGO N. N. recipio, promitto, spondeo, profiteor, detestor, anathematizo, voveo & juro, ut in Decretis & formula professionis fidei modo lectis, singula singulis referendo, sic me DEUS adjuvet & hæc Sancta DEI Evangelia.

XXIV. His peractis Lector accedit SERENISSIMUM flexis genibus dicens modestâ voce:

Placetne Serenitati Vestræ, ut sessio hæc Synodalis continetur post prandium ad horam secundam?
Respondet Serenissimus: PLACET.

XXV. Tum Lector ascendens suggestum clarâ voce dicit, stans capite detecto:

REVERENDISSIMUS & Serenissimus Archiepiscopus decernit ac indicit continuationem hujus primæ sessionis fore hodiè post prandium ad horam secundam, in qua initium dabitur lectioni Statutorum Synodaliæ.

XXVI. Mox descendit Lector & Promotores accusant contumaciam absentium his verbis:

REVERENDISSIME & Serenissime Princeps ac Domine Archiepiscope: Cum jam dies vigesima Mensis Martii advenerit, quâ omnes & singuli Ecclesiastici Ordinis Viri Civitatis & Diœcesis hujus legitimè vocati, Synodo huic jam præsentibus esse deberent, cumque multi non paruerint, sed usque adeò vel negligentes, vel contumaces fuerint, ut nequè præsentibus sint, nequè justis impedimenti causam vel excusationem aut Nuntium miserint: Ideò pro Nostri muneris ratione Nos hujus Synodi Promotores eorum contumaciam accusamus & apud Reverendissimam Serenitatem Vestram instamus, ut citationem Valvis hujus Ecclesiæ Metropolitanæ affigi, & cum iisdem tanquam inobedientibus agi jubeat, prout Juris est, & sacrorum Canonum ratio postulat.

Respondet Serenissimus:

ITA DECERNIMUS ET JUBEMUS.

XXVII. Deinde iidem Promotores conversi ad Notarium instant pro Rogitu, his verbis.

NOS hujus Synodi Promotores requirimus te Notarium Synodalem, ut de omnibus & singulis in hac sessione peractis unum vel plura conficias instrumenta.

Notarius Respondet:

Conficiam, adhibitis Testibus hîc præsentibus N. & N.

XXVIII. Lector ascendit suggestum & exinde legit Decretum de discessu, his verbis:

NE quisquam ab hoc loco prius discedat, quàm Reverendissimus & Serenissimus Archiepiscopus abierit, nec verò raptim aut turbulenter, sed gravi ac decoro incessu; Capitula & Clerici Collegiatarum Ecclesiarum, ut collegiatim venerunt, ita recedant, prælatâ Cruce. His dictis descendit.

XXIX. Denique Serenissimus exiit Pontificalibus indumentis, induit

duit Cappam, orat nonnihil, Clero benedicit manu duntaxat, & recedit, solo Clero Metropolitana Ecclesiæ comitatus usque ad Palatium, Clerus ad sua quisque domicilia.

Post recessum Cleri, Notarius affigit Edictum contra contumaces absentes ad Valvas Ecclesiæ.

A P R A N D I O.

Continuatio Primæ Sessionis.

I. **H**Orâ secundâ pulsantur Campanæ, cantatur Completorium, convenit Clerus in Ecclesiam.

II. Instante horâ tertiâ Serenissimus à Capellano monitus, Cappâ indutus procedit ad Ecclesiam solo Capitulo Metropolitano comitante ac sequente, salvo quòd Crux Archiepiscopalis anteferatur, ut aliàs, Decanus porrigit aspergillum, ut supra, pulsantur Organa: Totus Clerus in suis locis stans expectat Serenissimum, Serenissimus orat nonnihil ante Venerabile Sacramentum, vadit ad sedem suam juxta Altare majus, ubi exutus Cappam, accipit amictum, stollam, pluviale, mitram & baculum, circumstantibus Canonieis in habitu suo.

III. Vestitus, ut supra, Serenissimus descendit ad sedem seu thronum Synodalem, Canonici & reliqui ad sua loca.

IV. Omnibus, excepto Serenissimo, stantibus, Diaconus à dextris consistens cantat ORATE: & mox omnes genuflectunt, Serenissimus etiâ surgit & conversus ad Altare dicit Orationes: AD SUMUS DOMINE &c. & OMNIPOTENS &c. Ut in Pontificali.

V. Sedet postea Serenissimus, ac deinde totus Clerus: Lector accepto libro, in quo continentur Statuta, accedit Serenissimum, factâque profundâ reverentiâ genuflexus interrogat Serenissimum, an placeat, ut legantur, dicens:

Placeatne Serenitati Vestræ, ut hæc Statuta atque Decreta legantur & publicentur, & hujusmodi lectionis & publicationis initium fiat in hac sessione?

Annunte Serenissimo per verbum PLACET, surgit Lector, & factâ iterum profundâ reverentiâ, recedit ad suggestum, incipiens:

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Incipiunt Decreta & Statuta Synodalia Reverendissimi & Serenissimi Principis Electoris MAXIMILIANI HENRICI, Archiepiscopi Colonienfis, Bavarie Ducis &c. De Fide & Religione Catholica &c.

Et continuatur lectio, quousque visum fuerit Serenissimo. Quod si uni Lectori difficile erit continuo legere, poterit ipsi dari adjutor.

VI. Lectâ aliquâ parte Statutorum, Lector edicit Missam pro defunctis die sequenti celebrandam, nec non sessionem secundam Synodalem, dicens:

REVERENDISSIMUS & Serenissimus Archiepiscopus edicit crastinâ die Missam solemnem esse celebrandam pro defunctis hujus Diceceos Archiepiscopis & omnibus de Clero, quotquot post ultimam Synodum in Domino obierunt. Præterea decernit & indicit

DIRECTORIUM

- solemnem sessionem secundam Synodalem fore crastinâ die, quæ erit vigesima prima hujus Mensis Martii, horâ octavâ matutinâ.
- VII. Promotores iterum instant contra contumaces absentes ut supra.
- VIII. Diaconus ad dextram assistens cantat: ORATE, & tam Serenissimus cum mitra, quàm reliqui omnes genuflectunt & orant nonnihil mentaliter.
- IX. Surgunt deinde omnes, & idem Diaconus cum Serenissimo conversus ad Clerum cantat:
1. **F**ratres Charissimi, toto corde ad Dominum conversi, mentes ad cælum erigamus & invocatis sanctis Patronis Nostri Petro & Paulo, tribus Regibus, Felice, Nabore, Severino, Cuniberto, Annone, Evergisto, Engelberto & omnibus Sanctis devotè precemur. Orate intimo dolore, ut Dominus peccatorum vestrorum veniam vobis concedat, negligentis indulgeat, ignorantia parcat, errata omnia condonet, quæ in Clericali disciplina & in Officiis Sacerdotalibus multiplici errore commisistis; intimo Charitatis affectu singuli pro Reverendissimo Nostro Archiepiscopo & omni Clero sibi commisso orate; Orate pro invicem ut salvemini.
 2. Fratres Charissimi, unanimes perseverate in Oratione & petite à Patre Misericordiarum & Deo totius Consolationis, quem credimus esse in medio hujus Sacri Cætus, Spiritus Sancti dona, ut posthac dignè omnes ambulent vocatione, quâ vocati sunt, ut Sacramenta dignè ministrent, Verbum Dei cum fructu prædicent, animas sollicitè curent, Religiosè vivant, in patientia possideant animas suas.
 3. Fratres Charissimi, unanimes orate pro Sanctissimo Domino Nostro Alexandro Papa Christi Vicario; ut sanctam Ecclesiam sanctè gubernet cum sacro Cardinalium Collegio; Orate pro sancta Catholica & Apostolica Romana Ecclesia toto orbe terrarum diffusa, ut eam Deus conservet, defendat, augeat, exaltet ad honorem & gloriâ suam.
- Post singulas orationes omnes ad Altare conversi parumper orant in silentio ad tractum Psalmi MISERERE.
- X. Oratione finitâ totus Clerus manet genuflectus; Serenissimus autem surgit, & dat benedictionem solemnem, dicens: SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM &c. sine indulgentiis.
- XI. Deinde Serenissimus exiit Pluviali & indutus Cappâ procedit ad Palatium suum Canonicis Metropolitanæ comitatus.

Finis primæ Sessionis.

Sessione

Sessio secunda.

- I. **M** Anè horâ septimâ datur signum Campanâ majore, Clerus convenit in Ecclesiam, ut heri, expectans Serenissimum.
- II. SERENISSIMUS horâ octavâ egreditur è Palatio suo ad Ecclesiam indutus Cappâ & comitatus Clero duntaxat Metropolitano, prima dignitas porrigit Asperforium, pulsatur Organum, Serenissimus orat nonnihl ante Venerabile & mox vadit ad sedem suam in presbyterio.
- III. Missa cantatur pro defunctis Episcopis & Sacerdotibus ab aliquo Canonico, in qua Serenissimus assistit cum Cappa.
- IV. Sub finem Missæ extenditur pannus niger ante sedem Serenissimi, qui mox induitur amictu, stolâ, pluviali nigri coloris & mitrâ simplici, Subdiaconus cum Cruce & Acolythi duo cum cereis stant facie contra Serenissimum versâ, Sacerdos interim, qui Missam celebravit cum Ministris, aquâ benedictâ, thuribulo & asperforio descendit ad locum in choro, ubi posita est tumba seu feretrum cum candelabris majoribus & facit commendationem seu absolutionem consuetam cum Responsorio: LIBERA ME DOMINE &c. & unica oratione: DEUS QUI INTER APOSTOLICOS &c. Interim Serenissimus apud suam sedem manens legit commendationem cum suis Ministris.
- V. Postquam Cantores dixerunt: REQUIESCANT IN PACE, amovetur non solum pannus niger, sed etiâ feretrum & candelæ, & Serenissimus mutat paramenta nigra in rubea, assumptâque mitrâ descendit ad sedem Synodalem, ut heri.
- VI. Diaconus cantat; ORATE, & omnes genuflectunt cum Serenissimo, qui ad Altare conversus sine mitrâ inchoat Antiphonam: PROPITIUS ESTO &c. Ut in Pontificali.
- VII. Inchoato Psalmo Serenissimus sedet resumptâ mitrâ, sedet etiâ Clerus testis capitibus usque ad finem psalmi: DEUS VENERUNT &c.
- VIII. Repetitâ Antiphonâ, Serenissimus ad Altare conversus depositâ mitrâ dicit Orationem: NOSTRORUM TIBI &c. Ut in Pontificali.
- IX. Cantatur Evangelium à Diacono, petitâ prius benedictione &c. Ut in Pontificali.
- X. Dicitur Hymnus: VENI CREATOR &c. Et Serenissimus alloquitur Clerum, si velit, dicendo: VENERABILES &c. Ut in Pontificali.
- XI. Tunc Promotores instant pro Electione Judicum & Examinatorum, his verbis:
- R** EVERENDISSIME & Serenissime Archiepiscopo: Concilium Tridentinum, Bonifacii VIII. Constitutioni inhærens, decrevit, ut in Conciliis Diœcesanis aliquot personæ dignitates seu personatus habentes, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonici designentur, quibus præter locorum Ordinarios causæ Ecclesiasticæ ac spirituales & ad forum Ecclesiasticum pertinentes, autoritate literarum Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ejusdem, committantur. Decrevit insuper

DIRECTORIUM

per aliâ Constitutione, Examinatores singulis annis in Diœcesana Synodo ab Episcopo vel ejus Vicario ad minùs sex proponi debere, ut in Parochialium Ecclesiarum vacatione tres ex illis ab Episcopo deligendi cum illo examen perficiant. Quamobrem Nos hujus Synodi Promotores humiliter petimus & instamus, tot personas, quot & quales Constitutiones prædictæ postulant, & alioquin ad id aptas à Vestra Serenitate designari, quæ hujusmodi munus examinandi, judicandivè, ex præscripto Concilii Tridentini, exequantur.

XII. SERENISSIMUS annuit verbo vel signo. Et Lector ascendit suggestum ac legit imprimis Decretum Concilii de Electione Judicum, dicens:

Ex Concilio Tridentino Sess. 25. cap. 10.

Quoniam ob malitiosam petentium suggestionem, & quandoque ob locorū longinquitatem personarum notitia, quibus causæ mandantur, usque ad eò haberi non potest, hincque interdum Judicibus non undequaque idoneis causæ in partibus delegantur, statuit sacra Synodus in singulis Conciliis provincialibus aut Diœcesanis aliquot personas, quæ qualitates habeant juxta Constitutionem Bonifacii VIII. quæ incipit statutum & c. & alioquin ad id aptas designari, ut præter Ordinarios locorum, iis etiã posthàc causæ Ecclesiasticæ ac Spirituales & ad forum Ecclesiasticum pertinentes in partibus delegandæ committantur, & si aliquem interim ex designatis mori contigerit substituatur Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in ejus locum usq; ad futuram Provinciale aut Diœcesanam Synodum, ita ut habeat unaquæque Diœcesis quatuor saltem, vel etiã plures probatas personas, ac, ut supra, qualificatas, quibus hujusmodi causæ à quolibet Legato vel Nuncio, atque etiã à Sede Apostolica committantur: alioquin post designationem factam, quam statim Episcopi ad summum Romanum Pontificem transmittant, Delegationes quæcunque aliorum Judicum, aliis quamvis factæ, subreptitiæ censeantur. Admonet debinc sancta Synodus tam Ordinarios, quàm alios quoscunque Judices, ut terminandis causis, quantâ fieri potest brevitate studeant, ac litigatorum artibus, seu in litis contestatione, seu aliâ parte judicii differendâ, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti aliâ ratione occurrant.

Tum additur Constitutio Bonifacii VIII.

Statutum & c. & infra: Sancimus igitur, ut nullis, nisi dignitate præditis aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis, causæ auctoritate literarum Sedis Apostolicæ, aut Legatorum ejusdem de cætero committantur, nec audiantur alibi, quàm in Civitatibus vel locis insignibus, ubi possit commodè copia peritorum haberi. Et reliqua.

Sacra Tridentina Synodus jubet aliquos viros deligi, quales summus Pontifex Bonifacius VIII. suâ Constitutione præscripsit, aptos atque idoneos, quibus causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes in partibus committi possint; sed & Gregorius XV. præcepit ut Regulares sibi Conservatores ex Judicibus Synodalibus eligant, cujus Constitutionis verba hæc sunt:

In

IN futurum Sanctitas sua hac generali & perpetuè valiturâ Constitutione statuit & decrevit, ut Judices Conservatores hujusmodi, si vè principales si vè subrogati eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi non solam habeant qualitates requisitas & descriptas in Constitutione Felicis memorie Bonifacii Pape VIII. etiâ Prædecessoris sui, quæ incipit Statutum, & c. ita ut vel dignitate Ecclesiasticâ præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant; sed etiâ in Conciliis Provincialibus aut Diæcesanis juxta Decretum Concilii prædicti Judices electi seu designati sint: Quodque deinceps literæ conservatorie per Sedem Apostolicam concedendæ suprascriptis tantum dirigantur, & quæ literæ aliter expedientur, illæ ac deputationes hujusmodi omniæque exinde sequenda, nullius sint roboris vel momenti, & nihilominus, qui secus, quàm juxta formam superius præscriptam, Conservatores hujusmodi cum effectu eligere, nominare, seu deputatis uti ausi fuerint, Regulares quidem voce activâ & passivâ sint ipso jure privati, aded ut habilitationem à nemine, præterquam à Romano Pontifice consequi valeant, reliqui aliis pœnis arbitrio Sanctitatis suæ coërceantur, & prædictorum omnium Conventus, Monasteria ac loca hujusmodi eorumque persone ac bona careant Conservatore ad annum, ita ut illorum causæ intereâ coram locorum Ordinariis duntaxat cognosci ac diffiniri debeant; Ceterum, ut latius pateat Conservatorum hujusmodi eligendorum facultas, Sanctitas sua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, ut in Synodis Provincialibus, aut Diæcesanis quamplures personas ex habentibus qualitates in prædicta Constitutione ejusdem Bonifacii Prædecessoris contentas & alioquin ad id aptas designari procurent, & si aliquem intereâ ex designatis mori contigerit, substituât Ordinarius loci cum Consilio Capituli alium in ejus locum usque ad futuram Provinciale aut Diæcesanam Synodum.

Et proseguitur dicens:

VT igitur ejusmodi Decreta debitè executioni mandentur, proponuntur pro Judicibus quibus causæ Apostolicæ delegentur, sequentes viri Ecclesiastici & aliâs ad hoc secundum præfatas constitutiones idonei, videlicet: ex Ecclesia Metropolitana Bertholdus Comes à Königseck Præpositus, Franciscus Egon Comes à Furstenberg Decanus, Joannes Jacobus Comes à Königseck Subdecanus, Salentinus Comes à Manderscheidt Choricæpiscopus, Wilhelmus Egon Comes à Furstenberg Scholasticus, Georgius ab Eyschen SS. Theologiæ Licentiatus, Albertus Rensing J. U. Licentiatus Officialis, Adrianus de Walenburch J. U. Licentiatus, Paulus Aussemius SS. Theologiæ Licentiatus Vicarius in Spiritualibus Generalis, Henricus Mering J. U. Doctor, Ferdinandus Strobélius SS. Theologiæ Doctor, Joannes Francken J. U. Doctor respectivè Prælati & Canonici Presbyteri Capitulares. Ex Clero intraneo, Ægidius Abbas S. Panthaleonis, Conradus à Lyskirchen Præpositus S. Cuniberti, Thomas Quentel Præpositus S. Andreæ, Arnoldus Meuser Decanus S. Severini, Everhardus Richartz Decanus S. Andreæ, Wernerus Francken Decanus SS. Apostolorum, Joannes Goldtschmidt Decanus Mariæ ad Gradus, Theodorus Brewerius Decanus S. Georgii; Ex Clero extraneo Joannes Abbas Siegburgensis, Joannes Abbas Steinfeldensis Archidiaconus Schleidanus, Joannes Mockel Decanus Xantensis, Hermannus Stephanus Schungel Decanus S. Patrocli Sufatensis, Joannes Henricus

(:)(:)(:).

cus

cus Schommartz Decanus Meschedensis.

Et Lector conversus ad Clerum interrogat :

PLACENTNE VOBIS ? & Respondent omnes : PLACENT :

Deinde idem Lector subjungit Decretum Concilii Tridentini de Examinatoribus, dicens :

Decretum de Examinatoribus, ex Concilio Tridentino

Sess. 24. cap. 18.

EXaminatores autem singulis annis in Diœcesana Synodo ab Episcopo vel ejus Vicario, ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant & ab ea probentur, advenienteque vacatione cujuslibet Ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant, indeque succedente aliâ vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis sex eligat. Sint verò hi Examinatores Magistri seu Doctores aut Licentiati in Theologia aut Jure Canonico, vel alii Clerici seu Regulares, etiã ex Ordine Mendicantium, aut etiã Seculares, qui ad id magis videbuntur idonei, jurentque omnes ad Sancta Dei Evangelia, se quâcunque humanâ affectione postpositâ, fideliter munus executuros, caveantque nè quidquam proorsus occasione hujus Examinis, nec ante, nec post accipiant, alioqui simoniæ vitium tam ipsi, quàm alii dantes incurrant, à qua absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocunque etiã antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur, & de his omnibus non solum coram Deo, sed etiam in Synodo Provinciali, si opus erit, rationem reddere teneantur, à qua, si quid contra officium eos fecisse compertum fuerit, graviter ejus arbitrio puniri possint,

Et subjungit Lector:

Volens ergo Serenissimus & Reverendissimus Archiepiscopus hujusmodi Decreto satisfacere, proponit ad hoc munus hæc personas sex, quousque in futura Synodo alii nominentur, videlicet: præter Suffraganeum & Vicarium in Spiritualibus Generalem Ferdinandum Stobelium & Thomam Quentell ex Clero primario; Ex Clero verò secundo Theodorum ab Elmpt Canonicum S. Georgii, Godefridum Molanum Canonicum S. Severini & Pastorem S. Pauli SS. Theologiæ Doctores.

Quibus nominatis interrogat Lector :

PLACENTNE VOBIS ? & Respondent omnes : PLACENT.

XIII. Lector quoque manens in Cathedra legit Decretum de Testibus Synodalibus his verbis :

Vetus est consuetudo, Sacro-sanctis Canonum Decretis introducta, ut in Synodis Diœcesanis Viri aliquot vitâ & moribus graves ac probati deligantur, qui animadvertant diligenter, an aliquid in urbe & Diœcesi sit, quod corrigi emendarivè debeat : ac si quid tale cognoverint, id Episcopo, vel Vicario aut Visitatoribus vel Promotoribus officii significant, interrogati que de aliqua re, quæ emendationem requirat, summâ integritate referant.

Huic ergò muneri proponuntur :

In Civitate,

Magister Latorum sive Cursor.

In

SYNODALE.

In Diœcesi,
Latores Curia Archiepiscopalis Jurati.

XIV. Pergit Lector & legit Decretum de Jurejurando præstando, his verbis:

EXaminatores ac Testes Synodales promulgati accedant ante Serenissimum Archiepiscopum & coram eo præstent juramentum ad formam præscriptam. Nisi forte Serenissimo placuerit id præstari ad manus Vicarii sui in Spiritualibus.

XV. Accedentes ergo jurant bini, ac bini, imprimis:

EXAMINATORES, ut supra.

Deindè TESTES SYNODALES, ut supra.

QUod si Testes Synodales nolint publicari sua nomina vel si non expedierit ea publicari, tunc illi scribuntur in schedula separata ac sigillata sigillo Serenissimi, quæ eidem Serenissimo exhibetur, & illi postea secretò faciunt juramentum, ut supra.

XVI. Promotores deindè instant pro ulteriore Decretorum lectione, his verbis:

REVERENDISSIME & Serenissime Archiepiscopo: Quoniam ea, quæ cœpta sunt legi, Clero sunt valdè utilia, neque potuerint angustia temporis absolvi: Ideò Nos hujus Synodi Promotores petimus & instamus, ea, quæ desiderantur legi, priusquam Synodus dimittatur.

Annunte Serenissimo, Lector è suggestu legit ante omnia Decretum Concilii Tridentini de Residentia dicens:

Concil. Tridentin. Sess. 6. de Reformat. cap. i.

Sacro-sancta Tridentina Synodus omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis & Cathedralibus Ecclesiis quibuscunque quovis nomine ac titulo Prefectos monet & monitos esse vult, ut attendentes sibi & universo gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, vigilant, sicut Apostolus præcipit, in omnibus laborent & ministerium suum impleant, implere autem illud se nequaquam posse sciunt, si greges sibi commissos, Mercenariorum more, deserant, atque ovium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus à supremo Judice requirendus, custodie minimè incumbant, cum certissimum sit, non admitti Pastoris excusationem si lupus oves comedit, & Pastor nescit. At nihilominus quia nonnulli, quod vehementer dolendum est, hòc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam salutis immemores, terrenaque celestibus ac divinis humana præferentes, in diversis curiis vagantur, aut in negotiorum temporalium sollicitudine, ovili derelicto, atque ovium sibi commissarum curâ neglectâ, se detinent occupatos;

Placuit Sacro-sanctæ Synodo antiquos Canones, qui temporum atque hominum injuriâ penè in desuetudinem abierunt, adversus non Residentes promulgatos innovare, quemadmodum virtute presentis Decreti innovat, ac ulterius, pro firmiori eorundem Residentiâ & reformandis in Ecclesia moribus, in hunc, qui sequitur, modum, statuere atque sancire.

Si quis à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana seu Cathedrali Ecclesia, sibi quocunque titulo, causâ, nomine, seu Jure commissâ, quâcunque ille dignitate, gradu & præ eminentiâ præfulgeat, legitimo impedimento;

DIRECTORIUM

seu iustis & rationabilibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam Diocesim morando absuerit, quartæ partis fructuum unius anni Fabricæ Ecclesiæ, pauperibus loci per Superiorem Ecclesiasticum applicandorum pœnam ipso jure incurrat: quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverit, aliam quartam partem similiter applicandam eo ipso amittat; Crescente verò contumaciâ, ut severiori Sacrorum Canonum censura subjiciatur, Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum verò absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incurrenda, infra tres menses per literas seu Nuntium Romano Pontifici denuntiare teneatur, qui inter ipsos absentes, prout cujusque major aut minor contumacia exegerit, supremæ sedis auctoritate animadvertere & Ecclesiis ipsis de Pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in Domino noverit salubriter expedire.

Et statim subjungit:

Ex eodem Concilio Tridentino, Sess. 23. de
Reformatione cap. 1.

Cum præcepto divino & c. & infra: Ne verò ea, quæ de Residentia sanctæ & utiliter jam antea sub fel. rec. Paulo III. sancita fuerunt, in sensus à Sacro-sanctæ Synodi mente alienos trahantur, ac si vigore illius Decreti quinque mensibus continuis abesse liceat, illis inherendo declarat Sacro-sancta Synodus, omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis ac Cathedralibus Ecclesiis quibuscunque nomine & titulo Prefectos, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia vel Diocesi Residentiam, ubi injuncto sibi officio desungi teneantur, neque abesse posse, nisi ex causis & modis infra scriptis:

Nam cum Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia ac evidens Ecclesiæ & Reipublicæ utilitas aliquos nonnunquam abesse postulent & exigant; Decernit eadem Sacro-sancta Synodus has legitime absentie causas à Beatissimo Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel, eo absente, suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitanus absentiam probare debet, in scriptis esse approbandas, nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus & Reipublicæ officium Episcopatus adiunctum: cujus quoniam cause sunt notoriæ & interdum repentinæ, nec eas quidem significari Metropolitano necesse erit; ad eundem tamen cum Concilio Provinciali spectabit judicare de licentiis à se, vel à suffraganeo datis, & videre, ne quis eo jure abutatur, & ut pœnis Canonicis errantes puniantur.

Interea meminerint discessuri, ita Orbibus suis providendum, ut, quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant.

Quoniam autem, qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reversuri sunt; Sacro-sancta Synodus vult illud absentie spatium singulis annis sive continuum, sive interruptum, extra predictas causas, nullo pacto debere duos, aut ad summum tres menses excedere & haberi rationem, ut id æqua ex causa fiat, & absque ullo gregis detrimento; quod, an ita sit, abscedentium Conscientie relinquit, quam sperat religiosam & timoratam fore, cum Deo corda pateant, cujus opus non fraudulentè agere suo periculo tenentur, eosdem interim admonet & in Domino hortatur, ne per illius temporis spatium Do-

minici

minici Adventus, Quadragesima, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, item & Corporis Christi diebus, quibus refici maximè & in Domino gaudere Pastoris presentia Oves debeant, ipsi ab Ecclesia sua Cathedrali ullo pacto absint, nisi Episcopalia munia in sua Diœcesi eos aliò vocent.

Si quis autem, quod utinam nunquam eveniat, contra hujus Decreti dispositionem abfuerit, statuit Sacro-sancta Synodus præter alias pœnas adversus non Residentes sub Paulo III. impositas & innovatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis absentie fructus suos non facere, nec tutâ conscientia aliâ etiam declaratione non secutâ, illos sibi detinere posse, sed teneri, aut, ipso cessante, per Superiorem Ecclesiasticum illos Fabricæ Ecclesiarum aut pauperibus loci erogare, prohibita quâcunque conventionem vel compositionem, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur, ex qua etiâ prædicti fructus in totum aut pro parte ei remitterentur, non obstantibus quibuscunque privilegiis cuicunque Collegio aut Fabricæ concessis.

Eadem omninò, quoad culpam, amissionem fructuum & pœnas, de curatis inferioribus & aliis quibuscunque qui beneficium aliquod Ecclesiasticum, curam animarum habens, obtinent, Sacro-sancta Synodus declarat & decernit, ita tamen, ut quandocunque eos, causâ prius cognitâ per Episcopum & probatâ, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum cum debita mercedis assignatione relinquunt.

Discedendi autem licentiam in scriptis gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant. Quod si per Edictum citati etiam, non personaliter, contumaces fuerint, liberum vult esse Ordinariis per censuras Ecclesiasticas & sequestrationem & subtractionem fructuum, aliaque Juris remedia, etiâ usque ad privationem compellere, nec executionem hanc quolibet privilegio, licentiâ, familiaritate, exemptione, etiâ ratione cujuscunque beneficii, pactione, Statuto, etiâ juramento, vel quâcunque auctoritate confirmato, consuetudine etiâ immemorabili, quæ potius corruptela censenda est, sivè appellatione, aut inhibitione, & in Romana Curia, vel vigore Eugeniæ Constitutionis suspendi posse.

Postremò tam Decretum illud sub Paulo III. quàm hoc ipsum in Consiliis Provincialibus & Episcopalibus publicari sancta Synodus præcipit: cupit enim, quæ aded ex Pastorum munere animarumque salute sunt, frequenter omnium auribus mentibusque insigi, ut in posterum, Deo juvante, nullâ temporum injuriâ, aut hominum oblivione, aut desuetudine aboleantur.

XVIII. Lectis istis Decretis Concilii profequitur Lector lectionem Statutorum Synodaliû ab eo loco, in quo heri desierat, dicens:

Sequitur in Statutis & Decretis Diœcesanæ Synodi &c.

XIX. Denique idem Lector accedens reverenter ante Archiepiscopum interrogat de continuanda sessione post prandium, dicens flexis genibus:

PLACETNE SERENITATI VESTRÆ, ut hæc sessio continuetur post prandium horâ secundâ?

Annunte Serenissimo iterum ascendit suggestum ac detecto capite publicat continuationem, ut heri.

XX. Promotores instant contra absentes & pro Rogitu Actorum apud Notarium, ut heri.

DIRECTORIUM

XXI. Lector legit Decretum de discessu, ut supra.

XXII. Postremò Serenissimus exuto Pluviali Cappam induit, factâ-
que brevi oratione in genuflexorio, manu tantum benedicens Cle-
ro, recedit ad Palatium comitatus à Canonicis Metropolitanæ Ec-
clesiæ, ut heri.

Continuatio secundæ Sessionis.

I. **P**ost prandium omnia fiunt, ut heri.

II. Postquam Serenissimus descenderit ad sedem seu thronum Syno-
dalem, omnes de Clero stant capitibus detectis: Tunc Diaconus
cantat: ORATE, & omnibus genuflectentibus etiã Serenissimus
conversus ad Altare mitrâ depositâ dicit Orationes: AD SUMUS &c.
& OMNIPOTENS &c. ut in Pontificali.

III. Sedet postea Serenissimus, nec non totus Clerus.

IV. Lector, factâ Serenissimo reverentiâ, ascendit suggestum & con-
tinuat lectionem Statutorum Synodaliũ, ubi deherat hodiè.

V. Lectâ aliquâ parte Statutorum, cum visum fuerit Serenissimo, in-
dicitur Sessio tertia in diem sequentem:

Reverendissimus & Serenissimus Princeps ac Dominus Archie-
piscopus decernit & indicit Sessionem tertiam Synodalem fore
crastinâ quæ erit vigesima secunda Mensis Martii inanè horâ o-
ctavâ.

VI. Promotores quoque instant contra contumaces absentes & pro
Rogitu Notarii.

VII. Denique Diaconus à dextris Assistens cantat: ORATE: & tam
Serenissimus cum mitra, quam totus Clerus genuflexus versùs Al-
tare, orant non nihil mentaliter. Surgunt deinde omnes & idem
Diaconus cum Serenissimo conversus ad Clerum cantat in tono
consueto:

1. **F**ratres Charissimi, unanimes orate, ut bonum, quod in Nobis
à Reverendissimo Antistite Nostro tam incenso Charitatis stu-
dio & Officio requiritur, omninò exequamur, utque promptâ cum eo
solicitudine gradientes, dignè ambulemus vocatione, quâ vocati su-
mus, omniq̃ in opere bono crescentes obediamus studiis Deo placi-
tarum Orationum.

2. Fratres Charissimi, orate pro Reverendissimo Antistite Nostro,
ut divino spiritu illustratus & roboratus unâ cum suis Adjutoribus &
cum grege suo consequatur vitam æternam.

3. Fratres Charissimi, unanimes orate Christum Dominum Messis
hujus, ut operarios mittat in Messem suam, detque omnibus hujus vi-
næ operariis Spiritus Sancti ignem & lumen, demùmque mercedem
æternam.

VIII. Finitis orationibus surgit Serenissimus & Clero genuflexo dat
benedictionem solemnem dicens: SIT NOMEN DOMINI &c. sine
indulgentiis.

IX. Exiit Serenissimus Pluviali & Cappam indutus recedit ad
Palatium, ut heri.

Finis Sessionis secundæ.

Sessio

Sessio Tertia.

- I. **H**Orâ septimâ datur signum atque in ingressu in Ecclesiam omnia fiunt, ut heri.
- II. Serenissimus in sede sua juxta Altare majus induitur amictu, albâ, cingulo, cruce, Pectorali, stola & Pluviali albi coloris, mitrâ & baculo.
- III. Officiator, qui interea paratus fuit, accedit ad Altare & cantat Missam de Sanctissima Trinitate cum Collecta pro gratiarum actione, cui assistit Serenissimus paratus, ut suprâ, & incensatur in principio Missæ, post Evangelium & post offertorium.
- IV. In Choro omnia cantantur cantu Gregoriano, excepto Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus, Agnus, quæ Organo ludi, vel musicè cani debent; in fine autem Missæ non datur benedictio.
- V. Post Missam Serenissimus induitur paramentis rubeis, ut suprâ, & vadit ad sedem Synodalem.
- VI. Ubi non nihil sederit, dictumque fuerit: **ORATE**, Serenissimus sine mitra genuflexus versùs Altare incipit Antiphonam: **EXAUDI NOS &c.** & jungitur à Clero psalmus: **SALVUM ME FAC DEUS &c.** ut in Pontificali.
- VII. Finito psalmo (sub quo Serenissimus cum mitra sedet) surgit, ac mitrâ depositâ stans versùs Altare, dicit Orationes: **AD TE DOMINE &c. OMNIPOTENS &c. DEUS QUI &c.** imponit incensum in thuribulum, Diaconus cantat Evangelium & Serenissimum incensat, aliæque fiunt, ut in Pontificali.
- VIII. Depositâ dehinc mitrâ & baculo, Serenissimus versùs Altare genuflexus inchoat Hymnum: **VENI CREATOR &c.** ac primo versu finito surgit, & stante Serenissimo versùs Altare, stat similiter Clerus.
- IX. Hymno finito Serenissimus in sede sua cum mitra sedens alloquitur Clerum, dicens: **VENERABILES &c.** ut heri, si placet, vel omisâ hac allocutione mandat fieri exhortationem brevem.
- X. Post allocutionem vel sermonem Promotores accedentes ante Serenissimum instant pro continuatione lectionis Decretorum seu Statutorum Synodaliū ut suprâ, & annuente Serenissimo, Lector, factâ reverentiâ; ut moris, ascendit suggestum prosequiturque lectionem, ubi desierat, donec jubeatur cessare.
- XI. Manente Lectore in suggestu Promotores faciunt instantiam pro publicatione Officialium Cleri, dicentes:
REVERENDISSIME & Serenissime Princeps ac Domine: Ad facilitatem hujus sanctæ Colonienſis Ecclesiæ administrationem possunt assumi in partem sollicitudinis Pastoralis aliquot viri prudentes & graves, qui variis muneribus additi Reverendissimam Serenitatem Vestram in animarum & aliarum rerum cura adjuvent; Nos igitur hujus Synodi Promotores petimus & instamus, eos de suggestu nominari, ut à Clero eorundem merita & munia cognoscantur.
- XII. Jubente Serenissimo publicari Officiales, per verbum **PUBLICENTUR**, Lector eos publicat, dicens:

Reve-

DIRECTORIUM

REVERENDISSIMUS & Serenissimus Princeps ac Dominus Noster Archiepiscopus, præter Ordinarios suos ac suæ Diœceseos Officiales seu Vicarios Adrianum de Walenburg, Episcopum Adrianopolitanum, suum in Pontificalibus Vicarium, Albertum Renfing, J.U. Licentiatum, Archiepiscopalis Curia Officiale, & Paulum Aufsemium. SS. Theologiæ Licentiatum, suum in Spiritualibus Vicarium generalem, nominat imprimis: Censorem Librorum: Ferdinandum Strobelium, SS. Theologiæ Doctorem, Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicum Presbyterum.

Commissarios Seminarii, Franciscum Egon Comitem de Furstenberg, Adrianum à Wallenburch, Paulum Aufsemium & Ferdinandum Strobelium.

Recognitores onerum Missarum: Ex Ecclesia Metropolitana Paulum Aufsemium, Ferdinandum Strobelium & Thomam Quentell.

XIII. Deniquè Promotores instant pro reductione Missarum, ut sequitur:

REVERENDISSIME & Serenissime Princeps ac Domine Archiepiscopice: Datur facultas Reverendissimæ & Serenissimæ Celsitudini Vestrae à Sacro-sancto Concilio Tridentino, ut in Synodo Diœcesana, rebus diligenter perspectis, possit pro sua conscientia in Ecclesiis suæ Diœcesis sibi subjectis statuere circa numerum Missarum vel ob tenuem eleëmofynam, vel ob magnum Missarum numerum ante Concilium Tridentinum à Testatoribus relictarum & item à sacra Congregatione ejusdem Cōcilii Tridentini circa Anniversaria & Officia defunctorum, quicquid magis ad Dei honorem & cultum atque Ecclesiarum utilitatem expedire videatur. Cum autem in hac Synodo non possint omnia exactè examinari, propterea Nos hujus Synodi Promotores humillimè petimus & instamus apud Serenitatem Vestram, ut committat Recognitoribus onerum Missarum antea nominatis, qui cum Vestra Serenitate, prout opus erit, eadem onera seu numerum reducant.

Serenissimus Respondet: COMMITTIMUS.

XIV. Postremò Lector, petito Serenissimi beneplacito indicit continuationem hujus sessionis tertiæ, ut supra.

XV. Promotores quoquè instant contra contumaces absentes & pro Rogitu ut supra.

XVI. Et Lector legit Decretum de discessu, ut supra.

XVII. Serenissimus autem Cappam indutus nonnihil orat, datâque manu duntaxat benedictione recedit ad Palatium suum comitatus à Canonicis Ecclesiæ Metropolitanæ;

POST

POST PRANDIVM,

Continuatio Sessionis Tertiæ.

I. **P**ost prandium fiunt omnia, ut heri, nisi fortè matutino tempore omnia potuerint absolvi & concludi Synodus.

II. Post Orationes *ADSUMUS &c. OMNIPOTENS &c.* sedente Serenissimo in sua sede, Lector, factâ debitâ reverentiâ ascendit suggestum & lectionem Statutorum Synodaliū usque ad finem continuat.

III. Finitâ lectione Lector descendit & totum librum Statutorum reddit Serenissimo, qui illum consignari facit Notario Synodali postea restituendum.

IV. Tunc Promotores accedentes ante Serenissimum instant pro conclusione Synodi :

REVERENDISSIME & Serenissime Princeps & Domine: Cùm omnia quæ in hac Synodo Diœcesana agenda & tractanda erant, divinâ auxiliante gratiâ, ad optatum finem perducta sint ; Ideò à Serenissima & Reverendissima Celsitudine Vestra petimus Nos hujus Synodi Promotores, ut ipsam concludere ac dimittere velit.

V. Serenissimus Respondet his verbis :

Synodi Nostræ Diœcesanæ Coloniensis, Deo adjutore Optatum finem videmus; Quapropter eam cum gratiarum actione concludendam esse decernimus & conclusam enuntiamus.

VI. Promotores instant contra contumaces & pro Rogitu Notarii, ut suprâ.

VII. Lector legit nomina omnium in Synodo esse debentium juxta tabulam totius Cleri sibi à Vicario in Spiritualibus generali traditam & absentes contumaces notantur.

VIII. Serenissimus adhuc cum mitrâ sedens facit adhortationem Pastoralem, si placet, dicens : *FRATRES DILECTISSIMI ET SACERDOTES DOMINI &c.* ut in Pontificali.

IX. Eâ finitâ, undique Ecclesia aperitur, cantatur *TE DEUM LAUDAMUS &c.* à Clero & Musicis, & pulsantur denuò Campanæ omnium Ecclesiarum.

X. Serenissimus, postquàm nonnihil sederit, stans sine mitra conversus ad Altare dicit Orationem : *NULLA EST DOMINE HUMANE &c.* ut in Pontificali. Interim distribuuntur acclamationes, ut omnes de Clero eas facere possint.

XI. Diaconus assistens cantat *ORATE*, & orationes sequentes :

1. **F**ratres Charissimi, orate toto cordis affectu pro Imperatore Nostrò Leopoldo, & pro Electoribus & Principibus Romani Imperii, ut cum pace & salute communi munus suum exequantur, recta semper sentiant & operentur, Ecclesiæ defensores se præsentent, & vitam sempiternam mereantur.

2. Fratres Charissimi, orate unanimes, ut Deus spiritum Religiosæ observantiæ, det omnibus viris Regularibus hujus Diœcesis, ad salutem

tem

DIRECTORIUM

tem propriam & ædificationem populorum, omnibus Monialibus ad salutem suam & aliorum.

3. Fratres Charissimi unanimes: Orate pro cunctis populis hujus Diœcesis, ut Deus conservet sanctam fidem Catholicam, peccata eliminet, augeat devotionem, concedat abundantiam fructuum terræ ad eorum felicitatem.

XII. Completis istis Orationibus idem Diaconus vel Canonicus aliquis consistens ad dextram Serenissimi cum mitra stantis & similiter toto Clero stante detecto, facit Clero respondente acclamationes suprâ positas.

XIII. Lector ascendit suggestum & legit Decretum de dimissione Synodi, dicens clarâ voce:

AD laudem Dei omnipotentis, Beatissimæque Virginis Mariæ, SS. Apostolorum Petri & Pauli aliorumque hujus sanctæ Colonien-
sis Ecclesiæ Patronorum, decernit Serenissimus & Reverendissimus Princeps ac Dominus Archiepiscopus Synodum dimissam esse, ac propterea, cuique eundem ad proprias Ecclesias. Hortatur autem omnes, ut tales se præbeant quisque in ministerio suo, prout decet Sacerdotes ab omni mundanarum rerum cura segregatos illudque imprimis curent, ut postquam domum redierint, cæteris in bono opere præluere studeant, quatenus populus omnis intelligat, Clerum ab hac Synodo non modicum fructum reportasse.

XIV. Totus deindè Clerus genuflectit, & Serenissimus ascendens ante Altare majus dat Benedictionem solemnem, dicens more consueto:

SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM & C.

Publicantur Indulgentiæ.

Diaconus cantat: RECEDAMUS IN PACE.

Clerus Respondet: IN NOMINE CHRISTI.

XV. Serenissimus deponit vestimenta, solam Cappam indutus orat nonnihil ante Altare & recedit ad Palatium comitante toto Clero, cui deindè signo Crucis benedicit, eumque dimittit in nomine Domini.

Finis totius Actionis Synodalis.



ORATIO

ORATIO SYNODALIS.

SERENISSIME AC REVERENDISSIME
MAXIMILIANE HENRICE,
UTRIUSQUE
BAVARIÆ DUX.

Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcope, Sacri Romani
Imperii Princeps Elector, Domine Clementiſſime.

*Illuſtriſſimi, Admodum Reverendi, Prænobiles Domini Præſules,
ac Prælati, Venerabiles Chriſti Sacerdotes, cæteriſque Clerici,
atque Auditores Humaniſſimi.*



INTER Republicas Orbis Chriſtiani uni-
verſas, illa eſt omnium præcipua, ac planè
Princeps, quæ Eccleſiaſtica dicitur, quam id-
circo D. Dionyſius Areopagita, Græco voca-
bulo *Hierarchiam*, hoc eſt, ſacrum Principa-
tum appellavit: Porrò, ut iſti Reipublicæ, ſa-
cerſuus, arduo illo, ac proſus divino mune-
re, dignus ſplendor conſtaret; eapropter
Servator ac Redemptor Noſter Chriſtus Je-
ſus, inſigne etiam ac omninò ſingulare Sa-
cramentum inſtituit, quod vulgari, receptoſque jam nomine Sacra-
mentum *Ordinis* appellamus, ſeptenis nimirum Ordinibus, tanquam
ſuis quibuſdam gradibus, ornatum diſtinctumque, quorum in nume-
ro Ordinum, quotquot Archiepiſcopali authoritate citati hîc adſu-
mus, omnes cenſemur. At enim ergò, illud inprimis hîc Nobis præ-
ſtandum eſt; primæ vnam illam ab ipſo Deo inſtitutore ſuo, ſemel acce-
ptam dignitatem, ſacris hiſce Ordinibus, per vitam, ac mores noſtros,
tueri uti liceat. *Sereniſſimus quidem Reverendiſſimus què Archiepiſcopus,
ac Princeps Elector, Dominus Noſter Clementiſſimus*, poſtquam Supremo
animarum noſtrarum Epicoſo ita volente, in curam Epicoſpalis ſol-
licitudinis vocatus eſt, nihil unquam habuit antiquius, quàm Hier-
archiam hanc, ſive Principatum Eccleſiaſticum, omni ex parte vi-
dere quàm abſolutiſſimum, adedòque nulla impenſior cura ſubiit ani-
mum, quàm ex mente ſacro-ſancti Concilii Tridentini, coactâ ſuis
temporibus Synodo, Clerum ſuum, Commiſſumque ſibi gregem
dirigere; quando autem, vel circumſtrepentium adhuc bellorum tur-
(ſ) binibus,

O R A T I O

binibus, vel vicinarum Provinciarum inter sese conflictu, æstuquè, vel Pastorum exilio, vel communi Patriæ squalore exclusus, vel etiam componendis Potentissimorum Regum diffidiis, felicissimè interceptus, rem tantam aggredi hætenùs non potuit; nunc rebus, uti sperari cum Dei gratiâ potest, utcunquè compositis, enimverò ex intimis visceribus sibi gratulatur, illuxisse tandem illum diem, diem illum, quo, pro Dei Optimi Maximi gloria, pro Ecclesiæ, ac Diœcesis Coloniensis incremento, pro commissarum sibi animarum salute, superiorum annorum votis obsequi, ac statuere ea liceat, quæ ad rem Ecclesiasticam, sive stabiendam, ubi recto adhuc talo stat; sive, ubi collapsa sit, erigendam instaurandamquè, facere videbuntur. Atquè hujuscemodi mentis, ac voti sui interpretem, ac testem, *Auditores*, ex hoc loco, *vobis*, esse me voluit, eandemquè in rem, pauca quædam præfari jussit; quod ego, dum ut debeo, facio breviter, quæso vos, obtestorquè, ut favore vestro dicentem prosequamini. Veterem omnem legem, Sacrificia, ac Cæremonias, umbras tantùm fuisse, nudasquè figuras, præsentis quam tenemus Ecclesiæ, notius id est vulgo, quam ut intelligentibus recoquere oporteat; *Pontifices, Sacerdotes, Levite, Sacraria, Tabernaculum, Altaria, Templum, Victime & Holocausta*, Nostram hanc inquam Ecclesiam, velut caligantis Auroræ radii suum Solem præcurrebant, præsagiebantquè; at enim nubibus istis umbrisquè si purissimi Soles imperati sunt, quid responsuri denique Nos sumus, si ad illorum lucem, emorientes, scilicèt, semivivæ lampadis fumi, vix aliud, quàm in nocte tantillulùm emicamus? Ut infinita alia prætereamus, unicum Nobis ob oculos sit, Levitici cap. 21. *Homo de semine tuo, qui habuerit aliquam maculam non offeret panes Deo suo*; quàm illud autem distriçtè, ac severè, de nullâ, usquam macula intellectum sit, vel ex illo planissimum est, quod eodem illo Levit. 21. capite, severissimâ lege, res, ut videri potest levissima, Sacerdotibus interdicitur: mortuum videlicèt corpus aliquod aut cadaver, ne tangerent; excipiuntur duntaxat Patris, ac Matris, filii, ac filiæ, fratris, ac sororis funera; præter illos cadaver tangere, aut plangere funus, etiam nefas censebatur: Nobis quidem Sacerdotibus Ecclesiasticisquè in hac lege gratiæ, cadaveribus attingendis, nemo interdixit; quemadmodum tamen nova hæc lex, & verissima viventis Dei Sacrificia, supra corpus, ac cadaver, altius quiddam spirant, ac sapiunt, ita si spiritum ac animam illius legis ceremonialis inspiciamus, nobis sanè, istâ lege, in animis, ac pectoribus nostris, scelerum funera, ac scelerum cadavera vitiorum evitanda sunt, quæ quoties habemus cum plebe communia, aut homines Ecclesiastici quovis cœno, ac luto volutamur, toties ex mente sanctorum Patrum hoc loco, contra legem attactis funeribus polluimur, ac contaminamur; Patrum quidem, ac Matrum funera in Levitico contingere poterant, neque minùs Nos, primorum parentum funeribus, sive primâ labe contaminati, ac non multò post, tanquam torrente quodam abrepti, in propinqua humanæ naturæ vitia, tanquam in fratrum, ac sororum cadaveribus lapsi sumus: sicut autem in ejusmodi depravatæ vitia naturæ, ex Dei Domini ac Servatoris Nostri Jesu Christi instituto, per salutaria novæ legis Sacramenta pugnandum est omnibus, ita profecto, peculiari quodam, ac sollicito magis magisque ardente conatu, in vitia quævis pugnandum est Nobis, quotquot non è vulgo Christiani dun-

duntaxat, aut Catholici, sed Sacerdotes, sed Sacrificiis destinati censemur: adeò, ut jam labi nemo nostrum possit, quin eadem secum ruinam è plebe proximum quemque involvat: Id quod D. Chrysostomus, gravissimam eamque severissimam sententiam pronuntiavit, Hom, 38. in Matthæum: *Videte, inquit, Sacerdotes, quomodo vos componatis in verbo & opere, quoniam si aliquis Christianorum peccaverit, non omnino peccant & Sacerdotes, si autem ipsi Sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus convertitur ad peccandum; idem unusquisque Peccatorum pro suo peccatorum rationem reddet; Sacerdotes autem non solum pro suis, sed & pro omnium peccatis rationem reddituri sunt.* Est ita sanè, Auditores, exemplo suo Sacerdotes ac Clerici, apud vulgus utramque in partem omnia possunt, aut nocere si mali sunt & improbi, aut prodesse si Religiosi ac pii. Quid enim mirum, si rusticanus aliquis & agrestis homo, divinæ Sacrificio Missæ tam negligenter intersit, ut in re sacra nihil ipse sacri præ se ferre videatur? Quid mirum inquam? quis enim illi persuaserit, quo tremore ac reverentiâ sacris hisce Mysteriis interesse, quâ cordis & animi puritate, aut exteriori etiam decore, ad Sacræ Communionis accessum præparari oporteat? illi inquam, quis ista persuaserit? qui assuetus jam sit ad sacrum Altare conspicerè; è Sacerdotibus, utinam duntaxat unum aliquem, quem pridem aut inter pocula temulentum, aut in plateis; nescio quid vacillantem notaverit! Qui continentiam eidem, ac vitæ puritatem probaveris, si te videat imple domi, palam alentem, aut etiam obscuram sub luce, deprehendat obvoluto capite prorepentem ex...? Quid opus est verbis? Satis ipsi scimus, quàm facile scandalo materiam vulgus inveniat, quàm dein inefficax de moribus futura sit oratio, cui pessimo exemplo tam graviter præjudicaveris, jam ipse tu vides. E prophanam plebe tamen, similia si peccat laicus aliquis, peccat ille sanè quidem divinamque Majestatem offendit quàm gravissimè: at in ipsam sui ruinam se sistit, ac sepelitur hic lapsus, quando in nobis latè sui diffusam tabe proximum quemque corripit, adeò ut jam mediocria esse delicta nostra haudquaquam possint. Ezechielis cap. 8. Propheta Spiritu Domini ducitur in urbem Hierosolymitanam; videt autem plebem universam, non reptilibus modò, & foedissimis quibusque bestiis, sed & Adonidis turpissimo simulachro, divinos honores offerre, quæ omnia abominationes pessimæ vocantur, sed *conversus, inquit sacer textus, videbis abominationes majores his, & introduxit me in atrium Domus Domini interioris, & ecce inter vestibulum & altare, quasi viginti quatuor viri, dorsa habentes contra templum Domini:* Ergo nè templo aut Altari tergum obvertere, gravius credemus, quàm illa priora & pessima tot tamque nefandæ Idololatriæ? pulcherrimè in hunc locum D. Chrysostomus: *illa, inquit, priora, quia in atrio committebantur exteriori, secularium peccata designant, hæc autem quæ in atrio interiori, seu sanctuario templi, quod solis intrare Sacerdotibus fas erat, peccata denotant Ecclesiasticorum.* Ergo, si sæculares homines divitias, si luxum, aut immunditiam sectantes, tanquam Idola quædam suas opes, ac libidinem colant, offendunt illi sanè quidem Deum, ac peccant gravissimè: Sacerdotem tamen, Ecclesiasticumque, officii ac nominis inmemorem sui, non dico in ejusmodi gravioribus, sed in minoribus etiam labi, ac altari dorsum obvertere, hoc est robustam quædam improbitate, conscientiam impuram, cæco impetu, consuetudine incultam, ad divina sua irruere contumaciter, ea-
que

que & tractare contemptim, & peragere negligenter : hæ enimverò, sunt abominaciones, quas pessimis gravissimisque peiores ac graviores appellari audivimus. Quod enim quæso, humanæ menti aut æstimationi grave aded, & subitâ morte expiandum facinus commiserat Oza, propter quod percussus à Domino, ipso, quo steterat loco, corruit exanimis ? Arca Dei solenni deductione plaustro vehabatur, quod Oza & Ahio fratres agebant, Ecce tibi ad Arcam Nahon, recalcitrantibus bobus, arca in terram minatur, cum extendens manum Oza, ut lapsuram fulciret, repente corruit emortuus : *Iratus est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit illum super temeritate & mortuus est juxta Arcam Dei, 2. Reg. cap. 6.* O Judicia Dei abyssus multa ! rem tam levem, tam acriter castigari ! sive enim Levita dicatur peccasse, quia nudis manibus Arcam tetigerit, quam non nisi per vestes portare licebat, sive quia plaustro imposuerit, cum ex præcepto legis humeris portare deberet ; quodcunque demum hac re peccatum sit, error levis fuisse videri potest, & lapsus duntaxat in Cæremoniis : & quis non etiam cum primis laudabile putet ; ruituræ arcæ manum subjicere ? & hoc tamen erratum, tam atroci morte debuit expiari ; at enim, & Philistæi aliquando arcam nudaverant, & contra legem plaustro impositam vexerant, nec tam acrem Dei manum sensere. Quid subesse putabimus causæ ? Philistæi erant, gens prophana erant, & homines laici, quos, in divinam suam Majestatem irreverenter aliquid egisse, haud magnoperè videbatur indignari ; Levitam verò, hoc est, hominem cultui divino specialiter destinatum, à legis præscripto vel latum unguem recedere, certâ, eâque severissimâ morte multari debuit. In Sacrificiis antiquæ legis, cæteras inter Cæremonias & hæc erat, ut ignem oblaturi Deo, non qualemcunque sed ex Altari Holocausti acciperent ; at Nadab & Abiu, recens creati Sacerdotes arreptis Thuribulis, aliundè acceptum obtulerunt ignem, & incensum desuper, *offerentes coram Deo ignem alienum, egressusque ignis à Domino devoravit eos, & mortui sunt coram Domino, Levitici cap. 10.* Quis non hunc iterum errorem levem putet, quem novelli præsertim Sacerdotes, nec satis adhuc in Cæremoniis versati, aut ignorantia, aut fortè, ut fieri solet, turbatione aliquâ commisere ? at non impunè tamen fuisse videmus : magno enimverò incitamento nostro, ut immolaturi Deo Patri, non umbras istas, sed Solem ipsum, Solem justitiæ, Deum ac Dominum nostrum Jesum Christum, seriò Nos sollicitèque circumspiciamus, ne qua ulla usquam hæreat macula. Quin agimus ergo, & pro hujus diei ac Synodi voto, quisquis sese quàm diligentissimè excutit, emendaturus in melius, quæ ignoranter peccaverit ; imo verò, ac potius quæ prudens, videns, ac sciens peccaverit, ut videat denique, quis qualisque sit ignis, quem è conscientia ac animi sui Thuribulis, Deo, velut in odorem suavitatis oblaturus sit, depromptus nimirum ex ipso Sanctuario puræ mentis ac pectoris in Deum recti, non fanè ignis alienus, aut cupiditatibus effervescens mundanis, sed talis qualem Christus ipse se *mittere dicit in terram, eo fine ut ardeat in pectoribus & animis videlicet nostris, amoris in ipsum ferventissimi, intentionis puræ, ac conscientia candidæ, ut non tantum Sacrificia Ecclesiæ suprema, sed & omnis dirigatur oratio Nostra, sicut incensum in conspectu Dei.*

INDEX TITVLORVM,

Qui in tribus partibus Decretorum Synodaliū
D. MAXIMILIANI HENRICI Archiepisco-
pi Coloniensis continentur.

PARS I.

De Fide & Religione Catholica, Officio cultuque
divino & Cæremoniis.

Titulus I. De fide & ad integritatem fidei conservandam per-
tinentibus. pag. 1.

Tit. II. De doctrina fidei, prædicatione verbi Dei & Catechesi. 8.

Tit. III. De Officio divino & cæremoniis. 13.

Tit. IV. De superstitione. 22.

Tit. V. De exorcismis. 25.

Tit. VI. De processionibus & repræsentationibus. 29.

Tit. VII. De Festis. 36.

Tit. VIII. De Reliquiis & Veneratione Sanctorum. 41.

Tit. IX. De Imaginibus sacris. 47.

Tit. X. De jejuniis. 50.

PARS II.

De Sacramentis.

Tit. I. De Sacramentis in genere. 53.

Tit. II. De Sacramento Baptismi. 57.

Tit. III. De purificatione puerperarum. 61.

Tit. IV. De Sacramento Confirmationis. 62.

Tit. V. De Sacramento Pœnitentiæ. 66.

Tit. VI. De Indulgentiis & Confraternitatibus. 76.

Tit. VII. De Sacramento Eucharistiæ. 82.

Tit. VIII. De Sacrificio Missæ. 86.

Tit. IX. De Sacramento Extremæ Uñtionis. 92.

Tit. X. De Sacramento Ordinis. 94.

Tit. XI. De Sacramento Matrimonii. 103.

(SS)

Tit.

INDEX TITULORUM.

Tit. XII. De Ecclesiis, altaribus & Cæmeteriis. 110.

Tit. XIII. De Testamentis & eorum executione. 115.

Tit. XIV. De Sepultura & exequiis. 118.

PARS III.

De statu personarum.

Tit. I. De vita & honestate Clericorum. 123.

Tit. II. De Clericis concubinariis. 125.

Tit. III. De Immunitate & libertate Ecclesiastica. 128.

Tit. IV. De Simonia. 136.

Tit. V. De Archidiaconis & Decanis Ruralibus. 143.

Tit. VI. De Pastoribus & Vice-Pastoribus. 147.

Tit. VII. De congrua Pastorum sustentatione, Ecclesiarumque & ædium Parochialium tum reparatione tum ædificatione. 152.

Tit. VIII. De Regularibus quâ viris quâ fæminis. 155.

Tit. IX. De scholis & Magistris. 194.

Tit. X. De Seminario. 195.

Tit. XI. De Custodibus Ecclesiarum. 196.

Tit. XII. De bonis Ecclesiasticis ritè conservandis. & administrandis. 201.

Tit. XIII. De bonis fabricæ Ecclesiarum & mensæ pauperum. 205.

Tit. XIV. De sententia Excommunicationis. 207.

Tit. XV. De Visitatione Ecclesiarum & personarum. 208.

DECRE-



DECRETORVM SYNODALIVM
DIOECESIS
COLONIENSIS
P A R S I.

De Fide & Religione Catholica, Officio cultuque
divino, & Cæremoniis.

TITULUS I.

De Fide, & ad integritatem Fidei conservandam
pertinentibus.

CAPUT I.

§. I. *Catholica Fidei professionem edant Ca-
thedralium Prælati & Canonici, nec non
Curati omnes.*

Hebr. 11.
v. 1. & 6.
P^a Pape IV.
Const. 88.
Bullarij tom.
2. Synodus
Coloniens. sub
Ferdinand.
Archiep. anno
1612. post
Dominicam
invocavit
tit. 1. num. 4.
ac tit. 8. &
eodem anno
2. Octobris
tit. 2. & 19.
Aprilis anno
1627. tit. 1.
Con. il. Trid.
Sess. 24. de re-
format. c. 12.



Um sine Fide, quæ est speranda-
rum substantia rerum, & argu-
mentum non apparentium, im-
possibile sit placere Deo; nec No-
bis spes æternæ beatitudinis
ulla possit affulgere; idcirco Decretis Sy-
nodalibus Coloniensibus de emittenda Fi-
dei Orthodoxæ professione juxta formam
à Pio IV. Pontifice præscriptam, atque
ante-hac à Decessoribus Nostri Coloniensibus Archiepiscopis sæpiùs publica-
tam, & in fine hujus tituli subjunctam, in-
hærentes, severè mandamus, ut saluberrimum Decretum Concilii Tridentini de
eiusdem Fidei professione in manibus Epi-

scopi Diocesani, ejusve Vicarii Generalis,
seu Officialis faciendâ ab omnibus & sin-
gulis, quibus de Dignitatibus, vel Ecclesia-
rum Cathedralium Canonicatibus, & aliis
quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis cu-
ram animarum habentibus provisum est,
sicubi in oblivionem ac desuetudinem abie-
rit; in memoriam, usum & consuetudinem
revocetur; præsertim cum declaret idem
Concilium, quod alioquin prædicti fru-
ctus non faciant suos, nec illis possessio
suffragetur.

§. II. *Collegiarum Ecclesiarum Prælati,
Decani, Canonici, Canonisse, beneficiati
quoque non curati, etiamsi antea
eandem professionem fecerint.*

ET quia temporum calamitas, & inva-
lescentium hæresum malitia cogit, ut
nihil prætermittatur, quod ad crediti No-
bis

A bis

2 Decreta Synodalia D. Maximiliani Henrici

bis gregis profectum, & Catholicæ Fidei prælidium posse conferre videatur: ideo etiam volumus, & seriò jubemus, ut omnes & singuli Dignitates, vel Canonicatus in Ecclesiis Collegiatis, aut in iis Vicarias, Capellanas, Sacellanas, sive alia qualiacunque beneficia, aut Officia Ecclesiastica quovis nomine nuncupata deinceps assecuturi, cæteri que Sacerdotes, Clerici, Ecclesiarum Ministri, atque Custodes seu Æditui, nec non Abbatissæ, atque Canonissæ sæculares quarumcunque Ecclesiarum supradictam Fidei professionem in Capitulo, antequam ad possessionem, vel ad residentiam admittantur, faciant; etiamsi aliàs ipsam Fidei professionem emisissent.

§. III. Et omnes Ecclesiæ Ministri.

Similiter Vicarias, Sacellanas, aut alia quæcunque beneficia, seu Officia Ecclesiastica in Parochialibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis adepturi, item Parochialium Ecclesiarum Custodes seu Æditui in eorum admissione coram suis Archidiaconis, Decanis Ruralibus, vel Pastoribus, aut aliis qui auctoritate Nostra eorum Ecclesias, seu beneficia visitant, quodocunque moniti fuerint, Fidei hujusce professionem facere teneantur.

§. IV. Regulares quoque in Monasteriis & Militares in Baliviis & Domibus &c.

Pii IV. Constit. 89. Bullarii tom. 2.

Constitutionem quoque Pii IV. Papæ de forma professionis Fidei, à provisis de Monasteriis, Conventibus & aliis locis Ordinum Regularium, & Militiarum faciendæ editam reverenter amplectentes, declaramus eos omnes, quibus de Monasteriis, Conventibus, Domibus, & aliis quibuscunque locis Regularium quorumcunque Ordinum, etiam Militiarum, quovis nomine, vel titulo providebitur, ad eandem Fidei professionem emittendam obligari.

§. V. Sæculares etiam & Regulares Prælati, Concionatores & Confessarii.

Synodus Diocesana Coloniensis, celebrata 16. Aprilis anno 1627. tit. 1.

Universi itidem ac singuli, tam sæculares, quàm Regulares, Prælati, Concionatores, Confessarii, dum ad prædicandum Verbum Dei, vel Confessiones audiendas approbantur, eodem modo Fidem profitebuntur. Religiosi tamen ad concionandum, aut excipiendas confessiones

deinceps admittendi, hanc Fidei professionem coram Superioribus suis Regularibus (quos ad id deputamus) faciant, & de ea facta docebunt, quando se Nobis, seu Nostro in spiritualibus Vicario Generali benedicendos, vel generaliter ad concionandum, vel confessiones audiendas admittendos sistent.

§. VI. Insuper Ludimagistri, & Magistræ Trivialium Scholarum, & Obstetrices.

Hanc similiter Fidei professionem cuncti Scholarum, etiam Trivialium Magistri, & Magistræ, ac quicumque eorum Hypodidascali seu adjutores sunt, faciant coram Pastore loci; nec ad Fidei professionem, & aperiendam Scholam admittantur, nisi eidem Pastori Fidei suæ integritatem, ac vitæ morumque probitatem idoneis testimoniis abundè probarint. Obstetrices etiam ubivis locorum in manibus Pastoris loci eandem edant Fidei professionem.

§. VII. Atque omnes Professores, & Regentes studiorum cujusvis sacularis.

Quæcunque insuper cum à Pio IV. Pontifice, tum in postrema Synodo Coloniensi de emittenda Fidei professione ab omnibus & singulis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quàm cujusvis Ordinis Regularibus, quarumvis Universitatum Rectoribus, Doctoribus, Gymnasiorum Regentibus, & cujuscunque artis, ac facultatis Professoribus, antequam officiis suis fungantur, salubriter decreta sunt, hic pro insertis habeantur.

Pii IV. Papæ Constit. 88. Bullarii tom. 2. Synodus Diocesana Coloniensis loco cit.

§. VIII. Et Lectores intra Clausura eandem edant.

Decretum novissimæ Synodi Diocesana de professione Fidei à Professoribus faciendæ, etiam Lectores in Collegiis Religiosorum, Claustris Monachorum, & Conventibus Regularium obstringere decernimus: quorum tamen commoditati prospicere volentes permittimus, ut illam præstent coram suo quique Superiore.

Synodus Diocesana Coloniensis loco cit.

§. IX. Obligati facere professionem Fidei, ipsum per seipsos, non autem Procuratores præstare tenentur.

Ad Fidei porrò professionem emittendam obligati, operâ Procuratoris uti non

Ad 12. cap.
sess. 24. de re-
format. Col-
lect. Farinac.

non possunt, sed per seipfos id præstare de-
bent, uti declaravit sacra Congregatio Car-
dinalium ad dubia Concilii Tridentini re-
solvenda deputatorum: Hinc qui suorum
Canonicatum, vel beneficiorum posses-
sionem per Procuratorem apprehendi fecer-
unt, antequam ad residentiam, vel perce-
ptionem fructuum eorundem admittantur,
ipsi per se Fidei professionem emittant.

C A P U T II.

§. I. *Doctrina Fidei subditis crebrò expli-
canda.*

Q Uia verò parùm prodesset Superiores
ac Præfectos Fidem Catholicam pro-
fiteri, nisi & populus universus à teneris
annis eam imbibat, & suorum Superiorum
vigilantiâ in eadem sincerè firmiterque per-
severet; monemus Prælatos omnes, Pastores
& Vice-Pastores, ut per seipfos, aut alios
viros doctos, Orationem Dominicam, Sa-
lutationem Angelicam, Symbolum Apo-
stolorum, Præcepta Decalogi, & sanctæ
Matris Ecclesiæ, doctrinamque omnium
Sacramentorum populo sibi commisso fre-
quenter explicent, ac diligenter advigilent,
ne fortè lupus aliquis inter oves versetur
aut latitet.

§. II. *Eorumq; familiae studiosè visitandæ, de-
scribendæ & dignoscendæ.*

Q Uod nullâ meliori ratione deprehen-
dent, quàm si studeant cognoscere vul-
tum pecoris sui, frequentiusque visitent do-
mos & familias sibi commissorum: nec
non singulis annis universos suæ curæ com-
missos doli capaces describant, & in Pa-
schate sanctissimæ Eucharistiæ Sacramen-
tum non aliis, quàm sibi aut alicui ex Con-
fessariis auctoritate Nostrâ approbatis, con-
fessis administrent, & de ipsa confessione
aliis factâ fidem in scriptis (quam ipsi Con-
fessarii dare teneantur) exigant, saltem ab
iis, qui suspecti de hæresi, vel dubiæ Fidei
existimantur. Qui etiamsi tempore Pascha-
tis abfuerint, quousque in propria Paro-
chia sacram Eucharistiam sumant (nisi fi-
dem authenticam adferant, quod peregrè
profecti alibi eam sumplerint) ab Eccle-
siæ ingressu vivi, & mortui ab Ecclesiasti-
ca sepultura juxta sacròrum Canonum præ-
scriptum arceantur.

C. omnis u-
triusque de
penis. & re-
miss.

C A P U T III.

§. I. *Visitandi Hæretici & Schismatici.*

A Dhæc cum hoc nostro sæculo hære-
seos feracissimo, vel maximè locus sit
illi B. Hilarii ad Constantium querimonia,
quâ deplorat tot esse Fides, quot volun-
tates, tot doctrinas, quot mores, dum
ita Fides scribuntur, ut volumus, aut ita,
ut cupimus, intelliguntur. Ideò Parochi,
Concionatores & Catechistæ omnes dili-
genter Auditores suos moneant, ne per li-
beriore cum hæreticis consuetudinem,
aut familiaritatem virus eorum imbiben-
do, Religionis Catholicæ naufragium fa-
ciant, sed meminerint salutaris præcepti,
quod morti proximus B. Antonius (teste
S. Athanasio) discipulis suis dedit: *Hæ-
reticorum & Schismaticorum venena vitate,
meumq; circa eos odium sectamini, sciris ipsi
quod nullus mihi nec pacificus sermo cum iis un-
quam fuerit.*

S. Athanasius
in Vita S.
Antonii.

§. II. *Proles cum periculo Fidei non mittendæ
ad regiones hæresi infectas.*

C Aveant proinde parentes, ne temerè,
vel linguæ, vel mercaturæ discendæ
causâ, liberos suos ad regiones hæresi in-
fectas ablegent, ne fortè temporale lucrum
sectantes, Fidei Catholicæ, atque animæ,
nullo pretio æstimabilis, jacturam & detri-
mentum patiantur, & sæpè mortem impor-
tent patriæ, à qua vitam acceperunt.

§. III. *Et non nisi ad Catholicorum
Scholas.*

C U m nullum sit perniciosius animabus
venenum, quàm quod in hæretico-
rum scholis, & libris propinatur, omni-
bus & singulis Civitatis & Diœcesis No-
stræ Coloniensis incolis severè prohibemus,
ne ulla de causâ liberos, aut domesticos
suos permittant cujusquam scholam etiam
triviale frequentare, quem à Nobis aut
Nostro Vicario in spiritualibus Generali,
Archidiaconis, vel aliis ad hoc à Nobis
specialiter deputatis, approbatum esse non
constiterit: nec etiam eos, studiorum
causâ, ad aliùm locum, Universitatem
vel Academiam, quàm Catholicam aman-
dent.

CAPUT IV.

s. I. *Non simulanda Religio aliena.*

Meminerint etiam Catholici, dum hæreticorum terras peragant, non licere quovis colore, vel nomine cum dissimulatione suæ Religionis alienam simulare, aut Ecclesiæ præcepta de observantia jejuniorum Festorumque violare, cum scriptum sit: *Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est*: Quod si qui hæc in re deliquisse deprehendantur, Pastores, Vice-Pastores & Concionatores, ut errorem suum agnoscant & detestentur, crebrò gravitatem hujus criminis pro concione explicare non intermitant.

Matth. 10.
v. 33.

s. II. *Exteris cibi vetiti in hospitiiis non proponendi.*

Sub gravi insuper pœna arbitraria prohibemus, ne quisquam hospitium, vel cauponum divertentibus ad se exteris, esum carnis, aut alterius cibi vetiti indulgeat, multò minùs ultrò carnes apponere præsumat.

s. III. *Modus servandus ab iis, qui invitati ad disputationes cum hæreticis la-
cessuntur.*

Quod si hæretici Catholicos ad certamen de Religione lacestant invitos, respondeant ipsi: talem conflictum non ad se, sed eos, qui exercitatos in Scriptura sensus habent, pertinere. Deinde insanum esse, ea in disputationem vocare, quæ multis retrò centuriis annorum plenis Conciliis toto spectante Orbe disputata, recepta & approbata fuerunt, secundum celebrem illam S. Augustini regulam: *Si quid tota per Orbem frequenter Ecclesia, id, quin ita faciendum sit, disputare veile, insolentissima insanie est*. Atque istos respondendi modos Pastores, Vice-Pastores, Concionatores & Catechistæ populum doceant, vel ut adducant ad eruditiores, qui ipsis respondeant, hortentur.

S. August.
Epistola
118.

s. IV. *Conciones eorundem vitandæ.*

Et quoniam pestilentius est venenum, quod auribus, quàm quod ore hauritur, hoc enim corpus, quod nobis cum belluis commune est, inficit; illud verò animas

Dei imagine insignitas interimit: Severè omnibus Nostriis subditis, tam Ecclesiasticis quàm laicis inhibemus, ne conciones hæreticorum temerè adire præsumant, cum illorum *Sermo ut Cancer serpat*, ac blandis verborum lenociniis innocentium corda seducat.

1. Tim. 2.
v. 17.

CAPUT V.

s. I. *Leclio librorum hæreticorum vetita.*

Cum non sufficiat sanâ doctrinâ populum imbui, nisi librorum etiam, diligens habeatur ratio, ne simplices in hæreticorum libros ignari periculi incidant, & incauti ex eorum venenato calice mortem animæ bibant: proinde injungimus omnibus, quibus prædicandî docendique munus creditum est, ut libros prohibitos aliquando pro concione recenseant, illos maximè quos nôrunt teri vulgi manibus, aut ab abusu non procul abesse, populumque frequenter admoneant, ne quos libros domi suæ fervet, aut deinceps emat, quos Episcopali autoritate à Catholicis librorum Censoribus examinatos & approbatos esse non constat: ne quandoque piâ libri inscriptione, vel qualibet aliâ pietatis specie, seu verborum elegantia & nitore decepti, alicujus erroris laqueis implicentur.

Conc. Provinc. Colon. sub Adolpho III. Archiep. Colon. cap. interst. quoque pag. 428. & §. an. è suggestis pag. 488.

s. II. *Sicut & eorum aliorumq; libellorum turpium retentio.*

Pari ratione libros hæreticos, aut qui profitentur turpia, subditis nec legere, nec retinere licere, Pastores, Vice-Pastores, Concionatores & Catechistæ diligenter admoneant, pœnasque contra secus facientes in indicibus librorum prohibitorum constitutas crebrò iisdem inculcent, doceantque sub libris interdictæ lectionis etiam eos omnes comprehendi, qui licet non profiteantur hæresin, sub alio tamen argumento perniciose spargunt dogmata.

Statuta Adolphi III. Archiep. Colon. pag. 499.

s. III. *Uti & chartarum ac schedularum similium.*

Huc spectant chartæ, vel schedulæ, quas hæretici in Fidei Catholicæ contemptum edere consueverunt, quæ licet mole & quantitate sint exiles, scurrilibus tamen jocos, calumniis & Religionis ludibrio despectuque non cedunt maximis etiam voluminibus,

C A

C A P U T VI.

§. I. De judiciaria Astrologia, & hujus farinae libri cavendi.

Quandoquidem Romana Catholica Ecclesia non solum detestata semper fuerit exercitium Astrologiæ judiciaræ, & alia quæcunque superstitionum, divinationum, vanarum observationum, & magicarum artium genera, nec non libros, opera, tractatus &c. qui de eisdem, aut de futurorum contingentium successibus, fortuitivè casibus, aut eis actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid affirmant; verùm etiam gravissimis pœnis temeritatem illorum, qui similibus operam dant, consulant, usurpant, vel scriptos de eisdem libros, opera, tractatus &c. legunt, vel quomodolibet apud se retinent, voluerit puniri. Nos perniciosus ejusmodi ausibus, quantum in Nobis est, obviare cupientes, insistendo desuper editis Sanctionibus, maxime verò Sixti V. & Urbani VIII. Pontificum, eisdemque renovando, præcipimus omnibus & singulis Pastoribus, Vice-Pastoribus & Concionatoribus, ut in suis Concionibus & privatis Colloquiis, Christi fideles ab hujusmodi hominum commercio, usu & consuetudine avertant, nec non hujus delicti (quod hodie familiare multis est) magnitudinem atque pœnas, tam in illos, qui hanc divinatoriam artem profitentur, aut exercent, quàm qui eosdem consulunt, similesque libros retinent aut legunt, decretas, sedulò ac frequenter subditis Nostri, & auditoribus suis exponunt, & si quos hoc vitio notatos nòrint, eosdem privatim moneant, in quanto suæ salutis periculo & discrimine versentur, & ad expianda sacramentali confessione peccata adhortentur, quod si salutarem hujuscemodi monitionem contempserint, Nobis denuntientur, ut pœnis à prædictis constitutionibus inflictis dignè castigentur.

§. II. Inquisitio libraria facienda.

Parochi proinde, & Vice-Parochi juxta Decretum Synodi Dicecesanæ sub Decessore Nostro Adolpho III. Archiepiscopo habitæ, libros omnes suspectæ fidei, vel ab hæreticis corruptos, magicos, divinatorios, & quoscunque alios illicitos penitus auferant: eos verò qui ejuscemodi libros ipsis tradere recusârint, tâquam hoc ipso de hæresi, vel etiam magia suspectos, Nobis deferant.

Sixti V. Papa Const. 17. Bullarij tom. 2. Urbani VIII. Papa Const. 114. Bullarij tom. 4.

Statuta Synodi Dicecesanæ Colon. sub Adolpho III. Archiep. pag. 465. col. 1. in princ. Act. 19. v. 19.

§. III. Ludi Theatrales, antequam exhibeantur, censendi.

Insuper sub irremissibili centum florenorum aureorum pœna, pro una medieta- te ad pios usus fabricæ Ecclesiæ, seu mensæ pauperum loci, & altera Fisco Nostro applicanda præcipimus, ne uspiam locorum Civitatis, vel Diœcesis Nostræ Coloniensis ludi theatrales deinceps à quocunque, priusquam ab uno ex constitutis Nostri librorum Censoribus, vel ab aliis idoneis & legitimis Superioribus auctoritate Nostri Ordinariâ ad id peculiariter deputatis, pro subjectæ materiæ necessitate diligenter revisi & permisi fuerint, neque tunc quidem in ulla Ecclesia, neque ullibi divinorum Officiorum tempore, exhibeantur.

C A P U T VII.

Contra blasphemantes & abutentes sacris pœnæ decernuntur.

Pastores, Vice-Pastores & Concionatores crebrius inculcent, graviter eos peccare, qui nomine Dei blasphemii abutuntur, qui sacræ Scripturæ verba, vel sententias ad jocos scurriles, res impuras, superstitiones, libellos famosos, & quosvis profanos sensus impiè applicant; ideoque eos qui hoc in genere deliquerint, ut juxta præscriptum Concilii Tridentini, ac Pii V. Pontificis constitutionem, nec non editum politicæ ordinationis Archiepiscopatus Coloniensis debitè puniantur, Nobis volumus denuntiari.

Concil. Trid. sess. 4. in fin. Pii V. Papa constit. 5. §. 10. Bullarij tom. 2. Editum ordinationis politicæ Archiepiscopatus Colon. anno 1596. editum pag. 1. 2. & 3.

C A P U T VIII.

De redeuntibus ab hæresi ad Ecclesiam.

Quicumque hæresi infecti in Ecclesiæ Catholicæ gremium admitti flagitant, non tantùm hæresin, & errores omnes ejurent, atque publicè Fidem Orthodoxam, juxta formam à Pio IV. Papa præscriptam profiteantur, sed & libros prohibitos quos apud se domi servant, confessariis tradant, & paulatim sacras conciones audiendo, pioque libros legendo, ad sacri Chrismatismis susceptionem, ac Pœnitentiæ sacrosanctæque Eucharistiæ frequentationem sedulò præparentur.

CAPUT IX.

s. I. *Censendi Libri & quævis chartæ.*

Leo X. Papa
Constit. 12.
Bullarii Tom.
1. Concil. Tri-
dent. sess. 4.
Index libro-
rum prohibito-
rum cum re-
gulis ex Con-
cilio Tridentini
prescripto con-
firmatus à
Pio IV. com-
probatus Con-
stit. 77. Bulla-
rii tom. 2. &
à Clemente
VIII. Constit.
36. Bullarii
tom. 3. Concil.
Provinc. Co-
lon. sub Her-
manno V. Ar-
chiep. part. 12.
cap. 9. pag.
401.

Sanctè & salubriter diversi Pontifices Concilium Tridentinum, & iis congruenter Concilium Provinciale Colonienle sub Hermanno V. Archiepiscopo Colonienfi decessore Nostro sanxerunt, ne ulli libri, scripta, chartæ, picturæ, sculpturæ, rhytmi, cantiones, & quidquid aliàs ad rem librariam pertinet, sine expressa Sedis Apostolicæ, aut Episcopi Diœcesani, vel ab eo deputati in scriptis obtenta, & in libri, seu scripturæ fronte præfixa approbatione excudantur, in lucem prodeant, veneant, vel ullo pacto in Ecclesiam, & Rempubicam Christianam invehantur, spargantur, distrahantur.

s. II. *De Bibliopolis, Typographis & Librariis.*

ET licèt omnes ac singulos, tum Typographos, tum Bibliopolas, Doctores, Professores, Magistros, librorum institores in tota Civitate & Diœcesi Nostra Colonienfi pro ea, quâ sanctæ Sedi Apostolicæ, Concilio Tridentino, & Nostri, quâ Provincialibus quâ Synodalibus Conciliis, religione, fide & observantiâ existunt devincti, ejusmodi Apostolicas, Provinciales, & Synodales Constitutiones sub virtute sanctæ obedientiæ, atque expressis in secùs facientes gravibus censuris & pœnis inviolatè observasse confisi fuerimus; aliquando tamen & quidem duplici modo delictum fuisse dolenter accepimus.

s. III. *Libros non approbatos, imagines & chartas excudentibus, vel alibi excusas vendentibus.*

Primùm per Bibliopolas, Typographos, Sculptores, & librorum institores, qui non approbatos ritè libros, imagines, chartas, ideas, rhytmos, cantiones, imò etiam reprobatas, & à Fide Orthodoxa, bonisque moribus alienas ejusmodi merces ausi fuerunt vel lucri cupiditate, vel Apostolicarum prohibitionum ignorantia, in Civitatem & Diœcesin Nostram Coloniensem alibi excusas importare, aut in ea excudere ipsi, aut excudendas curare.

s. IV. *Idem esto de illis, qui à deputatis librorum Censoribus non sunt approbati.*

Deinde etiam per librorum quosdam subreptitios Censores, seu Sæculares, seu Regulares, etiam Theologos & Professores, qui privatâ auctoritate, & Nobis, Nostri, quibus id competit, insciis, quosdam libros & scripta approbare præsumperunt.

s. V. *Pœna contra delinquentes decretæ.*

Hinc Apostolicis & Majorum Nostrorum decretis firmiter inhærentes, omnibus & singulis Civitatis & Diœcesis Nostræ Colonienfis Typographis, Bibliopolis, Sculptoribus, librorum institoribus, cujusvis artis, facultatis & ordinis Doctoribus, Professoribus, Magistris, cantionum & rhytmorum Concinnatoribus, & quibuscunque aliis ad hanc rem consilium, studium & operam conferentibus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub censuris & pœnis prædictis Apostolicis, & Provincialibus decretis insertis præcipimus, ne ullos quocunque titulo insignitos, sive Ecclesiasticos, sive profanos libros, scripta, picturas, ideas &c. sine expressa Nostra, seu unius ex deputatis à Nobis librorum Censoribus licentia in scriptis obtenta, & approbatione, neque nominibus Auctoris, Typographi, vel loci dolosè suppressis, excudere, venum exponere, invehere, distrahere, vel etiam privatâ auctoritate censere seu approbare audeant, vel ullo modo præsumant.

s. VI. *Contra eosdem requirendus Magistratus.*

Monemus proinde serio, & in Domino hortamur omnes & singulos quavis auctoritate, vel dignitate præditos & ornatos, ut præter librorum proscriptionem & pœnas in ejusmodi Apostolica & Nostra decreta violantes constitutas (ubi ad hos puniendos fuerint requisiti) acriter animadvertant, ut faciliùs ab Ecclesia Dei hæreses, & pravorum morum sementis & seges procul arceatur: ac pura Dei Religio, & morum integritas floreat & conservetur.

s. VII. *Potestas censendi libros ab aliis non usurpetur.*

ET quia subinde factum comperimus, quod Regulares quidam Auctorum tam sui, quàm alterius Ordinis Religiosorum libris censuram suam præfixerint, vel eos approbarint absque Nostra, aut ullius à Nobis deputati Censoris licentia, idcirco omni-

omnibus ac fingulis quorumvis Ordinum Religiofis, quocunque gradu & dignitate præfulgentibus, etiam quantumvis exemptis, & aliis quibuscunque fevèrè prohibemus ne hac in re impofterùm delinquant, fed in cenfendis approbandifque libris, fcriptis, picturis, imaginibus, chartis, ideis, rhytmis, & cantionibus, conftitutionibus Apoftolicis, & juribus Ordinarii non violatis, intra inftituti fui limites fe contineant.

S. VIII. Excutiendæ per Cenfores officinæ librariæ.

NE quâ ipsis Noſtris librorum Cenforibus invitis, vel inſciis, ejuſmodi in Eccleſiam venenum gliſcat, iuſdem mandamus ut officinas librarias, aliasque de latente ſimili veneno ſuſpectas, toties, quoties ipsis viſum fuerit, viſitent, inſpiciant, repurgent, & quidquid librorum, ſcriptorum, imaginum &c. legitimâ approbatione deſtitutum deprehenderint, inde adhibito etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio, proſcribant, & contra eos apud quos ſimiles libros, ſcripta vel imagines &c. repperint, ut jura exigunt, procedant, aut procedi faciant.

C A P U T X.

UT autem quivis in promptu habeat formulam profeſſionis Catholicæ Fidei, hîc eandem à Pio Papa IV. præſcriptam ſubjicimus :

Forma Profeſſionis Fidei Orthodoxæ.

EGO N. — firmâ fide credo, & profeſſor omnia, & ſingula que continentur in Symbolo Fidei, quo ſancta Romana Eccleſia utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilem omnium, & inviſibilem. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis, ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertiâ die ſecundum Scripturas. Et aſcendit in cœlum, ſedit ad dexteram

Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus eſt per Prophetas. Et unam Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confeſſor unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrektionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi, Amen. Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquasque ejuſdem Eccleſiæ obſervationes, & conſtitutiones firmiſſimè admitto, & amplector. Item ſacram Scripturam, juxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto; nec eam unquam niſi juxta unanimem conſenſum Patrum, accipiam & interpretabor. Profeſſor quoque ſeptem eſſe verè & propriè Sacramenta novæ legis, à Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet, Baptiſmum, Confirmationem, Eucharistiā, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem & Matrimonium; illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia & ſingula quæ de peccato originali, & de juſtificatione in ſacro ſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profeſſor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro vivis, & deſunctis; atque in ſanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento eſſe verè, realiter, & ſubſtantialiter, corpus, & ſanguinem, unâ cum anima, & divinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, fierique conversionem totius ſubſtantie panis in corpus, & totius ſubſtantie vini in ſanguinem, quam conversionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animasque ibi detentas ſidelium ſuffragiis juvari. Similiter & Sanctos, unâ cum Chriſto regnantes, venerandos atque invocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiter aſſero imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertientiam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chri-

Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnosco, Romanoq; Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac juro. Cetera item omnia à sacris Canonibus, & Oecumenicis Conciliis, ac præcipuè à sacro-sancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: simulq; contraria omnia, atque hereses quascunque ab Ecclesia damnatas, rejectas, & anathematizatas, ego pa-

riter damno, rejicio & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in presenti spontè profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & immaculatam, usque ad extremum vitæ spiritum, constantissime, Deo adjuvante, retinere & confiteri, atque à meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, & doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. — Ego idem N. — spondeo, voveo, ac juro, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

TITULUS II.

De Doctrina Fidei, Prædicatione Verbi Dei, & Catechesi.

CAPUT I.

§. I. Dotes in Concionatoribus requisitæ.

Ioan. 3. v. 3.
Marc. 10.
v. 14.
Roman. 10.
v. 14. & seq.
Catechismus
Romanus ex
Decreto Con-
ciliū Trid. &
Pii V. Ponti-
ficis Maximi
iussu editus in
proemio
Num. 2.

Fides infantibus in sacro Baptismo infunditur, dum ex aqua & Spiritu sancto renascuntur: adultis vero per auditum Dei Verbum, ut asserit Apostolus, donatur. Eâ re sanctum Dei Verbum, quantâ fieri potest diligentia & sedulitate, ab iis est prædicandum, qui ad illud promulgandum legitime sunt vocati, ac destinati: Cujusmodi in Civitate & Diœcesi Nostra Colonienſi sunt Pastores, Vice-Pastores, aliiq; animarum Curatores, & Concionatores à Nobis, Nostræ Vicario in Spiritualibus auctoritate Nostrâ approbati, & ad id muneris admissi, quos non solum doctrinâ sacrâ, & rerum Theologicarum cognitione suo munere ritè obeundo necessariâ instructos, sed moribus honestos & graves, vitâ integros, infamiâ liberos esse volumus; memores illius apud Psalmistam: *Peccatori dixit Deus, quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum.*

Pſalm. 49.
v. 1.

§. II. Vita exemplo conforment se verbo.

Proinde veluti lucernas ardentes & lucentes necesse est illos esse, qui populum verbo erudire, exemplo ad imitandum provocare satagunt, potentes sermone &

opere, doctrinâ & facto, ut quod verbis proponunt, moribus adimplendo persuadeant & confirmet: parum alioquin doctrinâ, & prædicatione suâ, quantumvis sanâ effecturi.

§. III. Alioquin nullum fructum facturi.

SI Pastor itaque aliisve legitime vocatus, Approbatus & missus Verbi Dei Præco propriam animam sibi conjunctissimam non curat, quomodo curam ex animo geret aliarum? aut quomodo cum fructu alios excitabit ad charitatem Dei, rerumq; cælestium desiderium, si ipsemet eo igne cælesti privatus algeat? quomodo exhortabitur alios ad temperantiæ castitatisq; virtutem, si ipsemet crapulæ deditus & impurus existat? quomodo commendare poterit mutuum charitatem, pacem, & mansuetudinem Christianam, si ipsemet lites alat, impatientiâ & iracundiâ æstuet? Quilibet ergo mores suos ita componat, tantâ in privatis colloquiis, victu, quotidiano usu & consuetudine, gravitate, modestiâ, & Ecclesiasticâ disciplinâ aliis præluere studeat, ut ab iis, quæ verbo docet, vita non discrepet.

CAPUT II.

§. I. *Facultas ad concionandum ab Episcopo Diocesano obrinenda.*

Concil. Trid. sess. 5. de reformat. cap. 2. & sess. 24. de reform. cap. 4. Gregorii XV. Pape constit. 18. §. 6. Bullarii tom. 3. & in d. sess. 24. c. 4. S. Congregationis Cardinalium ejusdem Concilii interpretum declarationis. Collectore Farin.

NE quis ergo minus idoneus in arduum hoc & periculosum concionandi munus se ingerat, nōrint comprimis omnes ac singuli cujuscunque Ordinis & instituti Religiosi, quantumvis exempti, qui in Ecclesiis suorum Ordinum voluerint prædicare, quod præter Superiorum Regularium licentiam, etiam Episcopo Diœcesis, in qua populo Episcopo subdito, vel palàm concionaturi sunt se sistere, & ab eo benedictionem petere teneantur: in Ecclesiis autem aliis, sine expressa facultate tam Episcopi Diœcesani, quam Superiorum suorum Regularium nullo modo, nec usquam omninò Episcopo Diœcesano invito concionari possint. Qui contraverint, noverint se juxta Canonicas Sanctiones à Nobis puniendos.

§. II. *Multò magis in subjecta Episcopo Diocesano Ecclesia per subjectum sibi Clericum.*

Sed neque Sacerdotibus, neque Diaconis Sæcularibus, sine licentia Episcopi Diœcesani, vel eo contradicente, licet prædicare. Quare Pastores, Vice-Pastores, aliive Ecclesiarum Superiores neminem prorsus, etiam qualicunque modo exemptum Religiosum, vel Sæcularem Sacerdotem, etiam alterius Parochiæ Curionem, seu Vice-Curionem, qui antequam concionandi initium faciat, Nostram Nostrive Vicarii prædicti licentiam in scriptis non monstraverit, in suis Ecclesiis sinant concionari.

§. III. *Ad concionandum in Monialium quantumvis exemptarum Ecclesiis, specialis approbatio exigitur.*

Adhæc declaramus nullum Sacerdotem Sæcularem, vel cujusvis Ordinis, vel Instituti Regularem, etiam ejusdem, seu alterius Ordinis Superiorem, vel Prælatum, etiam quoquomodo exemptum, quamvis auctoritate Nostrâ Ordinariâ ad concionandum in quibuscunque Civitatis & Diœcesis Nostræ Ecclesiis approbatum, in ulla cujuscunque Ordinis Monialium, quantumvis exemptarum; aut sibi, aut sui, aut alterius Ordinis Superioribus subjecta-

rum Ecclesia, seu Capella, nisi speciatim ad id fuerit antè à Nobis, Nostrove Vicario in Spiritualibus Generali approbatus, concionari posse.

§. IV. *Pœna eorum qui sine facultate prædicant.*

ET ne quisquam temerè secus faciat, sciant universi penes Episcopum Diœcesanum veluti Sedis Apostolicæ delegatum, vigore constitutionis à Gregorio XV. Pontifice hac de re editæ, plenam esse jurisdictionem contra quoscunque exemptos, tam Sæculares, quam Regulares, contra prædicta quoquomodo delinquentes, quoties & quando opus fuerit, Ecclesiasticis censuris, & aliis pœnis liberè procedendi. Ad cujusque enim Episcopi Diœcesani Officium spectat providere, cui oves suas Christi sanguine redemptas, divini Verbi pabulo reficiendas committat.

Citat. constit. §. 6.

CAPUT III.

§. I. *Curati ipsimet concionentur.*

VT satisfiat Concilii Tridentini Decretis, singuli Parochi, Vice-Parochi, & quivis alii curam animarum gerentes, per semetipsos, quoad ejus fieri potest, omnibus per annum Dominicis Festisque fori, atque quibusdam etiam ferialibus Adventus, & Quadragesimæ diebus pro Nostræ Diœcesis more, munus prædicationis Verbi Dei obeant, nec toti dependant à Regularibus Terminariis, ut vocant, quos non convenit è suis Monasteriis majori anni parte abesse, sed tantum tempore suarum stationum, Adventus, Quadragesimæ, diebusque aliquot solemnioribus, quibus à Pastoribus, seu Vice-Pastoribus in subsidium evocari consueverunt, Parochis autem seu Vice-Parochis, aliisque animarum Curatoribus quoties per se in propria sua Ecclesia concionari voluerint, cæteri omnes libenter cedant.

Concil. Trid. sess. 5. de reformat. cap. 2. & sess. 22. de sacrif. Miss. cap. 8. & sess. 24. de reformat. cap. 4. & 7.

§. II. *Vel substituunt idoneos.*

Quandocunque verò legitimè impediti, prædicationis Officio per se ipsos fungi nequiverint, id per alios idoneos Sacerdotes impleri, providà Pastoralis sollicitudine curent, ne oves Christi esuriant, néve quod Propheta dolens queritur: *Pavuli petierunt panem & non erat qui frangeret eis.* Neminem tamen in munere prædicandi substituunt, nisi qui prius à Nobis,

Concil. Trident. cit. sess. 5. cap. 2.

Jerem. Thren. 4. vers. 4.

B vel

10 Decreta Synodalia D. Maximiliani Henrici

vel Nostro in Spiritualibus Vicario Generali fuerit approbatus, & ad id muneris admissus, suæque approbationis & admissionis testimonium scripto exhibuerit.

CAPUT IV.

§. I. *Prudenter & cautè Curati linguam moderentur.*

Cum facilè deleri nequeat, quod multorum cordibus publicà concione imprimitur, & persapè accidat, ut à Verbi divini Præconibus aliquid vel inscitia, vel animi calore, quod præter Evangelii scopum est, elabatur, non sine multorum interdum offendiculo, iis incommodis providere cupientes subjecta monita diligenter à Concionatoribus observari volumus.

§. II. *Ad salutem necessaria doceant.*

Concil. Trident. dicto loco.

Imprimis omnes Verbi Dei Præcones doceant populum quæ unicuique ad salutem non tantùm scitu, sed & factu sunt necessaria, & quæ communiter Catechismo comprehensa, maximè inculcando ei breviter & nervosè vitia, quæ declinare, & virtutes quas sectari debet, ut pœnam æternam evadere, & cœlestem gloriam consequi valeat.

§. III. *Humili & utili potius quàm sublimi utantur argumento.*

Concil. Trident. sess. 25. in princ. dec. de Purgatorio.

S. Bernard. tom. 5. serm. 27. n. 3.

Difficiliores ac subtiliores quæstiones de Prædestinatione, reprobatione, & huiusmodi, ex quibus plerumque nulla fit pietatis accessio, sed potius infiniti nascuntur scrupuli, non proponant, nec moveant: per ea enim, ut S. Bernardus inquit: *Student magis alta quam apta dicere, facientes apud infirmas intelligentias miraculum sui, non ipsorum salutem operantes*: præcipuè verò explicationi Evangelii, Epistolæ, Symboli Apostolorum, Orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, decem Præceptorum Decalogi, & quinque Præceptorum Ecclesiæ seriò vacent, concionesque suas ita disponant, etiam diebus solemnioribus, ut potius Catechismum, quàm concionem redoleant, & captui audientium, quantum fieri potest, accommodent: sic enim unà eademque operâ oves & agnos pascant; imò juxta ejusdem S. Bernardi monitum, nusquam evidentius eloquentiæ suæ specimen dabunt, quàm si humilem materiam tractent ornatè, literati apud eru-

ditos, simplices apud simplices, omnibus se aptent, ut omnes Christo lucrifaciant, exemplo S. Pauli, qui licet sapientiam de cœlo hausit liberè docere potuisset, apud perfectos tantùm tradendam censuit, apud imperfectos Christum, & hunc tantùm crucifixum.

1. Corinth. 1. cap. 2. v. 2.

§. IV. *Missæ & Sacramenta populo explicanda.*

Item quò fidelis populus tam ad Sacrificium Missæ audiendum, quàm Sacramenta suscipienda, majori cum reverentia, atque animi præparatione & pietate accedat, frequenter diebus præsertim Dominicis & Festis sanctissimi hujus Sacrificii mysterium, ejusque sacros ritus, nec non singulorum Ecclesiæ Sacramentorum vim & usum, præcipuè verò Sacramentorum Pœnitentiæ & Eucharistiæ necessitatem, atque utilitatem, religiosamque eorundem frequentationem, juxta formam in Catechismo Romano ex Decreto Concilii Tridentini, & Pii V. Pontificis jussu edito, singulis Sacramentis præscriptam sapiùs explanent.

Concil. Trident. sess. 22. de sacris. Missæ cap. 8. & sess. 24. de reformat. cap. 7.

CAPUT V.

§. I. *Præceptum Paschalis Communionis in propria Ecclesia Parochiali sumendæ Pastores publicent.*

Cum omnes & singuli utriusque sexus Christi-fideles, qui annos discretionis attigerunt, juxta Concilii Lateranensis constitutionem, debeant singulis annis, ut minimum in Paschate, sacram Synaxin in Ecclesia sua Parochiali sumere, nec satisfaciant si in aliis Ecclesiis communicarint, cujuscunque etiam Ordinis, seu instituti privilegiis gaudeant, si specialis absit Episcopi Diocesani, vel Parochi sui consensus, uti declaravit sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum. Ea de causa quilibet Parochus, Vice-Parochus & Concionator hoc salutare sanctæ Matris Ecclesiæ præceptum è suggestu & præcipuè Dominicâ Passionis & aliis proximè subsequentiibus quotannis publicent, ne quisquam ignorantiam prætexat: & post Dominicam in Albis singuli Pastores seu Vice-Pastores diligenter inquirent, si qui huic præcepto non satisfecerint.

C. Omnes utriusque sexus de pœnit. & remiss. Concil. Trident. sess. 13. can. 9. & ibi declar. Card. Collett. Farin. Statuta Adolphi Archiep. Colon. pag. 455. col. 1. in princ.

§. II.

§. II. *Pœna illud non adimplentium.*

SI quis autem Parochianorum huic mandato non obedierit, vel in Paschate à Parochia sua abfuerit, & reversus intra octo dies vel spontè, vel à Parocho suo ad id requisitus, se alibi in Paschate confessum, & sacrâ Communionem refectum esse non docuerit, mox Nobis denuntietur, & nisi legitimam excusationem attulerit, vivus ab Ecclesiâ ingressu, mortuus verò ab Ecclesiastica sepultura arceatur. Si qui autem dixerint se in Paschate alibi confessos esse, desuper testimonium à Confessario suo subscriptum exhibere teneantur, id si non habuerint, contra eos, ac si confessi non essent, procedatur.

C A P U T VI.

§. I. *Frequentanda Parochialis Ecclesia, & ad finem Missæ perseverandum.*

Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 4.

Adhortentur pariter populum ut frequenter ad suas Parochias, non diebus Dominicis, majoribusque fori festis duntaxat, sed aliis etiam solemnioribus accedat, ibique sacro Missæ Officio, Concionibus & Catechesibus attentè & devotè audiendis usque ad finem interfit.

§. II. *Missæ æquè festivis atque Dominicis diebus integrè audienda.*

DOceant quoque auditionem Missæ æquè præcipi sub peccato mortali diebus fori festivis atque Dominicis: nec eos satisfacere præcepto Ecclesiæ, qui partem Sacri tantum audiunt, ac post lectum Evangelium, vel Offertorium intrant, vel ante elevationem, aut paulò post eam Ecclesiâ exeunt, aut qui, dum in Ecclesia Missa celebratur, fabulis, lusibus, aliisque nugis in cæmeterio, vel alibi vacant.

§. III. *Subditi ad Missam interpolatam campanæ pulsu vocentur.*

ET ne ipsimet Pastores, seu Vice-Pastores aliquam ejus occasionem præbeant, volumus omninò, & sub gravi pœna arbitraria præcipimus, ut in omnibus ac singulis Curatis, & Vice-Curatis Diœcesis Nostræ pagorum Ecclesiis non Collegiatis, Dominicis & festis fori diebus, statis anni temporibus; æstate quidem à festo Paschæ inchoatâ usque ad festum S. Remigii

horâ octavâ, hyeme verò à festo S. Remigii usque ad Pascha horâ nonâ Missæ Parochialis Officium sine dilatione peragant. Sacrum autem matutinum æstate horâ quintâ, hyeme horâ sextâ, celebrandum curent, præmissis singulis Missis campanarum trino per dimidiatâ vel quadrantis horæ spatium pulsu, ut Parochiani etiam longius distiti possint ad sacrum Missæ Officium, & Verbum Dei in Ecclesia sua integrè audiendum tempore adesse; neque à præfixis his à Nobis horis metu, minis, blanditiis quorumcunque particularium, cujuscunque fuerint status, aut conditionis abducantur, nunquam verò diutiùs, quàm horæ spatio, nisi Passio Dominica explicetur, concionentur.

§. IV. *Curent Pastores ne famuli & ancillæ Sacrum negligant.*

SOLliciti etiam sint Pastores, & Vice-Pastores ut pauperes, mendici, famuli, ancillæ, pecorum custodes, atque alii, qui nec Parochiali concioni, nec pomeridianæ lectioni Catechetice interessè queunt, absolutâ Missâ matutinâ in his, quæ sine suæ salutis periculo ignorare nequeunt, Catechismo erudiantur.

C A P U T VII.

§. I. *Argumenta Concionum magis necessaria.*

OMnium ætatum & ordinum, utpote Parentum, Liberorum, Maritorum, Uxorum, Dominorum, Servorum, Magistratus & privatorum Officia circumspèctè explicent; ubi verò corruptelas in populo maximè frequentes intellexerint, circa illarum reprehensionem sine simulatione versentur: ita tamen, ut neminem nominatim insectentur, aut designent, caveantque pro Concione dicere ea, ex quibus colligi posset particularis aliqua contra privatos animi exulceratio, aut alicujus ab iis commissi criminis reprehensio, multò minùs ea proferre, quæ revelatæ confessionis suspicionem etiam levissimam moveant.

§. II. *Nulli nominatim reprehendendi.*

SUPERioribus universis ac Magistratibus tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus, v. 18.

Ro. 13. v. 1.
Tit. 3. v. 1.
1. Pet. 2.

ribus, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis à populo reverentiam & obedientiam esse deferendam, frequenter inculcent, nullatenus autem similes publice reprehendant, carpant, vel perstringant: sed Officii sui generatim duntaxat, si opus fuerit, admoneant, neque aperte quempiam ita objurgent, ut intento quasi digito cum demonstrent; parcant personis, insectentur vitia; maxime verò caveant, ne in ullam Religiosam familiam aut statum Ecclesiasticum invehantur; à mutuis etiam æmulationibus, contentionibus, & aculeatis dictis, ne Parochianis & Auditoribus suis exinde sint offenculo, abstineant.

§. III. *De bono & malo usu sacra Scripturae in concione.*

SI sacrae Scripturae testimonia productionem utantur; nec sacras literas ex suo sensu, sed sanctae Ecclesiae (quae columna & firmamentum est veritatis) sententia, & concordia sanctorum Patrum doctrina & auctoritate interpretentur.

§. IV. *Concionis cultus oratorius vitandus.*

Allegorias ex probatis tantum Ecclesiasticis Auctoribus desumant & imitentur. Fucum Orationis, poëticam locutionem, & verba peregrina, aut incertas seu apocryphas historias, vel auctores minime sectentur. Fabulis & earum allegoriis, item relatione rumorum, seu rerum novarum, nisi id subjecta materia, temporis, vel loci ratio, & emergens inde Christianae Fidei confirmatio postularet, abstineant. Ea verò quae auditoribus vel risum movere, aut eorum animos à Superioribus abalienare possunt, sicuti facetias, sales, lepores, jocos, nemo pro suggestu recenseat.

§. V. *Argumenta Haereticorum non facile pro concione tractanda.*

Hæreticarum opinionum argumenta pro concione, non nisi cum necessitas exigit, & cautiissime referant, eademque solidis rationibus ad captum populi, & veram fidem stabiliendam refellant & redarguant.

CAPUT VIII.

§. I. *Validi & fidei mendici amandandi.*

Repletur ignotis, vagis & validis mendicantibus patria, quorum complures eleemosynas à fidelibus non modo impudenti importunitate, sed falsis etiam sub, & obreptitiis commendationum literis, quin & ementitâ specie & habitu Religionis conantur extorquere; imò & Concionatorum operâ in suis fictis necessitatibus publicandis abutuntur: & hi creduli persæpe ab iis decipiuntur. Ut hujusmodi fraudibus, quantum in Nobis est, obviamus, ne ullus Pastor, Vice-Pastor, Concionator quamcunque extraneam personam, paupertatis nomine Christi fidelium eleemosynis è suggestu, nisi visâ prius Nostrâ, Nostrive Vicarii in spiritualibus licentiâ scripto impetratâ commendet, severe interdiciamus.

§. II. *Eleemosyna in templo non dentur.*

Insuper moneat Christi-fideles, ne mendicis per Ecclesias perinde ac forum publicum contra loci sacri reverentiam Aff. 3. vers. 2. cursitantibus, unquam in ipsis templis eleemosynas erogent, nisi easdem colligendi à Nobis seu Vicario Nostrò licentiam habuerint; egenis tempore Officii divini & concionis ad fores Ecclesiae juxta Evangelium & disciplinam templi Salomonici amandatis.

§. III. *Non liceat Regularibus Terminariis colligere eleemosynas sine licentiâ Episcopi seu Vicarii Generalis.*

Prohibemus quoque cujuscunque Ordinis & sexus Regularibus mendicantibus, ne sine Nostra, Nostrive Vicarii in Spiritualibus facultate scripto impetratâ, frumenta, carnes, vinum aliaque esculenta, vel poculenta, linum, aut simile quid colligant, aliter collecta illis auferri, & menis pauperum loci applicari volumus: Quod ut omnibus innotescat, hoc Nostrum decretum è suggestu sæpius quotannis publicari mandamus.

CAPUT IX.

A divinis Officiis tempore concionis abstinendum.

Dum habetur concio in aliqua Ecclesia, nemo in eadem Missam, etiam privatam

privatam celebret, nisi fortè in Sacello ita ab auditorio secluso, ut nec populus nec Concionator videre aut audire sacrificantem, nec turbari in sua dictione vel attentione possit: sed nec Horæ Canonice decantentur, aut Cantores, Vicarii vel Canonici eas ante finem concionis incipere audeant; quod si Concionator æquo prolixior fuerit, modestè per aliquem moneatur, non autem morosè, & cum strepitu in sua concione turbetur.

CAPUT X.

§. I. Petri Canisii Catechismus ubique docendus.

Diversitas libellorum doctrinæ Christianæ sive Catechismi magnam in discendo & docendo parit difficultatem. Idcò mandamus, ut Parochi, Vice-Parochi, aliique omnes, ad quos Catechismi tradendi munus spectat, unum & eundem modum in discendo & docendo doctrinam Christianam ubique per Civitatem & Diœcesin Nostram observent, observarique faciant; cum scilicet, qui auctoritate

Nostrâ Ordinariâ approbato Catechismo Petri Canisii jam dudum Germanicè edito continetur.

§. II. Et desuper per Visitatores inquirentur.

Archidiaconi quoque Decani Rurales, & alii auctoritate Nostrâ deputati Visitatores, in visitationibus suis diligenter investigent, an omnia, quæ ad Christianam doctrinam promovendam pertinent, diligenter & pro tantæ rei necessitate curentur, & sicubi defectibus occurrentibus ipsi mederi non poterunt, Nobis aut Nostro in Spiritualibus Vicario Generali denuntient. Ut autem de Pastorum, Vice-Pastorum diligentia, & ætatis tenerioris profectu Nobis constare possit, Decani Rurales quoties visitant, convocatâ juventute breve examen Catecheticum instituant; Quidquid verò memorabile contigisse notaverint, in Acta suarum Visitationum Nobis, Nostròve in Spiritualibus Vicario intra mensem juxta Concilii Tridentini sanctionem, exhibenda referant.

Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 3. §. Archidiaconi autem, Decani & alii inferiores &c. & §. Sed non ideo Episcopus.

TITULUS III.

De Officio Divino & Cæremoniis.

CAPUT I.

§. I. In divinis Officiis uniusmodi ritus & cæremoniæ, quoad fieri potest, observandi.

1. Cor. 12.

Inter Ecclesiæ Catholicæ notas haud minima est, quod una sit, proinde uno Baptismate initiatos, uno Christi Spiritu animatos, uno Christi Sanguine redemptos, unius Matris Catholicæ videlicet Ecclesiæ lacte nutritos, unâ ejusdem disciplinâ & imitatione colligari fas est, ut Psalmistæ in Nobis elogium: *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum*: impleatur. Sed cum id locorum distantia, nationum & ingeniorum varietas in quibusdam levioribus non sinant, in eo tamen toti desudamus, ut ad unum consensum omnium quàm proximè accedentes, Ecclesiæ Nostræ Coloniensis, quæ præ reliquis toto orbe diffusis, & olim, &

Psal. 132. v. 1.

nunc fidelis Romanæ Ecclesiæ filia meretur appellari, gloriam propagemus.

§. II. Romanæ Ecclesiæ conformes.

Idèd non rara nos cura sollicitat, Ut hæc Nostra Archiepiscopalis Ecclesia in communibus Officii divini ritibus & cæremoniis, Horariisque precibus & Missarum sacrificiis, illi Ecclesiæ, quæ est Mater & Magistra cæterarum omnium conformetur; cum non possit non esse valdè selectum, eximium & singulare, quod illa recipit, quæ à Spiritu sancto certius & fidelius gubernatur, & omnium nationum studiis, ingeniis & industriâ excolitur & adjuvatur.

§. III. Juxta Pii V. Papæ constitutionem.

Quod quidem Nostrum votum præsertim quoad Horas Canonicas, tum sacrosanctum Concilium Tridentinum,

Pii Papa V.
Constit. 64.
Bullarii to. 2.
& Breviario
Romano præ-
fixa.

tum Pius V. Pontifex præcipuè in Nobis excitavit, dum unicum Breviarium reliquis (quorum prima institutio non esset a Sede Apostolica approbata, vel ducentorum ante suæ desuper editæ constitutionis datam annorum usum recepta) omninò abolitis, per universam Ecclesiam ab omnibus recipiendum esse statuerunt.

§. IV. *Disparitas in sacris Ordinibus & statibus quidem est laudanda, in ceremoniis tamen Officii divini reprobanda.*

ET si enim ad Ecclesiæ decorem faciat, ipsam, instar sponsæ, circumamictam esse varietatibus, dum alii in ea Pontifices, alii minoris Ordinis Sacerdotes, alii Diaconi, & Subdiaconi, diversorum Ordinum viri, consecrantur, atque ex multis & alternæ dignitatis membris unum Christi corpus efficitur: quia tamen unus in omnibus est Spiritus, ordinem Ecclesiæ, in divinis potissimum Officiis ab omnibus eodem ritu, modoque custodiri convenit; ne ex multitudine ac diversitate eorundem oriatur confusio, ritus primævi penitus antiquentur, ac laudata concordia uni Deo, unâ & eadem ratione preces & laudes dicendi, & sacrificandi dissimillimo inter se, & proprio cuiusque Ecclesiæ Officio discerpatur.

§. V. *Officium feriarum privata alicujus personæ, vel Collegii auctoritate non est in aliud commutandum.*

QUOD cum olim non sine offendiculo in Civitate & Dicecesi Nostrâ Colonienâ invaluisse, quando nondum invento typorum usu, è libris manu exaratis divina Officia peragebantur: huic malo occursum videbatur repertis typis, & per Nostram Dicecesin uno quodam ex pluribus collecto Breviario vulgato. Sed cum id ipsum quoque lectionibus ac rubricis inusitatis, vel legitimâ auctoritate destitutis deformaretur, tum etiam alii subinde ratione foundationis & pietatis privatæ, neglecto communi feriarum Officio, sæpè aliud substituerent, alii nonnunquam absque justa causa de quodam sancto in sua Ecclesia solemnem instituerent celebratam, cujus in aliis Ecclesiis nulla extaret memoria, quin etiam neque nominis in fastis vel tabulis Ecclesiasticis fieret mentio; adhæc plurimi quoties occurreret septimana, uti vocant, vacans, prætermisso feriarum Officio brevitatis ergo, preces Horarias de Patronis non ex præscripto

C. In die dist.
5. de consecr.
statuta Hen-
rici Archiep.
Colon. cap. 7.
pag. 68.

sanctorum Patrum, sed fastidii & negligentia causâ recitarent, sicque Officium feriarum contra morem Ecclesiæ per majorem anni partem omitteretur, ut vix ulla reperirentur Breviaria, quæ quorundam temeritate ac privatorum affectu corrupta ab instituto veteri non deviant.

§. VI. *Circa Breviariorum ac Missalium repurgationem adhibita olim remedia.*

HINC ut tantæ varietati obviam iretur, justè & necessariò in Concilio Provinciali sub Hermanno V. & in Synodo Dicecesana sub Adolpho III. Archiepiscopis Colonienâ antecessoribus Nostris, iterum Decretum fuit, Breviaria perinde ac Missalia repurganda esse, & ad sanctorum Patrum regulas pristinae dignitati, & nitori restituenda.

§. VII. *Alia sub Salentino & Ferdinando Archiepiscopis Colonienâ.*

CUI Decreto ut satisfaceret, decessores Nostri Salentinus primùm, deinde Ferdinandus Archiepiscopi Colonienâ omni studio & labore, delectis ad hoc ex Clero suo doctrinâ pariter & pietate præstantibus viris, salubriter ordinarunt, ut Breviarium & Missale Colonienâ, denuò reformata, & ad usum Romanum magis accommodata, in lucem prodierint, Tutelarium interim Sanctorum Civitatis & Dicecesis Nostræ propriis Officiis, quibus præcipua veneratio merito debetur, reagentis.

§. VIII. *Breviario & Missali reformato diversitas Officiorum divinarum non sublata, sed potius aucta fuit.*

VERUNTAMEN varietas & diversitas Officiorum Breviario ac Missali sic restitutis non sublata, sed potius aucta videtur: dum quidam prius Breviarium à Salentino, alii posterius à Ferdinando correctum receperunt, nec tamen integrum, sed eâ duntaxat parte, quâ ad prolixas quædam preces, ad Officium Beatissimæ Mariæ Virginis, & alia nonnulla, ad quæ ex præscripto antiqui Breviarii tenebantur omnes, non obstringit: quidam antiquum, licet omnium judicio reformandum Breviarium, & antiqua Missalia retinere mauerunt, quàm nova & emendata recipere, non obstante Archiepiscopali mandato, quo ad ea recipienda Dicecesis Nostræ Clerici

Concil. Provinciale Colon. sub Hermanno V. part. 2. cap. 6. 7. & 11. pag. 50. & 352. statuta Adolphi III. pag. 413. §. 6. quia & pag. 466. col. 2. §. quarto Reverendissimus &c.

C. convenit
dist. 5. de
consecr.

Clerici obligabantur. Ex quibus dum nonnulli tam Sæculares, quam Regulares paulatim Romanum Officium assumpsissent, dolenter accidit, quod præcipuorum sanctorum Patronorum Colonienfis Nostræ Ecclesiæ Officia, & cultus plurimum passa fuerint detrimenti, cum eorum vel nulla, vel perpauca Officia Romanum Breviarium & Missale complectatur.

§. IX. *Ferdinandus Archiepiscopus Manuale quoddam SS. Patronorum Civitatis & Diœcesis Colonienfis Officia & Missas continens imprimi curavit.*

Idem Noster decessor Ferdinandus divinæ gloriæ & Sanctorum cultus promovendi studio, aliorum Germaniæ Archiepiscoporum & Episcoporum pio exemplo, qui idipsum ante eum aggressi fuerant, & perfecerant permotus, præcipuis incommodis, dum universis nondum liceret, mederi tandem cupiens, ne pietas erga Tutelares Civitatis & Diœcesis Nostræ Patronos apud eos, qui Romano utuntur Breviario, ac Missali sensim flaccesceret, Manuale, ut vocant, quoddam usui Romano accommodatum, typis vulgandum, quo sola propria sanctorum Patronorum Civitatis & Diœcesis Colonienfis Officia & Missæ continerentur, curavit, eademque Officia Horaria, & Missas singulari industriâ, zelo, & curâ eorum, quibus id muneris de mandatum erat, concinnata examinavit, laudavit, approbavit, ut utroque hoc casu, pro majori commoditate; Breviarium sive Romanum, sive Colonienfem legentibus promptè deserviret.

§. X. *Maximilianus Henricus Archiepiscopus ad Officium Romanum recipiendum omnes paternè hortatur.*

Nos cum eandem hanc Ecclesiæ Catholicæ concordiam exoptemus, ac multum arbitremur ad Christi-fidelium pietatem promovendam, profuturum, si uno & eodem orandi, psallendique externo & publico ritu, Deus semper laudetur & invocetur, supra memoratis decessoris Nostræ Ferdinandi Archiepiscopi decretis, ac statutis inhærentes, vel eò impensius adhortamur omnes ac singulos Civitatis & Diœcesis Nostræ Ecclesiasticos Sæculares, & utriusque sexus Regulares tam Nostræ jurisdictioni subjectos, quam ab ea quoquo modo exemptos, qui ad Horas

Canonicas decantandas, seu legendas obligantur, ut deinceps non diversa, sed unum idemque Breviarium & Missale Romanum ex Decreto sacrosancti Concilii Tridentini restitutum, Pii V. jussu editum, deinde Clementis VIII. postremò Urbani VIII. auctoritate recognitum recipiant, atque ex eodem preces suas Horarias sive privatim legant, sive publicè in Ecclesiis decantent, adeoque Rubricas & regulas in Breviario, Missaliq̃ Romano, ac propriis prædictis sanctorum Patronorum Colonienfium Officiis & Missis præscriptas diligenter observent.

Const. Pii V. & Clementis VIII. & Urbani VIII. Breviario Romano præfixa.

CAPUT II.

§. I. *Non licet Officium diei, vel ritum ejus mutare.*

Norint autem universi, non posse Episcopos locorum post constitutionem Pii V. Pontificis de Breviario Romano editam, addere Calendariis etiam propriis Sanctorum Officia, nisi ea duntaxat, quæ Breviarii Romani Rubricis, vel sacra Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicæ licentiâ conceduntur; sicut disertis verbis sacra Rituum Congregatio declaravit, cujus decretum hîc integrum subjicimus.

§. II. *Ex sacra Congregationis Rituum præscripto.*

Sacra, inquit, Rituum Congregatio declaravit & decrevit, non potuisse post Bullam Pii V. de Breviario Romano, neque posse locorum Ordinarios, tam Sæculares, quam Regulares addere Calendariis etiam propriis Sanctorum Officia, nisi ea duntaxat quæ Breviarii Romani Rubricis, vel sacra Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicæ licentiâ conceduntur; neque propriâ auctoritate, quovis prætextu, mutare ritum, qui habetur in Calendario Romano, seu Rubricis Breviarii, in altiore ritum, neque extendere concessa Officia de loco ad locum.

Decretum sacra Rituum Congregationis Breviario Romano præfixum.

§. III. *Veratur celebrari Festum cum Officio de Sancto, nisi ubi existit corpus vel insignis Reliquia.*

Item vetuit & prohibuit celebrari per totam Civitatem, vel Diœcesim etiam de cujuscunque Ordinarii auctoritate, Festum cum Officio, eò quod in loco adsit Ecclesia Parochialis, vel Regularis, vel Abbatialis, aut aliqua Reliquia, sed

sed tantum in ipsius Sancti Ecclesia titulari, seu ubi asservatur Corpus, aut insignis Reliquia, & non alibi.

s. IV. Insignes Reliquie designantur.

Insignes autem Reliquias declaravit esse Caput, Brachium, Crus, aut illam partem Corporis, in qua passus est Martyr, modo sit integra, & non parva, & legitime ab Ordinariis approbata.

s. V. De aliis Sanctis vel nondum canonizatis nil statuatur.

DE Sanctis Episcopis locorum, Martyribus, civibus, & aliis festis, de quibus in Calendario Romano, seu Rubricis Breviarii nihil habetur, uti etiam de Beatis nondum canonizatis, nihil propria auctoritate constituatur, sed omnino consulatur sacra Rituum Congregatio.

s. VI. Decretum de electione Sanctorum servetur.

Decretum quoque nuper editum super electione Sanctorum in Patronos, & impressum, omnino servetur.

s. VII. Sub penis à Pio Papa V. inflictis.

Ethec omnia decrevit, statuit & mandavit, innovando penas constitutionis Pii V. respectivè.

s. VIII. Hoc decretum approbavit Urbanus Papa VIII.

Factà demum relatione horum decretorum Sanctissimo D. N. Urbano Papae VIII. ea laudavit, & approbavit, atque ab omnibus ubique sub praedictis penis servari praecepit; necnon in novis Breviariis de mandato Sanctitatis suae imprimendis apponi iussit.

C A P U T III.

s. I. Officium B. Mariae Virginis uti à Pio V. praescriptum est, privatim & publice recitetur.

Ad majorem porrò Civitatis & Diocesis Nostrae Ecclesiarum cum Romana consensionem, rituumque & caeremoniarum certiore convenientiam volumus, ut quicumque Ordinariae Nostrae jurisdictioni subiecti, tam Regulares, quam Saeculares ad Officium Beatissimae Mariae

Virginis, vel privatim legendum, vel in Ecclesiis publicè decantandum obstringuntur, non alio quàm eo, quod Pii V. Pontificis, jussu editum, & sub Urbano VIII. recognitum est, utantur officio.

s. II. Officium Beatæ Mariae Virginis reformatum imprimi curavit Pius V.

DE Officio Beatissimae Virginis Deiparae ab eodem Pio V. Pontifice constitutum est, ad modum sequentem:

Cum in executionem Decretorum sacri Concilii Tridentini &c. Breviario ad sacras preces, laudes, & gratias Deo Optimo Maximo ab utriusque sexus Ecclesiasticis persolvendas reformato &c. eandem curam & operam adhiberi mandaverimus in emendando ac corrigendo Gloriosissimae Dei Genitricis Beatæ Mariae Virginis Officio: cujus recitatio sicut pusillus & rudibus Christi-fidelibus peculiaris esse dignoscitur, ita multis superfluis non sine legentium etiam scandalo, & quae ad varias superstitiones facile rudes ipsos inducere possunt, avaritiâ impressorum fuit refertum, qui ut Christi-fideles ad emendum ejusdem Officii libros à se impressos facile allicerent, multa sub colore pietatis, & animarum spiritualis consolationis, ex eorum capite addiderunt. Jamq; ad antedicti Breviarii uniformitatem ejusdem Dei Genitricis, ut credimus, intercessione, eruditorum & piorum virorum, quos ad hoc delegimus, studio Officium ipsum relectis, quae aliena & incerta erant, correctum fuerit, & à Nobis probatum, Romae imprimi, & impressum divulgari jusserimus, ut inde spiritualibus, quam optamus, Christi-fidelium animabus proveniat consolatio.

s. III. Pontifex illud observari praecipit.

MOtu proprio &c. & ex certa scientia nostris, ac de Apostolica potestate, plenitudine, Officia quaecunque, in primis Italico, seu quovis alio vulgari idiomate & sermone quomodolibet composita, atque Officium anno proximè praeterito millesimo quingentesimo septuagesimo Veneris apud Functas impressum his verbis, licet falsò, inscriptum, Officium Beatæ Mariae Virginis per Concilium Tridentinum Pio Quinto Pontifice Maximo reformatum, denique omnia & singula alia Officia hujusmodi, etiam Latino sermone sub Hortuli animae, seu Thesauri spiritualis compendii, aut quovis alio titulo & nomine quomodolibet pervulgata, omnemq; illorum usum approbatione Apostolica, ac consuetudine, & institutione (in veteratis infra dicendis semper salvis) harum nostrarum serie perpetuò, ab omnibus & singulis utriusque sexus Christi-

Pius V. cons. sit. 122. §. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

Christi-fidelibus, Sacularibus vel Ecclesiasticis, etiam quorumvis Ordinum Regularium, & Militiarum Religiosis, qui de jure, consuetudine, usu, statuto, institutione, ac constitutionibus etiam eorundem Ordinum Militiarum & Regulae, seu alijs quomodolibet ad recitationem Officii Beatæ Mariæ tenentur, & obligati sunt, tollimus & abolemus.

S. I V. Alia Officia tollit & abolet nisi in primaeva institutione, vel à consuetudine supra 200. annos approbata fuerint, & non sint vulgari sermone composita.

Ipsiq; in virtute sanctæ obediencie interdicimus, ne aliud quàm hoc de mandato nostro emendatum Beatæ Mariæ Virginis Officium, & in impressoria officina populi Romani pro fideliter & incorruptè imprimendis libris sacris in Alma urbe nostra erecta impressum, quovis pretextu dicere, recitare, legere, seu tenere quoquomodo audeant vel præsumant: Omni vero alio usu ipsis (ut uniformiter ab omnibus sic astrictis & obligatis recitetur, nec inter eos diversitas illud recitandi ullo unquam tempore oriatur) interdicto, præfatum hoc nostrum Officium, ac precandi, psallendiq; formulam per universum orbem in privatis domibus, ac Ecclesijs, Monasterijs, Conventibus, Capellis, Oratorijs, Ordinibus, Militijs, & locis etiam exemptis, tam virorum, quàm mulierum, in quibus Officium ipsum Beatæ Mariæ Virginis recitari, ut præmittitur, quomodolibet debet, præcipimus legi, dici, & observari; illis tamen Officijs exceptis (dummodo vulgari sermone, ut præfertur, non sint composita) quæ ab ipsa prima eorum institutione à Sede Apostolica expresse approbata fuerunt, vel quorum Officiorum certum usum, consuetudine, aut ipsa institutione, supra tamen ducentos annos, assidue in Ecclesijs, Monasterijs, domibus, & locis utriusque sexus Ecclesiasticorum observatum fuisse constiterit. Quibus sic astrictis & obligatis, ut inveteratum illum ritum dicendi & psallendi suum Officium (dummodo, ut præmittitur, vulgari sermone non sit compositum) non adimimus, sic eisdem si fortè hoc nostrum, quod modo pervulgatum est, magis placet (dummodo Episcopus, vel Prælati, & universum Capitulum in eo consentiant) ut illud etiam in Choro dicere ac psallere possint permittimus.

S. V. Hortatur omnes alios non obligatos recitare Officium Beatæ Mariæ ut Officium isto reformato uti velint.

A Beis verò, qui ad ejusdem Officii Beatæ Mariæ Virginis recitationem non aliquà

obligatione tenentur, omnem eorundem Officiorum vulgari sermone quomodolibet compositorum, atque similis idiomatis vulgaris orationum, etiam alijs Officijs Latini sermonis insertarum, usum penitus etiam auferimus, illos nihilominus, ne vanis involvantur superstitionum erroribus, quibus alia ferè omnia hujusmodi Officia, etiam Latino sermone referta esse deprehensum fuit, in Domino hortantes, ut ab aliorum Beatæ Mariæ, quàm hujus nostri Officii lectione, ac usu abstineant, firmiterq; credant eisdem alijs Officijs multas sub falsis & confictis Sanctorum nominibus confictas orationes fuisse insertas, de quibus, sicut de indulgentijs, peccatorumq; remissionibus, quæ recitantis plerasque ex orationibus, & alijs Officijs hujusmodi insertis, prout rubricis ibidem appositis designatur, conceduntur, nullam certam extrare apud Ecclesiam rationem: propterea ritui & ordinationi hujus Officii recitatione sic à Nobis in universali Ecclesia instituti se conformantes, aliud ejusdem Beatæ Mariæ, quàm hoc nostrum Officium, non perlegant, vel recitent.

S. VI. Officia antiqua Inquisitoribus consignari mandat.

Acut ipsorum Officiorum vulgari idiomatis & sermonis abusus reipsa penitus aboletur, eadem omnia per omnes ac singulos Saculares, vel Ecclesiasticos, etià ad recitationem antedicta nequaquam astrictos, Inquisitoribus hæreticæ pravitatis absque spe illorum unquam recuperationis, alia verò Latino sermone, & alijs libris inserta, ad effectum emendandi, & à maculis seu erroribus expurgandi, sibi postmodum, cum sic per eosdem Inquisitores expurgata fuerint, restituenda, consignari quamprimum jubemus.

S. VII. Officium reformatum immutari non posse statuit.

Statuentes huic nostro Officio nuper edito nihil ullo unquam tempore per quemcumque quavis auctoritate fungentem, quovis pretextu addi, detrahi, vel immutari debere. Ac omnes & singulos, qui ipsum Beatæ Mariæ Officium, ut præfertur, dicere, psallere, & recitare tenentur, ex hujus nostri Romani Officii præscripto, & ratione ad id omninò obligatos esse, & neminem muneris suo, nisi hac formulâ satisfacere posse.

C **S. VIII.**

§. VIII. Indulgentias illud recitantibus
concedit.

AC ut fidelium omnium voluntas & studium magis ad salutarem huius nostri Officii Beatæ Mariæ Virginis, & Orationum in eo reductarum lectionem & usum invitetur, de Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus & singulis, qui ad recitationem huiusmodi non tenentur, quoties istud sic de mandato nostro reformatum, quinquaginta dies; qui verò defunctorum Officium, eodem volumine insertum, alios quinquaginta, qui septem Psalmos, aut Graduales, etiam eodem volumine insertos, alios quinquaginta, & qui aliquam ex orationibus ibidem pariter insertis devotè recitarint, alios quinquaginta dies de injunctis sibi poenitentis misericorditer in Domino relaxamus: obligatis verò, eas duntaxat indulgentias concedimus, quæ literis nostris super reformatione novi Breviarii editis designantur, & huiusmodi Beatæ Mariæ Virginis, aut defunctorum Officium, vel septem Psalmos, aut Graduales recitantibus conceduntur.

§. IX. Prælati etiam præcipit, ut illud
introducant.

Mandantes omnibus & singulis venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & cæteris Ecclesiarum Prælati, ut reliqua omnia Beatæ Mariæ Virginis, etiam per eos privatim constituta, ab omnibus ad recitationem huiusmodi quomodolibet astriculis, ipsa verò vulgaris idiomatis & sermonis Officia, etiam ab his qui nullo pacto, ad id astriculi sunt, penitus omitti, rejici, atque vulgari. Sic & pariter alia etiam Latino sermone composita, etiam aliis libris inserta, Inquisitoribus prædictis ad effectum antedictum tradi & consignari juris opportunis remediis curent. Officium verò istud nostrum Beatæ Mariæ Virginis in omnibus & singulis suarum Civitatum & Diocesium Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Ordinibus, Militiis, Oratoriis, domibus, & locis etiam laicorum introducant, & tam ipsis, quàm cæteris omnibus Presbyteris, Clericis, & aliis utriusque sexus Sæcularibus & Regularibus personis Ecclesiasticis, nec non Militibus etiam exemptis, quibus dicendi, recitandi, psallendiq; Officium huiusmodi quomodolibet, ut præfertur, injunctum est, ut ex huiusmodi formula ubique illud recitare & psallere procurent, prædictâ institutione vel consuetudine ducentos annos superante (non tamen quoad vulgaris sermonis Officia) semper salvâ.

§. X. Concionatoribus & Confessariis
idem præcipit.

Concionatoribus quoque Verbi Dei, atque Confessariis, ut in eorum prædicationibus atque confessionibus omnibus utriusque sexus Christi-fidelibus prohibitionem & abolitionem diætorum Officiorum vulgari idiomate, & sermone compositorum, quodq; Inquisitoribus hæretica pravitate quamprimum consignari debeant; insuper alterius, quàm huius nostri Officii usum ac lectionem periculo superstitionum non carere, ac illud & alia eo inserta, ut præfertur, recitantibus supradictam de injunctis sibi poenitentis relaxationem nostram significare, & eos ad conformandum se in hoc promptâ devotione, ritui, & ordinationi à nobis institutis excitare, ad usumq; & recitationem huiusmodi nostri Officii pietatis zelo hortari studeant. Cæterum hæretica pravitate Inquisitorum, quibus Officia hæc & libros, tradi & consignari contingeret, munus & Officium præcipuum erit omnia, superstitiones & errores in Fide Catholica redolentia, omninò delere.

CAPUT IV.

§. I. Pro sacrorum Rituum uniformitate ubi-
vis introducenda in quibuscunque Ecclesiis
certus deputetur ceremoniarum
Magister.

Cum sacrorum Rituum & ceremoniarum consensus, & concertus magnopere commendat Catholicæ Religionis dignitatem, & concordiam, ut ille non in quibuscunque Missarum sacrificiis duntaxat, sed in reliquis etiam Ecclesiasticis officiis & functionibus omnibus, prout decet, adhibeatur, vehementer exoptamus: quem in finem in Domino hortamur universos Civitatis & Diocesis Nostræ Ecclesiarum Prælatos, Superiores & quoscunque alios, ad quos pertinet, & in futurum pertinebit, ut in singulis tam Metropolitanâ, quàm Collegiatis, Parochialibus, & Regularibus Ecclesiis unus vel alter pius & peritus sacrorum rituum & ceremoniarum Ecclesiasticarum Magister, cui in ritibus & ceremoniis obedire omnes teneantur, constituatur; qui totus in eo sit, ut Romano Cæremoniali diligenter evoluto; aliis, ad quos spectat, sacras ceremonias & ritus in eodem præscriptos, juxta illius modum, & normam in quibuscunque actibus ostendat & doceat.

§. II.

§. II. *Pro Neomyftis inftruendis in fingulis Decanatibus Ruralibus duo deputentur ceremoniarum periti.*

Quin etiam, ut eadem ceremoniarum, & rituum Ecclefie Romanæ concordia ubique introducatur, volumus in fingulis Decanatibus Ruralibus Noſtræ Dioceſis duos deputari, ejuſmodi ceremoniarum & rituum peritos, qui Neomyſtas omnes, tam primam Deo hoſtiam litaturos, quam Sacramenta Eccleſiaſtica adminiſtratuſ, eiſdem ceremoniis ac ritibus debite inſtruant. Quapropter ſinguli Decani Rurales in proxima congregatione, aut Capitulo Paſtorum diligenter diſpiciant, qui ad hoc munus obeundum erunt idonei, coſque Nobis, Noſtræ Generali in Spiritualibus Vicario repræſentent, & factâ per Nos, vel Noſtrum Vicarium prædictum eorum designatione, nemo deinceps ſæcularis Sacerdos primitias celebret, aut novellus Paſtor, ſeu Vice-Paſtor Sacramentum adminiſtret, niſi per teſtimonium unius ex designatis inſtructoribus doceat, quod in ceremoniis & ritibus ſufficienter inſtructus ſit: & quando aliquem eorum inſtructorum è vivis excedere, aut locum mutare continget, volumus mox alium ei ſubrogari.

C A P U T V.

§. I. *Officium divinum ſingulis diebus ſtatis horis in quibuſcumque Eccleſiis debite eſt canendum.*

Inſuper ſciant qui tum in Metropolitana, tum reliquis Civitatis, & Dioceſis Noſtræ Eccleſiis, Prælaturas, Dignitates, Canonicatus ſeu Præbendas, Paſtoratus, Vicarias, aliâve beneficia, vel Officia Eccleſiaſtica obtinent; & alii quotquot divinis mancipati ſunt functionibus, ſe ideò de altari, & Eccleſia vivere, ut Officium Eccleſiaſticum debite peragant; adeoque totius humani generis apud divinam clementiam cauſam agant, militantique Eccleſiæ vota, preces & laudes Deo offerant, eaque ſua puritate, pietate, ac merito faciant commendatiora. Eapropter iſdem omnibus, aliisſque in ſacro aliquo Ordine conſtitutis ſeveriſſimè præcipimus, ut horas canonicas articulatim, diſtinctè, attentè ac piè ſingulis diebus ſtatis horis, observato tamen dierum ſolemnium à ferilibus, & minis ſolemnibus diſcrimine in Ec-

Concil. Provinc. Colon. ſub Hermano V. part. 2. cap. 4. & part. 3. cap. 10. & 13.

cleſia cantent, vel minimùm privatim legant, ſub penis in ſacris Canonibus expreſſis, aliisſque arbitrariis.

§. II. *Nec à legentibus illud privatim negligendum.*

Quoniam diſcrimen ſeptem præcipuarum diei horarum orationi apud Judæos olim deſtinatarum, imitata eſt ſubſequens Eccleſia Chriſti per ſeptem horas Canonicas diem diſtribuendo, in memoriam, honorem, & gratiarum actionem pro maximis à Deo beneficiis, horis illis orbi conceſſis; optandum foret ut ſancti Petri exemplo, Eccleſiaſtici omnes ſtata precum horariarum tempora, quando per occupationes licet, ex mente & præſcripto Eccleſiæ diligenter obſervent, non ſimul omnes citra neceſſitatem, ſed diſiſim ſuis quaſque horis, ut ferè in choro ſit perſolventes.

Pſalm. 118. v. 163.

Act. 3. v. 13.

§. III. *Horas Canonicas quilibet per ſe & juxta præſcriptum Pontificum legere tenetur.*

Sanè ſuo non ſatisfaciunt Officio, nec fructus faciunt ſuos, qui non per ſe, ſed per alium, aut alias horas Canonicas, aut alio modo legunt, quàm à Summis Pontificibus præſcriptum eſt.

§. IV. *In quacunque Cathedrali vel Collegiata Eccleſia ſacro ſaltem Subdiaconatus Ordine necdum initiatus vocem in Capitulo non habeat: quid præſtare teneantur ad majores Ordines promoti.*

Obſervanda quoque ſunt duo Concilii Tridentini decreta ſequentia, quorum prius ſic habet: *Quicumque in Cathedrali, vel Collegiata ſæculari, vel Regulari Eccleſia divinis mancipatus Officiis, in Subdiaconatus Ordine ſaltem conſtitutus non ſit, vocem in huiusmodi Eccleſiis in Capitulo non habeat, etiamſi hoc ſibi ab aliis liberè fuerit conſeſſum. Ii verò qui Dignitates, Perſonatus, Officia, Præbendas, Portiones, ac quælibet alia Beneficia in dictis Eccleſiis obtinent, aut in poſterum obtinebunt; quibus onera varia ſunt annexa, videlicet, ut alii Miſſas, alii Evangelium, alii Epitolas dicant, ſeu cantent, quocunque privilegio, exemptione, prerogativa, generis Nobilitate ſint inſigniti, teneantur, juſto impedimento ceſſante, infra annum Ordines ſuſcipere requiſitos, alioquin penas incurrant, juxta Conſtitutionem Concilii Viennenſis, quæ incipit, ut ii qui;*

Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reſorm. cap. 4. & ſeſſ. 24. de reſorm. cap. 12. §. Neamenem etiam &c. & §. Omnes verò divina &c. Statuta Provinc. Henrici Archiep. Colon. cap. 13. pag. 81. Statuta Wilhelmi Archiep. Colon. cap. 8. pag. 159. & Frederici Archiep. Colon. cap. 38. pag. 212. & cap. 40. pag. 213.

quam presenti Decreto innovat; cogantq; Episcopi eos diebus Statutis dictos Ordines per se ipsos exercere, ac cetera omnia Officia, quæ debent in cultu divino præstare, sub iisdem, & aliis etiam gravioribus pœnis, arbitrio eorum imponendis. Nec aliis in posterum fiat provisio, nisi iis qui jam ætatem, & ceteras habilitates integrè habere dignoscantur; aliter irrita sit provisio. Posterius Decretum ita habet: Neminem etiam deinceps ad Dignitatem, Canoniatum, aut Portionem recipiant, nisi qui eo Ordine sacro aut sit initiatus, quem illa Dignitas, Præbenda, aut Portio requirit; aut in tali ætate, ut infra tempus à jure, & ab hac sancta Synodo Statutum initiari valeat. Et paulò post: Omnes verò divina per se, & non per Substitutos, compellantur obire Officia; & Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti adstipere, & inservire, atque in choro ad psallendum instituto, hymnis & canticis Dei nomen reverenter, distinctè devotèq; laudare.

CAPUT VI.

Divinum Officium uti Deo dignum est, ab omnibus peragendum.

Quum in Officio divino cum ipso Deo, qui Rex Regum est, & Dominus Dominantium, sit nobis negotium, meritò non modo statis semper horis, in choro convenient, sed in eo etiam à fabulis, risibus, jocis, & aliis levitatibus omnino abstineant, & ita functionem illam omnes, quibus sive ex beneficio, sive ex officio incumbit, non minùs supremi gradu, quàm infimi obeant, eâ, quæ divinæ Majestati congruit reverentiâ, mente piâ & attentâ, corpore decenter composito, modestiâ gravi, & verborum pronuntiatione minimè præcipiti, in Psalmis decantandis, & in medio, & fine cujuslibet versus, quiescant nonnihil, ut & Deum quo par est cultu honorent, & populi pietatem excitent.

CAPUT VII.

Frequens interessentia in divinis per distributiones quotidianas procuranda est.

Quandoquidem propter inæquales beneficiorum proventus, aliasque ob causas, una generalis nequeat regula statui in executione Decreti Concilii Tridentini de tertia parte fructuum, & quorumcunque proventuum, & obventionum in distributiones quotidianas convertenda; sin-

Concil. Trid. sess. 21. de re-form. cap. 3.

gula Capitula modum, & rationem id debite efficiendi concipiant, & Nobis, seu Vicario Nostro in Spiritualibus Generali exhibeant, sic tamen, ut in majoribus Horis, scilicet Matutinis, summa Missa, & Vesperis multò largiores sint, quàm in minoribus Horis, nec in minoribus tam exigua, ut eæ negligantur.

CAPUT VIII.

§. I. Distributionibus priventur absentes aut notabiliter serò venientes.

Studeat unusquisque mox à principio, & divino Officio tam Matutino, & Vespertino, quàm minorum Horarum, ante finem primi Psalmi cujusque Officii, usque ad finem ejusdem interesse, qui secus faxit, quavis collusione aut remissione exclusâ, distributionibus careat: exceptis duntaxat iis, quos causæ in constitutione Bonifacii VIII. expressè excusant, & pro præsentibus habendos, ut distributionibus gaudeant, jura decernunt. Si in quibusdam Ecclesiis ex fundatione, statuto, vel consuetudine, citiùs interesse divino Officio teneantur, vel diutiùs in eo permanere, nolimus illis esse derogatum.

Concil. Trid. sess. 24. de re-form. cap. 12. §. Distributiones verò.

C. Vnicum de Clericis non resid. in 6.

§. II. Idem de Officiis & Missis defunctorum statuitur.

Quemadmodum distributionibus privandi sunt, qui ante finem primi Psalmi cujusque Officii, usque ad finem eidem Officio non interfunt, ita quoque eis privari volumus, qui in Missis, tam de tempore, quàm votivis, & anniversariorum, quæ ex fundatione sine commendationibus canuntur, ante Epistolæ finem: in Vigiliis verò ante finem secundi Psalmi Vesperarum, seu Matutinarum, & in commendationibus ante finem primi Psalmi usque ad finem, vel in habitu choralis, qualem temporis & personæ conditio requirit, non interfunt.

§. III. Anniversariarum memoriarum & fundationum liber seu index conficiatur & conspicuo loco affigatur.

NE autem anniversaria, aliæve piæ fundationes ob defectum sufficientis stipendii negligantur, aut planè intercidant, volumus ut omnes tam Collegiatarum, quàm Parochialium, etiam Regularium Ecclesiarum Decani, Parochi, Vice-Parochi,

Vrbani Papa VIII. Constit. 43. & ibidem Declarationes sacre Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini interpretum.

chi, & Superiores quicumque ut ea quamprimùm legitimè reduci curent, & sic reducta cum aliis, quibus congrui reditus sunt attributi, in peculiari anniversariorum memoriarum libro ad id conficiendo cum tabula seu indice omnium piarum foundationum, & onerum, ad quæ Beneficia, Officia, Fabrica, Mensa pauperum, Confraternitates, aut Servitia istius Ecclesiæ obligantur, prout habet illarum fundatio vel reductio, cum annotatione, & specificatione diei, & mensis, quando, per quem, & pro quibus fieri, & impleri debent, nitidè & correctè, describant, quæ tabula continuo in Sacristia, seu alio commodiore loco conspicuo, quo populus id rescire possit, muro affixa dependeat.

§. IV. Dicitur libri seu indicis copia authentica Archidiaconis aut Decanis Ruralibus tradenda.

Exemplum quoque authenticum dictæ tabulæ seu indicis anniversariorum, ac foundationum, singuli Pastores, ac Vice-Pastores, tradant suis Archidiaconis, aut Decanis Ruralibus, qui illud cum actis suæ proximæ Visitationis Nobis, aut Vicario Nostro in Spiritualibus Generali transmittant.

§. V. Anniversaria per hebdomadam occurrentia Pastores diebus Dominicis publicent.

Præterea singuli Pastores, & Vice-Pastores diebus Dominicis populo cum debita commendatione, pro concione omnia anniversaria & foundationes per hebdomadam occurrentia publicent, & in foundationibus præscripta observari curent.

C A P U T IX.

§. I. Statutum de diebus recreationis abrogatur, & Bonifaciana Constitutio observari mandatur.

ET ne dicta Constitutio Bonifacii Papæ, nec non Concilii Tridentini Decretum occasione prætextu cujusdam de diebus recreationis statuti violetur, decernimus & declaramus ejusmodi statutum, sicubi extat, tanquam corruptelam ex libris, & protocollis Capitulorum delendum, & expungendum esse, & loco illius observandum, quod dicta Bonifaciana Constituzione permittitur, ut si quis ob

negotia Ecclesiæ, vel ob infirmitatem corporis horis interesse nequiverit, pro præfenti in divinis habeatur, & quotidianis distributionibus, ac præfentis, etiam manualibus, ex defunctorum exequiis seu anniversariis memoriis gaudeat, sub quibus casibus etiam eos comprehendi censemus, qui pro conservanda, aut recuperanda valetudine aërem ad breve tempus mutare, aut aliàs publicâ, seu legitimâ causâ juxta dictam Bonifacii Constitutionem abesse coguntur.

§. II. Quinam in negotiis Ecclesiæ occupari censeantur, & pro præfentibus habendi sint.

Intelligimus autem in Ecclesiæ negotiis occupari non solum eos, qui Capituli, aut Fabricæ suæ Ecclesiæ negotia tractant, sed & illos omnes, qui propria Dignitatum vel Præbendarum suarum munia obeunt, aut Nobis seu Successori Nostro Archiepiscopo Coloniensi, pro eo tempore existenti, Ordines conferenti, Civitatem seu Diocesim Visitationi adsunt, vel in aliis Archiepiscopatus Coloniensis negotiis occupantur, vel aliquò ab eo missi consilium & operam suam impendunt, quos pro eo tempore, fraude & dolo seclusis, decernimus pro præfentibus reputari, & omnibus emolumentis gaudere debere, perinde ac si per se divinis interessent. Illos quoque qui sub divinis Officiis, aut Missæ Sacrificium celebrant, aut ad celebrandum sese præparant, Volumus pro eo tempore præfentes in divinis reputari, modò tamen absoluto Sacrificio sine notabili mora in chorum redeant.

§. III. Seriùs ad Officium divinum venientes nec excludendi, nec publicè confundendi.

Seriùs ad Officium divinum venientes, seti distributionibus privandi sint, liberè tamen cum habitu decenti chorum intrare permittantur: nec quisquam eos manuum, vel pedum plausu, vel sibilis, aliòve strepitu excipiat; si quis secùs fecerit, ipse quoque distributionibus privetur, & insuper pro modo culpæ & offendiculi puniatur.

§. IV. Minùs decentia sub Officio divino vitanda.

Nemo quoque cum publicè preces Horariæ cantantur, vel Sacrificium

C. de cetero & C. audientiam de Clericis non resid. Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. & ibidem Declarationes Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum.

Missæ celebratur, profanum quippiam, aut ab instituto alienum legat, neque etiam dormiat, aut fabuletur, aut velut iners truncus, & mutus assistat sub pœna privationis distributionum ejus Officii, etsi semel correptus, secundo aut tertio circa præmissa deliquerit, ultra amissionem distributionum in eum gravius animadvertatur.

CAPUT X.

§. I. *Officia divina non mutilanda.*

UT omnia porro in Officiis divinis cum decore, & reverentia peragantur, serio mandamus, ut Missæ Sacrificium integrè, Symbolo Apostolico, Præfatione, & Oratione Dominica nunquam per organa, aut chorum decurtatis vel mutilatis celebretur & decantetur.

§. II. *In Organis, instrumentis musicis campanisve lasciva vitanda.*

Organis item, ac quibuscunque aliis instrumentis musicis, tam in Eccle-

siis quàm in processionibus ita canatur, ut modulatione suâ lascivas, impuras, militares, vel indecoras cantiones non imitentur, & ea quæ voce canuntur, ne procul absint à mente. Quicumque tintinnabulorum & campanarum, si quæ sint ad harmoniam compositæ, curam gerunt, caveant ne earum pulsu turpes, inhonestas, vel sæculares cantiones expriment; sed potius hymnorum & canticorum Ecclesiæ modulationes graves, & quæ pios affectus moveant, imitentur.

§. III. *Conventus profani & divinum Officium perturbantia in Ecclesiis non tolerantur.*

Conventus autem profani, transactiones, & quæcunque divinum Officium possunt perturbare, aut decori ac Sanctitati domus Dei officere, in templis non tolerantur. Quæ autem ad cultum divinum, munditiam, ornatum atque splendorem sacri loci faciunt, eadem ab omnibus diligenter observentur.

TITULUS IV.

De Superstitione.

CAPUT I.

§. I. *Quenam sint vitia Superstitionis nomine comprehensa auditores & penitentes doceantur.*

Multos ignorantia, multos curiositas, multos malitia, variis jure divino & humano severissimè prohibitis superstitionibus coinquinat; idcò Pastores, Vice-Pastores, Concionatores, Catechistæ & Confessarii, auditores & penitentes suos diligenter de vitiis Religionis virtuti oppositis, & communi superstitionis nomine comprehensis doceant; ac generatim & frequenter inculcent, superstitionis esse certò expectare quemcunque effectum à quacunque re, quem illa nec suâ naturâ, nec ex divina, vel sanctæ Ecclesiæ Catholicæ institutione, vel approbatione potest producere.

§. II. *Explicent sæpius Pastores quàm graviter sacra Scriptura quæcunque divinationum genera detestetur.*

Speciatiim verò doceant, quàm graviter Scriptura sacra quodcunque divinationis genus detestetur; inter quas non solum eæ condemnantur, quibus dæmon expressè, sed etiam illæ, quibus tacitè duntaxat invocatur; ut in Auguriis, Ominibus, Chiromantia, & Spatulamantia, quibus (Deo justè id permittente) se dæmon frequenter miscet. Cùm autem soli Deo propria sit divinatio, & prænotio futurorum contingentium, æquè ac secretorum cordis; dum ea homo sine Deo contendit perscrutari, seque Deo superbè componit, meritò sibi relictus corruiet.

C A.

CAPUT II.

§. I. *Astrologia divinatoria ab Ecclesia Romana damnata est.*

Ilicita autem ab Ecclesia Romana prorsus damnata est Astrologia divinatoria, per quam ex astrorum aspectu eventus, qui à libero hominis pendent arbitrio, prædicuntur: vel præteriti, præsentis, aut futuri effectus occulti denuntiantur, vel ex inspectione sideris, conceptionis, seu diei natalis, observatoque puncto nativitatis cujusque hominis, aut manuum, ac faciei lineamentis, ex mortuis apparentibus, ex galea, quam vocant nativitatis, aliisque id genus observationibus, certò de futuris hominis moribus, prospera, seu adversa fortuna, aut exitu pronuntiatur, & ex siderum positione & situ obventura prædicuntur, eaque & propensiones ad bonum, aut malum solis astris subjiciuntur, aut ex fortibus absque divino instinctu & afflatu occulta, ut certa discernuntur.

§. II. *In interpretandis somniis magna prudentia adhibenda.*

Et si liceat ex iis somniis, quæ verosimile est à Deo, vel bono Angelo proficisci, divinare; quæ ferè ex adjunctis, & peculiari lumine divino manifestè cœlitus immitti discernuntur, ex diabolicis tamen somniis, quæ interdum permittit Deus, & prudentum judicio facilè dignoscuntur, nullo modo fas est conjecturam facere; omne enim Nobis commercium cum dæmone, uti ruinæ nostræ semper cupidissimo hoste est inhibitum.

CAPUT III.

§. I. *Populus docendus quænam sint vanæ observationes.*

Dolendum est non rudem tantum populum, sed interdum alios quoque vanis observationibus deditos, consideratione alicujus eventus fortuiti, veluti leporis in via decursu, vel corvi crocitatione, conijcere de prospero vel adverso successu, & inde actiones suas moderari. Quocirca Pastores, Vice-Pastores & Catechistæ sæpiùs populum admoneant, superstitionem esse artem, per quam quibusdam orationibus, jejuniis, aspectu certarum figurarum, aliisque signis, adminiculisque va-

nis adhibitis, ad effectus intentos, qui nullam cum iis neque ex natura rei, neque ex Dei, vel Ecclesiæ instituto proportionem habent, variæ scientiæ, seu doctrinæ absque labore acquiruntur.

§. II. *Incantationibus & ligaminibus superstitiosiss nullatenus utendum.*

Gravissimè tales peccare doceantur, qui ad morbos, vel vulnera hominum, aut brutorum animalium curanda, sanguinem sistendum, dolores mitigandos, ad vitam, vel valetudinem conservandam, ad immunitatem à vulneribus procurandam adhibent incantationes, insufflationes, ligamina &c. scripturas, characteres, seu imagines astrologicas, preces ad certum & determinatum verborum numerum restrictas, amuleta, brevia, involucra, signa, Sanctorum etiam permixtis reliquiis, deque collo suspensis, verba sacra, preces descriptas, quæ nativam medendi vim non habere apertè constat, neque Ecclesiæ approbationem, quibus accensenda sunt medicamenta naturalia, si illis aliqua frivola tanquam necessaria adjunguntur.

C. Non liceat 26. q. 5. C. Non observetis. C. Quis estimaret 261 9. 7.

§. III. *Etiamsi Crucis signum vel alia sacra simul adhibeantur.*

Neque refert, quod interdum specie pietatis, signum Crucis, sacra verba & preces adhibeantur, quibus alia quoque vana & inutilia admiscuntur, ignota scilicet nomina, characteres, vel spes tribuitur modo scribendi, vel ligandi, vel alia vanitas, à cultu divino aliena conjungitur.

CAPUT IV.

§. I. *Ab omnibus diabolicis remediis penitus abstinendum.*

Execranda est quoque eorum malitia, qui herbas certo die, horâ, aut ritu decerptas ad certas quasdam injurias, & pericula propulsanda valere confingunt, quique ad expellendos dæmones, obtinendam victoriam, præcavenda vulnera, diabolicis utuntur remediis, & altis, ut vocant, seu magicis, vel incognitis nominibus, verbis, notis, vel signis, quorum fiducia in cædes, suo & aliorum periculo, animarumque æterno damno ruunt.

§. II.

Daniel. 4. 7. 5.

§. II. *Decernuntur pœne in similibus uten-
tes, & publicari mandantur.*

CUmque detestanda ista temeritas la-
tius serpat, quam ut paternis admoni-
tionibus possit impediri, acriori censurâ
coercendam judicamus. Cunctis itaque
Civitatis & Diœcesis Nostræ Pastoribus,
Vice-Pastoribus & Concionatoribus man-
damus, ut ter, quaterve in anno, ubi po-
pulus frequentior est in Ecclesiis, videlicet
circa Festum Paschatis, Nativitatis Do-
mini, & Dedicationis Ecclesiæ, aut quod
vocant Nundinarum, publicè de suggestu
denuntient, Nos omnes & singulos, qui si-
milia diabolica remedia, & alta, seu ma-
gica, sive incognita nomina, verba, notas,
vel signa gestaverint, vel aliis gestanda de-
derint, pœnæ excommunicationis ipsò fa-
cto incurrendæ subijcere, ejusque absolu-
tionem Nobis reservare. Insuper per præ-
sentes prohibemus Pastoribus, & Vice-
Pastoribus supradictis sub pœnis suspen-
sionis ab officio, ne quem in loco sacro se-
peliant, qui cum istis altis, seu magicis &
incognitis nominibus, verbis, notis, vel si-
gnis mortuus deprehendatur.

C A P U T V.

§. I. *Vana observationes circa certos numeros
& præscriptas formas Missarum, precum
vel candelarum proscribendæ.*

Proscribenda pariter est eorum vana
observatio, qui certò numero, & præ-
scriptâ formâ Missarum, precum, vel can-
delarum, affirmant certas designatasque
animas è purgatorio semper liberari, qui-
ve certò pollicentur sine pœnitentia, & Sa-
cramentis ex hac vita non migraturos eos,
qui hunc, vel illum ex Sanctis coluerint, vel
Crucem die Veneris Sancto portaverint :
moneantur tales, rectè ipsos id facere in
honorem alicujus sacri mysterii, sed non
eâ certâ persuasione, sic se tantùm illud im-
petraturos, quasi deprecatio Deo grata
futura non sit, nisi septem Missæ pro de-
functo dicantur, septem accensis candelis,
septies datis eleëmolyinis. Non ideò tamen
prohibitâ censemus triginta Missas à
S. Gregorio Pontifice Maximo pro de-
functis institutas, & approbatas, prout &
sacra Congregatio Cardinalium sacris Ri-
tibus Præpositorum desuper consulta re-
spondit.

*Gregor. Papa
IV. Dialog.
55. sacra Con-
gregatio rituum
apud Garzon.
Comment. in
rubric. Mis-
sal. part. 1.
tit. 5. n. 3.
ut, D.*

§. II. *Sagæ verò & magi maximè
execrandi.*

OMnibus verò dictis magis execrandi
sunt magi, atque sagæ, qui maleficiis
corpora, non præstigiis solum, sed verè mi-
ris immutant modis, illecebris, & philtis
homines ad idololatriam, aliaque scelera
pellicunt, suis incantationibus fascinant,
dementant & interimunt incautos, bruta
animalia necant, morbos, grandines, au-
ras noxias, sterilitatem, dæmone ad hoc
eis opitulante, inducunt, hominibus, pec-
coribus, & terræ frugibus nocent, in mari-
bus vel fœminis usum matrimonii impe-
diunt, omniaque nocendi genera, non si-
derum, aut maleficiorum vi, sed dæmo-
num pacto & concursu machinantur.

§. III. *Sortilegi & consultores eorum severè
à Magistratu puniendi.*

UT autem detestabile hoc superstitio-
num & divinationum, vanarumque
observationum, & fœdarum artium ma-
gicarum studium, quantum in Domino
possumus, extirpemus: omnes ac singulos
ubivis locorum Diœcesis Nostræ Judices
Ecclesiasticos & Sæculares seriò adhorta-
mur, ut omnes qui de rebus deperditis, aut
præteritis, præsentibus, seu futuris even-
tibus, aliisque secretis, vel occultis con-
sulti responsa dare cognoscuntur, suis se-
dibus pellant, vel protinùs pellendos cu-
rent: eos autem qui talium hominum au-
xilium implorant, sollicitant, pecuniâ re-
dimunt, vel super rebus amissis, aut occul-
ta veritate cognoscenda, vel solvendis
maleficiis, seu veneficiis consulunt, gra-
viter puniant, ac multò graviùs in Venefi-
cos, Sortilegos, Ariolos, Incantatores,
Pythones, Divinatores, Præstigiatores,
Augures, Chiromanticos, præsertim verò
illos, qui sub vulgari Ægyptiorum nomine
vagantur, eorumve asseclas, aut qui se tales
mentiuntur, & illorum utuntur habitu,
animadvertant, eosque deportent & ex-
terminent.

§. IV. *Ad depellenda maleficia remedia ab
Ecclesia usitata adhibenda.*

OMni itaque curâ docendus populus,
ut ad depellenda maleficia, eorumque
vim & noxios effectus impediendos, iis
utatur remediis, quæ adversus nequicias &
illusiones dæmonum, Ecclesiastica tradit
aucto-

auctoritas, uſuſque confirmavit: ea ſunt ſincera ad Deum converſio, frequens Sacramentorum uſus, jejunium, eleemoſynæ, Miſſæ Sacrificium, Fidei Catholica ſæpè repetita profeſſio, frequens recitatio Symboli Apoſtolicæ, invocatio Nominis Jeſu, Beatiffimæ Virginis Mariæ, Angeli Cuſtodis, aliorumque Sanctorum, Litaniam omnium Sanctorum, frequentes preces & Collectæ, ſignum Crucis, ſolennes exorcismi, ſacræ Imagines, reliquiæ Sanctorum, benedictarum campanarum pulſus, Agni Dei, aqua, cereus, herbæ, ſal, & alia ejuſmodi uſitato Eccleſiæ ritu benedicta.

ſ. V. Librorum aut Scriptorum ſortilegia, veneficia aut divinationes docentium lectio aut retentio prohibetur.

PRæterea libros, opera, ſcripta, ac tractatus, qui ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, execrabiles incantationes, magicas præſtigias, diabolicas artes, & vanas ſuperſtitiones, ac divinationes docent, aut quomodolibet de eis tractant, à quibuſcunque Chriſti-fidelibus legi, aut retineri, ſeveriſſimis ſub pœnis in ſummorum Pontificum Sixti V. & Urbani VIII. Conſtitutionibus, nec non prohibitorum librorum Indiçe expreſſis, aliisſque arbitrariis, prohibemus: ſed & eoſdem quantovis etiam pretio æſtimentur, exemplo Ephęſiorum, & juxta ſacrorum Canonum, œcumenicorumque Conciliorum præſcriptum cremari, mandamus. Unde Paſtores, Vice-Paſtores & Concionatores frequenter populum commoneant, quàm gravi ſe peccato talium ſectione, ac multò magis eorum experimentis obſtringat; quod ſi nihilominus aliquos, ſpretis Noſtris mandatis, ejuſmodi libros, ſcripta, ſeu tractatus uſurpa-

re, legere, vel retinere deprehenderint, ſemel iterumque moniti, niſi dimiſerint, noverint ſe pœnis gravioribus à Nobis eſſe puniendos.

CAPUT VI.

Pœna in maleficos & ſortilegos decernitur.

CUM verò nonnulli ſuæ conditionis obſiti, & ſolemnis ſponſionis ab iis factæ, cum in Chriſti gregem, per ſacrum regenerationis lavacrum adſciti fuerunt; Satanæ, cui renuntiarunt, artibus, maleficiis, ſuperſtitionibus, ac nefariis inventis operam dare non vereantur; quinimò Magiſtrum imitantes qui Capitali odio, quo humanum genus proſequitur, hominibus inſidiari nunquam ceſſat, proximum variis modis lædere, animas verò ſuas æternum perdere non timeant, Nos ut tam exitioſa ſcelera à Chriſti-fidelibus arceantur, Conſtitutioni Gregorii Papæ XV. adverſus maleficos & ſortilegos editæ inhærentes, præcipimus, ut conſtitito, quòd aliquis pactum cum diabolo fecerit, & à fide apoſtatando maleficiis ſive ſortilegiis unam, ſeu plures perſonas, ita læſerit, ut ex maleficio, vel ſortilegio mors ſecuta ſit; etiam primo lapſu Curia ſeculari tradatur debitis pœnis puniendus. Qui verò ſimiliter apoſtatando pactum cum diabolo, ut præfertur, fecerit, & maleficio, ſeu ſortilegium commiſerit, licet mors ſecuta non ſit, infirmitas tamen, divortium, impotentia generandi, ſive animalibus, frugibus, vel aliis fructibus damnum notabile provenerit, muro claudi, ſive perpetuis carceribus mancipari debeat.

Sixti V. Pa-
pe Conſtit. 17.
Urbani Papæ
VIII. Con-
ſtit. 117.
L. Mathema-
ticos, C. de
Epiſc. au-
diunt.

TITULUS V.

De Exorcismis.

CAPUT I.

ſ. I. Exorcismus circumſpectè utendum.

QUANquam Exorcismorum uſus, ex divina inſtitutione, Apoſtoli- ca traditione, & Eccleſiæ conſuetudine, pro pellendis ex humano corpore

dæmonibus, ædibus ab illorū inſeſtatione liberandis, variis damnis ac malis, quæ per tempeſtates, animalia noxia, venena, vel alia quavis ratione inferri ſolent, avertendis, utilis omninò ſit & ſalutaris; eorundem nihilominus abusus tot ac tanta peperit incommoda, ut cogamur revocare, prout præſenti Decreto omnes & ſingulas exorcizandi licentias verbo, vel ſcripto à
D Nobis,

Nobis, vel authoritate Nostrâ concessas, revocamus.

§. II. *A nemine autem sine prævia licentia.*

QUare nullus in Civitate & Diocesi Nostra Colonienſi, poſthac ſine Noſtra, Noſtrive Vicarii in ſpiritualibus Generalis facultate ſcripto obtenta exorcizare præſumat: Quibuſcunque autem deinceps à Nobis, ſeu prædicto Noſtro Vicario huiuſmodi facultas dabitur, id charitatis officium afflictiſ sine ſpe lucri, omni vanâ gloriâ & præſumptione ſepoſitiſ, impendant.

§. III. *Uſus eorum ſolis Decanis Ruralibuſ conceditur.*

NE verò Noſtra hæc revocatio indigentibuſ incommoda ſit, Ruralibuſ Noſtris Decanis, ut in omnibuſ diſtrictuſ ſui lociſ exorcifmos adhibere queant, præſentium tenore facultatem concedimus; Paſtores verò & Vice-Paſtores hac facultate carenteſ huiuſmodi exorcizandoe ad Decanoſ, vel alioſ ſpeciali exorcizandi poſtate munitoſ mittant.

§. IV. *Exorcizantoe ab Eccleſia approbatie ceremonieſ tantum utantur.*

Licentiam porrò exorcifmoe utendi à Nobis, vel Noſtro Vicario adeptuſ, in ejuſmodi functione graviter, piè, ac religioſè ſe gerat, nec aliis, quàm in Rituali Romano, ſeu Paſtorali Colonienſi præſcriptiſ Exorcifmoe, precibuſ & cæremoniis, quantumcunque piæ ac bonæ appareant, utatur.

C A P U T II.

§. I. *Exorcifſta non ſit faciliſ ad exorcizandum.*

Non temerè credat Exorcifſta aliquem eſſe obſeſſum, intoxicatum, aut locum infeſtum, aut ſpiritum vagari, cum cæcitate & credulitate hominum millieſ in ejuſmodi vel errarit, vel malitia fraudem texuerit, uti frequenſ docet etiamnum experientia. Proinde neque faciliè adhibeat exorcifmoſ, niſi ſignis, prudenti medicorum, ſuo, aliorumque Doctorem maturo iudicio examinatiſ, perſpicuè conſtet eſſe Energumenum, aut maleficiò affectum &

multò minùſ morboſ hominum, pecorum languoreſ, aut damna poſſeſſionibuſ illata, ſtatim incantationibuſ aut maleficiis attribuat, nec homineſ dum id ordinariè exiſtimant, in iſta ſinat hæreſe opinione, minimè verò confirmet, ne fruſtra remedia Eccleſiæ ad alioſ fineſ & effectueſ, quàm ordinata ſunt, cum periculo contemptuſ adhibeantur.

§. II. *Signa mali ſpirituſ genuina ab aliis prudenter diſcernenda.*

Quamvis evidenter cognofci nequeat, quando homo à dæmone obſeſſuſ, vel maleficiò ſit intoxicatuſ, certiora tamen priorie indicia ſunt; ſi linguâ peregrinâ pluribuſ verbis loquatur, vel loquentieſ intelligat, ſi abſque prævia doctrina artificioſè legat, ſcribat aut cantet, ſi diſtancia & occulta patefaciat, vires ſupra ætatiſ ſeu conditionie ſuæ naturam exerat, præſertim, ſi cum remittit afflictiò, neſciat ut antea de occultis reſpondere; ſi juſtuſ invocare Nomen Dei, aut orationeſ piae dicere, id facere nequeat; ſi horreat & contremiſcat, quando ipſo inſeio adhibentur Sanctorem Reliquiæ, Crucie ſignum, aqua benedicta, & hiſ ſimilia, quæ ex probatiſ Authoribuſ Exorcifſta noſſe ſtudebit; proderit etiam occultè & diſcretè cauſaſ inquirere, ob quae dæmon putetur ingreſſuſ, aut afflictuſ maleficiò affectuſ, quæ licet aliquando ſint ſolueſ Dei gloria, & afflicto augmentum meriti, ordinariè tamen cauſa ſunt peccata, videlicet deſperatio ex amiſſione bonorum temporalium, nimia cum dæmone, vel cum hominibuſ, qui cum eo commercium habent, familiaritateſ, parentum vel aliquorum de maleficiò ſuſpectorum mala dæmonieſ imprecatio, in ſuperſtitioneſ propenſio, gravis alicuiuſ criminieſ confeſſione nondum expiati, aut voluntariè in eadem omiſſiſ conſcientia, & in tali ſtatu ſacræ Euchariſtiæ ſumptio, nimia ex ſcrupuliſ anxietateſ, per quam, niſi à peritiſ Confeſſariis maturè occurratur, miſeri homineſ ad variateſ perturbatiõeſ & deſperationeſ adiguntur.

§. III. *Maleficiiſ veriſ indicia.*

Signa verò particularia maleficiiſ, præter inſolita ſymptomata & affectueſ corporieſ, accedenteſ iudicio peritorum medicorum, ut ſupra, etiam ſunt, ſi morbuſ, præcedentibuſ miniſ alicuiuſ perſonæ ſuſpectæ, ſubito fuerit exortuſ; ſi in corpueſ afflictiſ

ficti ingesta deprehendantur talia quæ naturæ vi inferri, aut generari in eo non possunt, ut cultri, glomi, capsulæ, crines, aciculæ, ossa, ferramenta & his similia.

§. IV. *Naturalia quidem remedia non rejicienda, primæ tamen spiritualibus tribuenda.*

ITaque dum Exorcista compererit aliquem Energumenum, & intoxicatum esse, non rejiciat quidem naturalia remedia; sed licet primas det Spiritualibus, permittat tamen afflicto ex præscripto medici uti medicinis idoneis ad hypochondriæ malum minuendum, ipse tamen eas non adhibeat, sed spiritualia, quæ ut feliciorum successum habeant, conscientiam peccatorum maculis purgatâ in oratione ad Deum, ferventem Symboli Apostolici recitatione, nec non jejniis, aliisque carnis afflictationibus aliquot dies se exerceat, sibi que persuadeat, sine ejusmodi præparationibus, sæpe parum, aut nihil profici, juxta testimonium Christi, *hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & jejunio.* Dein exorcismos juxta Ritualis Romani, vel Pastoralis Coloniensis formam præscriptos, impressionem signi Crucis, Reliquias Sanctorum, Agnum Dei, ut vocant, aquam & cereum benedictum, panes sacros, palmas, salem & alia ejusmodi usitato ritu Ecclesiæ benedicta adhibeat. Sæpius verò utatur signo Crucis, sed cum reverentia & attentione rei signatæ, id est passionis & mortis Christi Domini, hoc enim vim magnam habet, & adfert homini fiduciam & defensionem, dæmoni verò terrorem incutit, eumque in fugam agit.

C A P U T III.

§. I. *Exorcista sit humilis, devotus & prudens.*

Quia non suis viribus, aut potentiâ, sed solius Dei misericordiâ, & Christi meritis nixus adversus diabolum Dei & humani generis infestissimum hostem omnis Exorcista arma suscipit; hinc ab omni fastu, & vanæ gloriæ ostentatione fit alienus. Caveat adhuc in exorcismis, à ritibus & precibus ab Ecclesia non approbatis; siquidem orationes proprio ingenio compositæ, suspectæ, & non tam efficaces sunt, quàm si Ecclesiæ autoritate & jussu instituantur. Nullis jocosis, superfluis, & nugatoriis interrogationibus, nec ad vana

& curiosa edicenda diabolum adjuret, sed solum ad ea, quæ ad rem pertinent, & ad augendam Dei gloriam, & solamen afflicti erunt convenientia, videlicet de numero, nomine spirituum obsidentium, tempore & modo, quo ingressi sunt, de causa ingrediendi, & aliis ejusmodi: & an detineantur in corpore ob magicam aliquam operam, aut signa malefica, vel si alibi fuerint deposita, ea manifestet, ut inventa comburantur.

§. II. *Maximè autem polleat fide & religione.*

EXorcismos igitur legat & faciat cum imperio & autoritate, magnâ fide, humilitate & fervore: & quibus sacris verbis aut signis advertit dæmonem magis urgeri, iis magis & crebrius instet; si autem viderit obsessum aliquam corporis parte commoveri, pungi, aut tumorem apparere, ibi Crucis signum & aquam benedictam, quæ semper in promptu esse debet, adhibere non intermittat, servato tamen semper decore & honestate, & salvâ rerum sacrarum reverentiâ. Proinde si coram sacra Eucharistia fieri contingat exorcismos, nullo modo ea corpori Energumeni, sed Sanctorum Reliquiæ debita cum reverentia & decore applicentur.

§. III. *Curet Exorcista ne afflicto remediis illicitis utatur.*

Quia verò dæmon, teste S. Cypriano, citius, vel sepius, quem obsidet deserit, prout vel fides patientis adjuvat, vel gratia curantis aspirat: debet Exorcista, quando jam seipsum ritè ad hoc munus disposuit, etiam curare, ut ex parte afflicti non sit defectus. Curet itaque diligentissimè ne afflicto, spretis Ecclesiæ ministris, ad Magos, Ariolos, Divinatores, vel quoscunque laicos pro levamine recurrat, aut remediis superstitiosis utatur; unde Pastores, Vice-Pastores, Concionatores, Catechistæ, & Confessarii sæpius & graviter illius peccati malitiam & pericula incidendi in plenam servitutum ipsius dæmonis, explicent.

§. IV. *Monitionibus contravenientes Ecclesiasticâ careant sepulturâ.*

Si qui autem prædictis monitionibus minus obsequantur, eos Ecclesiasticâ volumus carere sepulturâ, nisi ante mor-

Marc. 9.
v. 29.

tem scelus suum fuerint detestati. Non permittat etiam Exorcista ab Energumeno seu intoxicato gestari sacra amuleta, aut brevia, nisi usitata & examinata, propter periculum superstitionis: verum omnimodo conetur afflictum inducere ad sinceram peccatorum confessionem, eum vero animi dolore & peccatorum detestatione, & digna satisfactione, ac sacrae Eucharistiae frequentiori sumptione, quia lasciviam & dissolutam vitam sæpè ita Deus punit, diabolo homines torquendi factâ potestate.

§. V. *Obsessus vel maleficio affectus monendus, ut magnam in Deo fiduciam habeat.*

Moneatur quoque obsessus vel maleficio affectus, ut dum Exorcismi fiunt totum se recolligat, mentem ad Deum convertat, ac summâ fide salutem ab eo deposcat cum animi humilitate; dumque vehementiùs torquetur, non diffidat de Dei auxilio, quod tempore opportuno experietur.

§. VI. *Si liberetur id Deo adscribendum, si liberatio diutius differatur, Exorcista afflictum consoletur.*

Quod si Exorcismi felicem successum habeant, & Energumenus aut maleficio affectus liberatus fuerit, Exorcista Deo, à quo profectum est, & Christi passioni & meritis totum adscribat, sibi nihil arroget. Moneat pariter liberatum, ut medullitùs gratias Deo agat, & studiosè peccata vitet, ne dæmoni occasionem præbeat revertendi, *fiantq; novissima pejora prioribus.* Si verò effectus diutius differatur; non ideo commoveatur animo, sed consoletur afflictos, doceatque dæmonem tunc gloriosissimè vinci, quando calamitates quaecunque (Deo permittente) nos affligentes, exemplo Jobi & Sanctorum, cum patientia & obedientia suscipimus de manu Domini, ad medelam peccatorum & virtutum exercitationem. Adjiciat plures effectus causas, quæ Exorcismorum efficaciam remorentur, ut incredulitatem aut alia peccata hominum; vel ut diutius à diabolo ad divinam opem implorandam vexati, majori fide & animi fervore properent, tum ut sanctæ patientiæ merito, hanc à Deo immixtam afflictionem perferant, complurium etiam Sanctorum exemplo, quos Deus à dæmone divexari persæpè permisit.

Luc. II. V. 26.

§. VII. *Utilia remedia suggeruntur adversus infestationes.*

Siafflictus non sit sacro Chrismate confirmatus, curet eum confirmari; hortetur quoque eum ad sacrificium Missæ piè quotidie audiendum, ad frequentes orationes, & præsertim fidei professionem, & Symbolum Apostolorum manè & interdiu sæpiùs recitandum, propter defectum enim fidei vel fiducia in Deum, frequenter diabolus homines torquere permittitur; jejundet interdum, aliaque pœnitentiæ & pietatis opera exerceat. Moneat etiam, ut sæpiùs seipsum aspergat aquâ lustrali; quippe quæ contra dæmonis machinationes ex institutione Ecclesiæ benedicitur; gestet quoque ex collo Sanctorum Reliquias, sæpiùs Nomen Jesu reverenter invocet, imploretque Sanctorum & S. Angeli Custodis opem, maximè B. Mariæ Virginis, quæ caput hujus serpentis contrivit; admoneatur etiam afflictus, ut graviores animi tentationes Exorcistæ patefaciat.

§. VIII. *Ad liberandas à dæmonis præstigiis domos pœnitentiæ, orationes ceteraq; virtutes incolarum conducunt.*

Similiter eos in quorum domibus dæmonis præstigiæ advertuntur, seriò Exorcista hortetur, ut pœnitentiæ & peccatorum Confessionem instituant, orationibus apud Deum insistant, in eumque finem etiam alios pios precum socios & adjutores adsciscant, exclusis tamen ignotis, isve quos curiositas eò adduxit. Licet enim Exorcismi vim à Deo impetrandi habeant per preces seu suffragia Ecclesiæ, experientiâ tamen constat, efficaciam eorum, cum effectus non semper necessariò consequatur, plurimùm ipsius ministri, aliorumque præsentium pietate juvari.

C A P U T I V.

§. I. *Locus Exorcismorum.*

TAmetsi expediat Exorcismos Energumeno, vel maleficio obnoxio in Ecclesia aut loco sacro adhiberi, idque si fieri possit, peractò sacrificio divino: si tamen necessitas aut honesta causa requiratur, adjuratio fiat in privatis ædibus, in præsentia talium, qui afflictò precibus opitulentur.

§. II.

§. II. *Mulier sola ne exorcizetur.*

Mulieri nunquam solus adhibeat Exorcismos, sed presentibus aliquot

honestis mulieribus, quæ Energumenam, dum exagitur à dæmone, teneant, & (si fieri possit) sint illius consanguineæ aut affines.

TITULUS VI.

De Processionibus & repræsentationibus.

CAPUT I.

§. I. *Potestas indicendi & ordinandi Processiones est penes Episcopum Diocesani.*

Cum Episcopi Diocesani sit indicare, quando, quò, & quà, tam ordinariæ, quàm extraordinariæ Processiones institui, dirigi, quæve ad Ecclesias nominatim perducì debeant. Laicis autem quibuscunque, etiam Jure civili, Processiones publicas sine ordinarii Diocesani licentia, & consensu imperare sit interdictum. Nos Sanctionibus Apostolicis, & sacre Congregationis Cardinalium declarationibus inhærentes, omnibus & singulis Civitatis & Diocesis Nostræ Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis tam Collegialibus, quàm Ruralibus, Pastoribus, Vice-Pastoribus, & quorumcunque Ordinum, & Institutorum Prioribus, Guardianis, Rectoribus, & aliis quovis nomine nuncupatis Ecclesiarum Superioribus, etiam quovis exemptionis à Diocesi jurisdictione privilegio munitis, severissimis sub penis arbitrio Nostro, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, imponendis prohibemus, ne illorum quiscquam ullam prorsus Processionem, Supplicationem, vel Stationem in quacunque Diocesi Nostræ Urbe, Oppido, Pago, vel agro, extra suæ Ecclesiæ, seu Monasterii septa, foris; multoque minùs Peregrinationem cum Processione, seu Processionem cum Peregrinatione, unquam & usquam sine expressa Nostra, Nostrive Vicarii in spiritualibus Generalis licentia indicare, instituire, dirigere, deducere, seu obire audeat.

§. II. *Quinam in Processionibus comparere teneantur.*

Omnes tamen prædicti, quantumvis exempti, tam Clerici Sæculares in

Civitate, vel Diocesi Nostra, qui beneficiis, seu Officiis Ecclesiasticis gaudent, quàm Regulares quicunque, etiam Monachi, Sacerdotes quoque qui Ecclesiis Religionis Ordinis S. Joannis Hierosolymitani deserviunt, ad publicas Processiones ordinarias, vel extraordinarias, ex quacunque causa, Ordinariæ Nostræ autoritate indictas vocati, accedere debent; & contumaces penis arbitrariis, aliisque juris remediis puniri possunt, iis tantum exceptis, qui septis suis arctius clausi perpetuò vivunt; vel quos Sedes Apostolica excipit, quique ultra medium milliare Italicum à Civitate seu loco Processionis absunt: hi enim ad Processiones quascunque minime sunt compellendi, juxta Concilii Tridentini Decretum, ac desuper editas sacre Congregationis Cardinalium declarationes.

CAPUT II.

§. I. *Quomodo & ubi Processiones instituendæ sint.*

Insuper quàm enixè à Decessoribus Nostris Archiepiscopis Coloniensibus laboratum fuerit, ut sacre Processiones, Supplicationes, & Stationes, juxta pium sanctæ Matris Ecclesiæ institutum, & mentem, honestè & secundum Ordinem fierent, Imprimis ex Concilii Provincialis Coloniensis sub Hermanno V. anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto, habiti, sanctione constat: *Quod Processiones, inquit, per agros & campos peraguntur, rationem quidem habet, nempe, quod populus oret, ut segetes ac fruges terræ à Domino conserventur. Verum ut alia plurima, ita & hic mos hominum malitià depravatus est, quod per occasionem talis deambulationis, quæ Deo placando erat instituta, pleraque scelera committantur. Quamobrem Nobis satius videtur, ut hæc, aliæque Supplicationes, ac Processiones, de cætero intra*

Novell. 123, cap. 32. de Sanctissim. Episcop. Declarationes Cardinalium interpretation Concilii Trident. ad sess. 25. de Regul. cap. 13. Collect. Farin.

Concil. Trident. d. loco. & Declarationes eod. Collect.

Concil. Provinc. Colon. sub Hermanno V. cap. 8. pag. 391.

septa Ecclesiarum religiosè fiant, ac ut in templo, loco precationibus peculiariter dedicato, oretur Deus, habeaturq; tum pius, tum rei, ac temporari conveniens ad populum commonitorius sermo.

s. II. Revocatur in usum Concilii Provincialis Colonienfis Statutum sub Hermanno V.

Quam Concilii Sanctiõnem in usum revocantes, feveriffimè mandamus, ut sicubi abusus tam altas radices egerunt, ut ager Dominicus non videatur repurgari posse, ejusmodi Processiones omittantur, aut intra Templi, Cæmeteriive, aut vicini tractus spacia, aut certè Civitatis, seu Oppidi, seu Pagi, septa brevissimo circuitu contineantur: nec vel minima ullis commensationibus, potationibus, aliisque lasciviis & insolentiis licentia relinquatur. Veruntamen omnes & singulos Parochos, Vice-Parochos & Ecclesiarum Superiores seriò admonemus, ut sint prudentes vel in talibus abrogandis, cum offendicula adverterint ordinaria evenire, vel retinendis, si magnis & multis abusibus possint occurrere.

s. III. Constitutio Adolphi III. circa Processiones.

Am rem & Concilium Provinciale sub Nostro Decessore Adolpho III. Archiepiscopo Colonienfi anno millesimo quingentesimo quadregesimo nono celebratum accuratius persequens, constituit: Nihil propè, inquit, tam sanctum est, quod secularium hominum vanitas non trahat in abusum: Ecclesia de thesauro Corporis Christi exultans, circumfert longis Processionibus etiam extra sacras ades Hostiam illam salutarem, videlicet simul representans itineris Christi historiam, qui dum quaereret salutem nostram, in medio populi versatus est, & universam Judæam circum ambulavit docens, & aegros sanans, discipulis comitantibus; quamobrem Sanctorum Reliquias, & imagines eorum, qui vestigia ejus secuti sunt, simul circumferimus significantes illos nunc cum ipso regnare & triumphare in cælis: quæ memoria debet piis esse jucunda & læta. Verùm huc secularis stultorum hominum vanitas irrepfit, & adhibentur etiam ludi profani & scurriles magno strepitu, ac quasi ad bellum procedendum esset, tympana pulsantur, & ociosa spectacula eduntur, rebus ipsis non congruentia; quibus populus delectatus, à rebus quæ processione aguntur avocatur. Mandamus idcirco, ut quidquid non valet ad devo-

tionem excitandam à processionibus moveatur. Sed sint Processiones compositæ, græves & modestæ, absint risus, joci, & confabulationes, & orent homines, aut suaviter corde & voce modulentur. Nec Beatæ Virginis, aut alterius cujuslibet Sancti plures, quam imago una uniuscujusque circumferatur. At ubi populus vanus noluerit ab usum hunc corrigere, & insolentiam prohibere, mandamus & præcipimus Sacerdotibus & Clero ne talibus Processionibus intersur, ubi iram Dei, non verò misericordiam in nos provocamus.

s. IV. Constitutio hæc observari mandatur.

Præmissa Nos omnia volumus ubivis locorum Civitatis & Diocesis Nostræ Colonienfis à quibusvis quarumcunque Ecclesiarum seu Sæcularium, seu Regularium quantumvis exemptarum Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis tam Collegialibus, quàm Ruralibus, Pastoribus, Vice-Pastoribus aliisque Superioribus, etiam Custodibus & Ædituis sub indeprecabili arbitraria pœna exactissimè observari; ita ut in nullis Processionibus, Supplicationibus & Stationibus plures unquam, quàm una, etiam Deiparæ Virginis, vel alterius Sancti statua & imago deportetur, nisi fortè Sodalitia plura contingat esse, quæ sub diverso ejusdem Sancti titulo, uti Beatæ Mariæ Conceptæ, Annuntiæ, Assumptæ sunt instituta, in his enim ut ejusdem Sancti imago vel vexillum sæpius circumferatur, præsertim si historicam differentiam imagines ipsæ præferant, potest tolerari.

s. V. Inquirenda à Vistoribus circa Processiones.

Additum est in eodem Concilio sub Adolpho III. Archiepiscopo, ut Vistoribus inter cætera pro Ecclesiarum & locorum diversitate indaganda expressè inquirent, videlicet: An in deportatione Venerationem excitandam, parum valet, removeatur. An unius Sancti plures, quam una, imagines ad excitandam Sancti beatam & utilem memoriam, in ejusmodi Processionibus circumferantur: præsertim indignæ Sanctis, veluti ad sæculum magis, quàm ad Sanctorum representationem effigiata ac comptæ. An in Processionibus, Stationibus & Supplicationibus publicis omnes, qui intersunt Clerici, devotè orent, & cum gravitate religiosè & suppliciter

Statuta Adolphi III. tit. que in Ecclesiis Cathedral. & Collegiat. inquiri debeant pag. 481.

Concil. Provinc. Colon. sub Adolpho III. cap. nihil propè tam sanctum est pag. 451. & 452.

cantando incedant, & finita supplicatione eò, unde processerunt, revertantur, non curiosè interrim circumspèctantes, nec vacantes profanis colloquiis, nec ad jentacula, seu potationes dilabentes, vel aliò deambulantes. An curent etiam quando in solennibus festiuitatibus circumferenda est Hostia illa salutaris, quòd tum omnes ludi profani, & quidquid non valet ad veram devotionem excitandam, removeatur. Imprimis quòd non pulsentur tympana, absint risus, joci, confabulationes, populus autem oret: & quòd unius tantum Sancti non plures quam unaimago circumferatur: nec vagando per agros discurrant, præsertim Rogationum tempore.

Statuta ejusdem Adolphi tit. que à Decanis tam Collegialibus &c. pag. 486.

S. VI. Delinquentes puniri mandantur.

Quæ item ab omnibus & singulis Civitatis & Diœcesis Nostræ Coloniensis Visitatoribus Commissariis & Decanis Ruralibus, quàm diligentissimè investigari, & si uspiam tales abusus reperirint, graviter in delinquentes, & ita delinquentibus consentientes, jubemus animadverti.

CAPUT III.

§. I. Processionum circuitiones contrahendæ, & quævis indecentia abolenda.

Cæterùm cum saluberrimis tam prædictorum Provincialium & Diœcesanorum Conciliorum, quàm variis Ferdinandi Decessoris Nostrî Decretis de contrahenda Processionum, Supplicationum & Stationum circuitione, aliisque abusus, multis in locis nondum fuerit paritum. Hinc Pastoribus & Vice-Pastoribus sub arbitraria pœna præcipimus, ne quis eorum, aut aliorum Ecclesiasticorum Processionibus, Supplicationibus, & Stationibus, per agros seu campos ad aliquot miliaria institutis, & multis horis durantibus, vel ad quas populus non tam orandi, quàm spectandi gratiâ confluit, vel in quibus quasi ad speciem bellici apparatus tympana pulsari, vel insolentiæ & abusus committi solent, interesse audeat, multoque minùs augustissimum Eucharistiæ Sacramentum in iisdem per se, vel alios deportet.

§. II. Abusus & scandala tollenda.

Præterea, non tam piâ, quàm damnatâ consuetudine & superstitione introdu-

ctum censetur, quòd aliquibus in locis puellæ nobiles, aliæve mulieres in Processionibus, Supplicationibus, Stationibus, Crucem, Vexillum, sacras Reliquias, Sanctorum Imagines vel Statuas, aut proximè ante SS. Eucharistiæ Sacramentum, tædastent, ut optato Connubio & Matrimonio potiantur: unde plerumque comestationes, comotationes tripudia ac minùs decentia oriuntur. Nos pro Archiepiscopalis Nostrî muneris debito, tantis dehinc malis occursuri sub pœnis suspensionis à beneficio & officio, aliisque gravioribus pro modo culpæ arbitrio Nostrò infligendis, prohibemus omnibus ac singulis Civitatis & Diœcesis Nostræ Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis, tam Collegialibus, quàm Ruralibus, Pastoribus, Vice-Pastoribus, aliisque quarumcunque Ecclesiarum Superioribus, etiam quorumvis Ordinum Regularium quantumvis Exemptorum Prioribus, Guardianis, Rectoribus, nec non Custodibus & Ædituis, Officiantibus & Ministris, ne imposterum cujuscunque Processionis vel Supplicationis Crucem vel Vexillum, nec unquam sacras Reliquias, aut Sanctorum Imagines seu Statuas, vel proximè ante sanctissimum Sacramentum funalia seu cereos in quibusvis Processionibus, Supplicationibus, vel Stationibus ab ullis cujuscunque status, gradus & conditionis puellis aut fœminis, adhibito etiam contra inobedientes & refractarias brachii sæcularis, si opus fuerit, auxilio, deferri permittant, sed quò major sacris ejusmodi rebus accedat veneratio, juxta Prædecessoris Nostrî Ferdinandi Archiepiscopi Decreta, ac Nostra Statuta de Reliquiis Sanctorum, de Imaginibus sacris, nec non de ordine solennis supplicationis, à Clericis sacris initiatis ac linteatis, & aliis Ecclesiasticis Vestimentis indutis (quoad ejus fieri potest) vel saltem, ubi Tumbarum seu Statuarum moles gravior robustiores exegerit, à piis honestisque viris sæcularibus, palliatis tamen & detectis capitibus, omni reverentia & pietate, præcedentibus duobus cum acerris, qui thus continuò, versùs sacras Reliquias adoleant, nec non tædiferis saltem duobus latus utrumque stipantibus, quàm decentissimè curent circumferendas: quos bajulos, honestè & decenter vestiti adolescentes, qui fulcra Tumbis seu Statuis supponenda portant, comitentur.

§. III.

§. III. *Tituli in Processionibus deferendi.*

Singulas Tumbas pro notitia pignorum sacrorum & excitanda pietate, puer Angelico schemate, vel certè Ephcebi honorarii habitu anteibit cum inscriptione nominis, & si haberi possit, cum insignibus istius Sancti, cujus Reliquiæ deportantur. Sodales quoque ejusdem Sancti, si qui sint, aut alii ejus Clientes, vel ejus cultus augendi studiosi viri tædis accensis Tumbam stipabunt. Duo minimum Canonici vel Vicarii Superpelliceis seu Albis & Pluvialibus induti, puerque orationibus & precibus intenti sacras Ecclesiæ suæ Reliquias proximè subsequen-

§. IV. *Repraesentationibus abstinendum.*

Insuper quia piè introducta consuetudo repræsentandi populo sanctissimam Christi Domini Passionem, gloriosa Martyrum certamina, aliorumque Sanctorum res præclare gestas, hac hominum perversitate eò deducta est, ut multis offensionibus, multis etiam risui atque despectui sit: Ideo prohibemus, ne in quibuscunque sacris Processionibus, vel Supplicationibus, vel Stationibus impostero ullæ Sanctorum aut sacrarum historiarum, ne ipsius quidem Christi, Salvatoris nati vel passi à personatis adolescentibus, aut aliis repræsentationes fiant, vel quidquam, quod possit intuentium animos, ab eo, quod in Processione, vel Supplicatione potissimum intenditur, ad se rapere, sed potius ea mysteria à Concionatoribus ex Cathedra gravi sermone, rudi populo explicentur; vel Imaginum decore pictarum & non sordidarum, aut imperitâ manu factarum ad viam expositione adumbrentur, non verò vivarum personarum introductione, quæ Christi & Sanctorum gesta nunquam ita expresserint, quin Sancta vilescant.

CAPUT IV.

§. I. *Dum in Processionibus circumfertur sanctissimum Sacramentum, Reliquiæ, Imagines vel Statuæ non deferendæ.*

Tamet si pium & laudabile sit, ut in communibus Processionibus, Suppli-

cationibus, ac Stationibus deportentur Sanctorum, si quæ in Ecclesiis habeantur Reliquiæ, vel sola Imago Sancti loci Tutelaris, in eis tamen Processionibus, vel Supplicationibus, ubi sanctissimum Sacramentum circumfertur, nullæ Sanctorum Reliquiæ, Imagines vel Statuæ, nisi pia multorum locorum consuetudo aliud postulet, deportentur, de qua tamen consuetudine, an cum pietate consistat, integrum erit Nobis, Nostroe in Spiritualibus Vicario Generali, Archidiaconi, seu Decanis Ruralibus cognoscere; Capsulæ verò seu Tumbæ quantumcumque pretiosæ, in quibus vel nullæ sunt, vel non approbatæ sacræ Reliquiæ venerationis causâ, in Processionibus vel Supplicationibus nunquam deferantur, aut Stationibus proponantur, vel in Ecclesiis ipsi populo exhibeantur.

§. II. *Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum rariùs deferendum.*

Sanctissimum utique Eucharistiæ Sacramentum piè & utiliter ad populi pietatem interdum in publicis Processionibus ac Supplicationibus, potissimum verò in Festo sanctissimi Corporis Christi, & per ejus Octavam deferitur: sed ne nimia frequentia debitam tanto Sacramento minuat reverentiam, rariùs extra prædicta tempora, id fiat, & non nisi in arduis causis de licentia & consensu Nostro Nostroe Vicarii in Spiritualibus Generalis, sicut disertè constitutum est in Statutis Provincialibus Colonienfisibus sub Nicolao Cufano Cardinale, his verbis: *Ad majorem honorem sanctissimi Sacramenti statuimus, quod deinceps ipsum sanctissimum Sacramentum nullatenus visibiliter in quibuscunque Monstrantiis ponatur aut deferatur, nisi in sanctissimo Festo Corporis Christi cum sua Octava, & extra hujusmodi Festum cum sua Octava, semel in anno, in qualibet Civitate, aut Oppido, seu Parochia, vel ex singulari indulto Ordinarii, aut alias pro pace, vel alia necessitate imminente, ex indispotione rempublicam prægravante, & tunc cum summa reverentia atque devotione.*

§. III. *Via per quas sanctissimum Sacramentum portabitur mundandæ.*

Insuper ad Processiones Corporis Christi decorandas, juxta exemplum eorum, qui ingressum Dominicum in Jerosolymitanam urbem ramis & vestibis suis oblati hono-

Cerem. Episc.
lib. 2. cap. 32.
Constit. &
Decreta Synod.
Provinc.
Medolan.
lib. 2. tit. de
sanctissimo
Sacramento
processionali-
ter deferendo
num. 3. pag.
73.

Statuta Pro-
vinc. Colon.
sub Nicolao
Cufano Car-
dinale, §. item
ad majorem
honorem
pag. 251.

Cerem. Episc.
lib. 2. cap. 32.
& 33.

Cerem. Episc.
lib. 2. cap. 33.

honorarunt, omnes viæ & plateæ, per quas sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum portabitur, mundentur, arboribus, ramis, frondibus, floribus, herbis odoriferis, gramine sternantur, decenter ornentur Ecclesiæ & parietes viarum tapetibus, aulæis & sacris Imaginibus, non autem profanis & variis figuris, seu indignis ornamentis. Et reliqua circa Processiones in Cæremoniali Episcoporum ac Rituali Romano seu Processionali, seu Pastoralis ad usum Romanum accommodato præscripta accuratissimè ferventur.

s. IV. Quinam in Processionibus curare debeant, ut viæ mundentur.

IN Ordinariis Processionibus sciant incolæ vias sibi esse curandas, in extraordinariis, quæ vel tempore vel viarum transitu ab aliis differunt, Vicani potissimum monendi erunt, ut munditiam & ornam in plateis suis procurent. Eam verò curam in Processionibus Parochialibus Ædiles, in generalibus Præfecti dirigendis Processionibus constituti per ministros suos domatim, aliòve meliori modo, ne se excusare possint, si officia Processioni debita neglexerint, Vicanis denuntient.

s. V. Pro portanda umbella primarii viri deputandi.

Deputentur item primarii aliquot viri, pro portanda umbella, sub qua Sacerdos cum sacrosancto Eucharistiæ Sacramento, Processionis ritu incedat. Quodcumque enim in publicis Processionibus sacrosancta Eucharistia circumfertur, id nunquam posthac, nisi sub umbella fiat, quam honestiores Parochiani deferant, & quam Pastores seu Vice-Pastores in qualibet Ecclesia expensis fabricæ, vel ex fidelium oblationibus, quamprimum sibi comparent.

s. VI. Similis honor sanctissimo, dum ad infirmos defertur, exhibendus.

Similem honorem, quoties ad infirmos defertur, sacrosancto huic Sacramento optaremus exhiberi, præsertim in Civitatibus, Oppidis & Pagis, in quibus frequentior est populus. Quod ut faciliùs Pastores & Vice-Pastores exequantur, hortamur ipsos, ut in suis Ecclesiis sanctissimi Sacramenti Sodalitium, cujus Sodales cæ-

teris in pio hoc obsequio exemplo præluceant, curent erigendum. Quem in finem quadraginta dierum Indulgentias iis, qui umbellam detulerint, in singulas vices in Domino elargimur.

CAPUT V.

SS. Eucharistiam, Reliquias & Statuas à personis curru vel equis insidentibus circumferri vetatur.

SANCTISSIMUM Eucharistiæ Sacramentum, sanctorumque Reliquias, Imagines aut Statuas in Processionibus aut Supplicationibus à personis curru vel equis insidentibus circumferri, maximoperè de- decet. Quare ne quid contra reverentiam peccetur, sub quinquaginta florenorum aureorum Rhenensium, aliæque pœna arbitrio Nostro infligenda, prohibemus omnibus & singulis Civitatis & Diœcesis Nostre Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis, Pastoribus, Vice-Pastoribus, aliisque Ecclesiasticis quibuscunque, ne illorum quisquam deinceps, in ulla unquam Processione, Supplicatione aut Statione sacrosanctam Eucharistiam, vel Sanctorum Reliquias, Imagines aut Statuas aliter, quàm pedes deportet, seu à quocunque alio deportari permittat.

CAPUT VI.

s. I. Quæ de Processionibus Decreta sunt, religiosius ab Ecclesiasticis observentur.

QUÆ de Processionibus, Supplicationibus & Stationibus à Nobis Decreta sunt, ea tantò religiosius ab Ecclesiasticis Personis omnibus sive Sæcularibus sive Regularibus observentur, quantò reliquis Christianis vitæ sanctioris professione altius eminent, ut in eos tanquam in speculum laici oculos conjiciant, ex iisque sumant modestiæ ac pietatis exemplum, quod imitentur.

Statuta Adolphi III. Archiep. cap. quantum in Processionibus pag. 452. & cap. Decanis Ruralibus pag. 453. ac tit. quæ in Ecclesiis Cathedral. s. An in Processionibus pag. 481.

s. II. Comestiones & convivium etiam post peractas Processiones non instituenda.

QUAMOBREM quod primum in Concilio Provinciali sub Decessore Nostro Adolpho III. Archiepiscopo Coloniensi, nullâ adjectâ pœnâ sancitum: deinde in Diœcesanis Synodis Coloniensibus sub eodem Adolpho III. habitis, sub divini interminatione iudicii prohibitum est, ut dum

Concil. Provinc. Colon. sub Adolpho III. Archiep. cap. nihil prope tam Sancti pag. 451. Statuta ejusdem Adolphi pag. 514. §. quarto, & pag. 515. §. primò vero usus veniat, & §. septimo quia pag. 530.

Cerem. Epif. lib. 2. cap. 33.

E

Pro-

Processiones, seu sanctissimo Sacramento, vel sacris Reliquiis & Imaginibus deportatis habentur, nemo adutorum, qui huiusmodi Processionibus interfunt, comestioni aut potui vacet, antequam peractâ cum timore Dei, piisque precibus Processione, singuli ad domos suas revertantur, ac ne tum quidem comestationibus & symposiis indulgendum esse, sed cibum parçè cum gratiarum actione sumendum; ne gratiâ divinâ, quam in sacris Processionibus ambiunt homines, spolièntur.

s. III. *Magistratus secularis ad tollendos abusos implorandus.*

Curent quoque Magistratum sæcularem, imminente Processionis vel Supplicationis die, tempestivè præmoneri, si qua in re officium ejus desideretur; vel ad cohibendam & coercendam impiorum insolentiam, vel ad impediendum ne in via, quâ procedendum erit, esculenta aut poculenta, quasi nundinarum & mercatus tempore, exponantur & vendantur; vel ad removenda quæcunque alia, quæ ad excitandam veram pietatem nihil faciunt, sed potius ad vanitatem animos relaxant, & à Sanctis cogitationibus avocant.

s. IV. *Canonissæ maximè in Processionibus nimis exquisito non utantur cultu.*

Concil. Provinc. Colon. sub Hierman. V. part. 10. cap. 19. pag. 398. Statuta Adolph. III. cap. Cum hæc pag. 496.

Quod Decreta tam Conciliorum Provincialium, quàm Synodorum Coloniensium vetant, ne Canonice seu Canonissæ sæculares nimis exquisito utantur cultu, néve vestibus pretiosis sæculari modo comptis & exultis: illud præcipuè in publicis Processionibus, Supplicationibus & Stationibus servari mandamus, easque in Collegiis suis veluti virtutum palæstra, omni pietate ac timore Dei ita cupimus exerceri, ut omni lasciviâ, superbiâ ac levitate remotis, animi demissione, modestiâ, verècundiâ, pudicitîâ, cæterisque virtutibus verè nobiles & illustres appareant.

C A P U T VII.

s. I. *Concionatores causam Processionum populo exponant.*

Quibuscunque malis moribus, abusus & corruptelis in Processionibus, Supplicationibus & Stationibus exoriri solitis, pro officii Nostri debito mederi cu-

piantes, omnibus ac singulis Civitatis & Diocesis Nostræ Pastoribus, Vice-Pastoribus, & Verbi Dei Præconibus tam Sæcularibus, quàm Regularibus districtè præcipimus, ut Dominico die Festum S. Marci, ac triduum Rogationum, quo statæ Processiones, majores & minores Litanias decantando, juxta pium & laudabilem Ecclesiæ morem servari consueverunt: nec non festum Corporis Christi, & aliud quo habenda erit solennis Processio, Supplicatio, seu Statio, ipsam Processionis, Supplicationis, seu Stationis diem proximè antecedente, causam Processionis, Supplicationis, vel Stationis ejuscemodi populo disertè exponant, erroresque & abusus in ea cavendos graviter inculcent, nec non seriò exhortentur Christi-fideles, ut omnes ad profitendam fidem suam, ad celebranda Crucis Christi mysteria, ad honorandum nomen Dei, & ad precandum pro necessitatibus Ecclesiæ, rei que publicæ conservatione magnâ pietate, animorumque concordîâ, sub vexillo Crucis Christi conveniant, atque nominatim ab abusus & vitiis in prædictis Prædecessorum Nostrorum & his Nostris Decretis & Constitutionibus damnatis, à cursu, fabulis, risu, jocis, ac quavis alia levitate, à reverentia & religione alienâ sibi temperent, sed potius piis Orationibus, Litaniarum, aliarumque precum cantui & recitationi, & Mysteriorum quæ in Processionibus, Supplicationibus & Stationibus peraguntur, meditationi intenti, ex profundo intimoque corde divinam implorent misericordiam, ut *ne mini dantes ullam offensionem*, vituperationibus obloquentium non sint obnoxii.

Concil. Provinc. Colon. sub Hierman. V. part. 9. cap. 7. pag. 390. Et 391. Statuta Adolph. III. Archiep. cap. Nihil prope tam Sanctum pag. 451. Et 452. Et cap. Decanis Ruralibus pag. 453.

2. Corinth. cap. 3. v. 6.

s. II. *Ordo in Processionibus servandus.*

UT verò in Processionibus, Supplicationibus, & Stationibus omnes debito, juxta cujusque gradum, dignitatem, statum & conditionem, ordine incedant, nec is unquam perturbetur, præsertim cum numerosiore populo constant, in singulis Collegiis, Monasteriis, ac Parochiis certi Magistri cæremoniarum & Internuntii constituantur, qui totum Processionis ac Supplicationis corpus conjunctum ordine certo disponant & contineant; viris laicis in unum, fœminis in alterum cœtum distributis, nec minùs decorè, utriusque Cleri choro se misceant. Huc valde conducunt Sodalitia, similesque

Iesque pii tituli, quibus per vexilla & Imagines prælatas promiscua plebs in certas classes distinguitur, pueri ac puellæ à natu majoribus separantur, & per Catecheses ac Scholas dividuntur. Singulis quoque Collegiis & Monasteriis adint ministri, qui signo aliquo cum procedendum aut sistendum fuerit, sibi mutuò indicent, ita ut priores ad posteriorum nutum sese dirigant, omnes autem à postremo dependant, qui continuò apud Sanctissimum Sacramentum remanebit: & ne hac de causa novo graventur sumptu, Collegia suis Virgiferis aut Custodibus: Monasteria autem aliquibus ex suis ministris aut sacris personis provinciam hanc demandare poterunt.

s. III. Quibus distributiones ratione Processionum, Supplicationum aut Stationum dandæ sint.

NE aliqui ex Processionibus, Supplicationibus, vel Stationibus digrediantur, earumque ordinem suo discessu deforment, Statuta Prædecessoris Nostri Friderici Archiepiscopi in usum revocamus, ut nimirum distributiones, quæ ratione Processionum, Supplicationum, aut Stationum dandæ sunt, non aliis dentur, quàm qui servato earundem legitimo Processionis, Supplicationis, vel Stationis ordine, in ea toto tempore perseveraverint, & Ecclesiæ, in qua fit Statio, chorum ingressi ibidem usque ad finem Officii divini religiosè persiterint, & divinis paratis, cum Cruce eodem ordine, quo venerant, ad Ecclesiam suam revertantur; exceptis duntaxat his, quos vel necessitas, vel alia iusta causa Superiorum iudicio excusârnt.

CAPUT VIII.

s. I. Occasione Processionum vel Supplicationum sermones & Officia divina in Ecclesiis non turbanda.

CUM in obeunda via, quam appellant, Romana, aliisque Processionibus, & Supplicationibus publicis, per obvias Ecclesias transeuntibus, ut plurimum tam Officia divina, quæ canuntur, quàm Sermones qui ad populum habentur, cantu & strepitu turbari cognoverimus. Omnibus Pastoribus, Vice-Pastoribus, Concionatoribus & Catechistis, aliisque Processionum ac Supplicationum Præfectis & Moderato-

ribus seriò mandamus, ut populum & supplicantium cœtum admoneant, quod licet per eas Ecclesias, in quibus divina decantantur, Processionis aut Supplicationis ritum cum silentio modestiaque sine cantu & strepitu transire, ibique preces fundere possint, si tamen in eisdem concio, catechesis, vel exhortatio alia habeantur, quoad ejus fieri potest, ab earum ingressu abstineant, habeantque ministrum qui præcedat, & quid in prænominatis Ecclesiis fiat, tempore exploret, & ductori, vel primi vexilli aut tituli bajulo referat, ut is circum Ecclesiam viâ commodâ deflectat, quò melius tota Processio, seu Supplicatio dirigatur. Quam diligentiam si Processionis Rector adhibere neglexerit, potestas erit illius Ecclesiæ Præfectis, vel ministris inobedientibus hujusmodi & contemptoribus fores occludendi, ne ingredi possint.

s. II. Temporis ratio in Processionibus habenda.

INsuper severè prohibemus, ne Processiones lugubres de Passione Domini ullâ ratione Sabbatho sancto post decantatum *Alleluia* instituantur, nec tempore Paschali ea peragantur, quæ hebdomadæ sanctæ aut Quadragesimæ conveniunt, sed omnium rerum ea ratio teneatur, quam sancta Mater Ecclesia Romana tenet & observat. Paschatis die lugubria, Quadragesimæ verò, & Passionis Domini tempore lætitiæ festivæ, & plausus quantumvis sacra signa aboleantur & removeantur,

CAPUT IX.

s. I. Nugæ & levitates in Processionibus abolendæ.

CUM porrò Ecclesiæ Catholicæ decus non solum in Processionibus, Supplicationibus & Stationibus ritè & rectè, ac secundum ordinem superioribus capitibus à Nobis præscriptum adornatis, verum etiam respondentibus his Officiis divinis atque Ecclesiasticis functionibus maxime eluceat, earumque gravi actione populi pietas foveatur, augeaturque. Ideò quæcunque his contraria, nugas, levitates, & abusus, si quæ quovis nomine in ullam Civitatis & Diocesis Nostræ Ecclesiam irrepserunt, abolemus.

Statuta Friderici Archiep. Colon. cap. 46. pag. 216.

§. II. *Consuetudo quod personatus Episcopus colatur, abroganda.*

Consuetudinem quoque seu potiùs detestabilem corruptelam, quâ pueri à die S. Nicolai, usque ad festum SS. Innocentium, personatum Episcopum colunt, cum ea puerilibus levitatibus & ineptiis plena cœperit esse, multumque gravitatis & decoris divinis detrahat Officiis, prorsus abrogamus, & abrogatam esse omninò decernimus.

§. III. *Abusus circa divina Officia & Ecclesiasticas functiones tollendi.*

Præcipuè verò sub poena quinquaginta florenorum aureorum, aliaque graviori arbitrio Nostro delinquentibus imponenda præcipimus, ne Clerus se pueris die SS. Innocentium submittat, ac eorum locum occupet, aut illis functiones aliquas in divinis Officiis permittat, neque personatus aliquis Episcopus benedictiones faciat, aliique pueri in cantandis Horariis precibus, lectionibus & Collectis Sacerdotum, Diaconorum aut Subdiaconorum officia quædam usurpent: multò minùs convenit, ut Canonici aut Vicarii ex Collegarum suorum numero aliquem designent Episcopum, qui reliquos omnes, magnis impendiis, liberali convivio excipiat. Ab his enim ineptiis cum Christi sponsam Ecclesiam deceat esse immunem, severissimè prohibemus, ne deinceps cuiuspiam personati Episcopi iussu cum Pontificalis dignitatis & honoris detrimento, pecunia corradatur.

§. IV. *Abusus quidam specificantur.*

Similiter vetamus abusum illum, quo in pluribus Nostræ Diœcesis Ecclesiis Parochialibus, Fauni potiùs & Satyri, quàm synceri Catholici, sub specie spargendorum inter cantillantes pueros Scholares in secundis Vesperis Natalis Domini, belliariorum, in magna quantitate, poma, pyra, aliosque sylvestres fructus in domum Dei inferunt, seque invicem sub divinis in ipsa Ecclesia, vel extra eam in cœmeterio, aut alias honestas matronas & puellas, imò ipsum quandoque Parochum iisdem petulanter impetunt: Ecclesias quippe, divino cultui dicatas, ab omnibus actibus profanis, indecoris & puerilibus juxta Domini Nostri Jesu Christi eas severissimè vindicantis exemplar immunes conservari maximè decet. Et quia non tantum ridiculum, sed Religioni & sacris Ordinibus probrosum est, quod tempore Bacchanaliorum, vel aliàs personati Monachi vel Moniales per urbem vagentur, Parochi, Confessarii, Catechistæ, ab ejusmodi indecentibus moribus parentes, ipsosque pueros dehortentur, dehortationibus eorumdem morem non gerentes Nobis deferant. Insolens illud tumultuarium, ut vocant, dæmonum, vel Judæorum exterminium & repræsentationes trium Mariarum visitantium Dominicum Sepulchrum, quæ nocte Resurrectionis Dominicæ in quibusdam Ecclesiis fiunt, cum potiùs in iis inveniamus, quod risum movere, pietatem impedire, sacras Imagines & Ecclesiæ supellectilem deformare, quàm pietatis aliquem affectum excitare possit, prorsus intermitteri jubemus.

TITULUS VII.

De Festis.

CAPUT I.

§. I. *Dies Dominici & Festi piè transigendi.*

Concil. Trid. sess. 25. de reform. sub fin. de delectu ciborum, jejunii & diebus festis. Concil. Provinc. Co-

VT dies Festi, qui Deo colendo & pietati fovendæ augendæve instituti sunt, religiosè & accuratè transigantur, Pastores, Vice-Pastores & Verbi Dei Præcones singulis diebus Dominicis sub concione, vel summo Sacro,

dies Festos in proximam hebdomadam incidentes populo denuncient, & sæpè auditores suos, quod Festis diebus æquè ac Dominicis ad sacrosanctum Missæ Officium audiendum, atque abstinendum à servilibus operibus, sub peccato mortali omnes Christi-fideles obligentur, moneant.

lon. sub Hiermanno V. part. 9. cap. 9. & 10. pag. 391. Statuta Adolph. III. Archep. Col. lon. pag. 461.

§. II.

§. II. *Pœnae in Feforum violatores conftituta populo inculcentur.*

Pä V. Pape
Conftit. 5.
§. 7.

Quin & pœnas à Pio V. Pontifice in Feforum violatores conftitutas populo graviter inculcent: *Cum dierum, inquit, Feforum obfervatio ad Dei cultum maxime pertineat, & in lege divina præcipiatur, cupientes abufus pravor, qui ex eorum inobfervantia invaluerunt, omninò corrigere, & antiquorum Canonum ftatuta renovantes, mandamus, ut omnes dies Dominici, & præcipuè in honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis fanctorum Apoftolorum feriati, cum omni veneratione obferventur, & omnes in diebus præfatis Ecclefiæ frequentent, divinis Officiis devotè intendant, ab omni illicito & fervili opere abftineant, mercatus non fiant, profanæ negotiationes & judiciorum ftrepitus conquiefcant. Qui verò in diebus præfatis opus aliquod illicitum feciffe deprehensus fuerit, præter divinam ultionem, & amiffionem animalium, quibus ad vecturam uteretur, etiam graves pœnas incurreret arbitrio Noftro feu Vicarii Noftri in Urbe. In aliis autem locis arbitrio Ordinariorum, vel aliorum Magiftratum, ita ut præventioni locus fit. Quibus omnibus diftrictè præcipimus, ut hæc diligenter obfervari procurent. Illas etiam feftivitates, quæ juxta confuetudinem locorum fo- lenniter celebrari confueverunt, juxta laudabilem confuetudinem debita cum reverentia obfervari faciant, fub pœnis arbitrio ipforum imponendis & moderandis.*

§. III. *Paftores populum doceant quomodo dies Dominici & Fefi traducendi.*

Non honorantur autem, fed violantur potiùs dies Dominici & Fefi perniciosâ confuetudine, quâ plerique ab opere quidem fervili & illicito abftinent, majorem tamen illorum partem deambulationibus, lufibus, choreis, fpectaculis, comellationibus, comptationibus, vel rationibus conficiendis, aliifque rebus profanis, feu mundi vanitatibus impendunt. Ea ut aboleatur, Paftores, Vice-Paftores, Concionatores & Catechiftæ quâ ratione dies Dominici ac Fefi fint piè traducendi auditores fuos doceant; videlicet iisdem diebus ab omni opere fervili ita effe celfandum, ut univerfus populus orationibus vacet, Ecclefiæ frequentet, fanctiffimo Miffæ Sacrificio, facris Concionibus, cæterifque divinis Officiis & Chriftianæ pietatis exercitiis diligenter interfuit, quibus tam quæ fidem attingunt, quàm quæ ad vi-

Concil. Provinc. Colon. part. 9. cap. 9. & 10. pag. 391. Statuta Adolphi III. Archiep. Colon. pag. 514. §. Cum inter omnia & feq.

tam & mores rectè formandos, & fugienda vitia pertinent, addifcat.

§. IV. *Diebus Dominicis & Fefis tabernæ fub divinis nulli pateant.*

Quæ ut exactiùs ab omnibus ferventur, & comellationum atque potationum occasio præfcindatur, fub arbitraria pœna omnibus Oenopolis & Cauponibus, ne Dominicis aut Fefis diebus eo tempore, quo divinum Officium peragitur, aut Verbum Dei prædicatur, ullis, nifi viatoribus, Oenopolia aut tabernæ aperiant, feverè prohibemus; omnes etiam & fingulos, qui dicto tempore, cauponas & oenopolia potandi, aut aleis, chartifve ludendi causâ frequentaverint, graviter puniri volumus.

Statuta Adolphi III. Archiep. Colon. pag. 488. §. An pateant oenopolia.

C A P U T II.

§. I. *Diebus Dominicis & Fefis mercatus non inftituantur, nec operibus fervilibus vacetur.*

UT improbæ hominû cupiditati modû ponamus, ferio prohibemus, ne inopsterum ullis in locis jurisdictioni Nostræ fubjectis diebus Dominicis, aut aliis fori feftivitatibus mercatus (nifi fortè rerum ad quotidianum victum neceffariarum) inftituantur, aut ne fubditi Noftri ulli operi fervili, quod fine damno notabili aut periculo differri potest, manum admoveant. Caveant igitur pannos laneos vel lineos lavare, dealbare, tingere; oves, porcos, vel boves maftare, frumenta aut ligna equis & curribus vehere, merces etiam fuas dictis diebus Dominicis vel Fefis ante fores, vel in fenestris domorum, vel alibi venales exponere.

C. 1. de Fef. Concil. Provinc. Colon. fub Nicolao Cufano Cardinale pag. 248. §. Item ut finguli.

§. II. *Si neceffitas opera fervilia diebus Dominicis vel Fefis exercendi urget, licentia petenda.*

PArrochi ac divini Verbi Præcones, opifices, agricolas, vinitores & quoscunque alios operarios diligenter moneant, & fæpiùs inculcent per annum, ne deinceps juxta perversam quorundam confuetudinem Dominicis vel Fefis diebus, etiam verno vel autumnali tempore, agros colere, feminare, aut miffis feu vindemiæ tempore fruges & uvæ colligere audeant; fi quæ urgens vel evidens exercendi alicujus operis ac laboris neceffitas incidat, facultatem

tatem ad id, à Nobis, Nostròve in Spiritualibus Vicario Generali, vel Archidiacono loci, aut Decano Rurali impetrent. In gravi moræ periculo, sementis, messis & vindemiæ potissimum tempore (extra tamen tempus divini Officii) Pástoribus seu Vice-Pástoribus ut Parochianis suis licentiam laborandi possint indulgere, permittimus.

CAPUT III.

Publicatur Urbani VIII. de diebus Festis
constitutio.

*Urbani VIII.
Pape Constit.
tit. 164.*
INsuper ut omnibus constet, quosnam dies Festos universus orbis Christianus solenniter ex Constitutione Urbani VIII. Pontificis pro observatione Festorum edita, & universam Ecclesiam obligante, celebrare teneatur, eandem inferendam duximus.

URBANUS Episcopus Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. Exordium.

UNiversa per Orbem novit Ecclesia Romani Pontificis supremæ incumbere sollicitudini Dominicum gregem ad æternam dirigere salutem, & Apostolica sic explicare præcepta, ut fideles in viam mandatorum currere, & ad beatitudinem valeant feliciter pervenire.

§. II. Causæ hujus Constitutionis.

PLurimorum siquidem Venerabilium Fratrum Nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum per varias regiones Constitutorum relatione ad Nos pervenit Festorum multitudinem per singulas eorum Dioceses, atque Provincias adeo crevisse, devotione atque consuetudine nova indies introducente, ut multi jam dubitare videantur, quanam ex præcepto, quæve ex libera cujusque voluntate sint servanda, pietatis fervore ob nimiam eorundem numerositatem tepefcente; quinimò & clamor pauperum frequens ascendit ad Nos eandem multitudinem ob quotidiani vitæ laboribus suis comparandi necessitatem sibi valde damnosam conquerentium, & quod summo perè dolendum est, magno cum animi Nostræ morore didicimus tanta sæpè sæpius malignatum inimicum in Sancto, ut ipsa multitudo non ad ædificationem, & ad laudandum in

Ecclesiis Deum populi utantur, sed ad otia, vanitates, & vitia frequenter abuti non formident, ita ut quæ ad glorificandum divinum Nomen sunt primitus instituta, temporis decursu inimicus homo corruerit, & in magnam illius offensionem, gravemq; jacturam converterit animarum. Quamobrem dicti Vener. Fratres Archiepiscopi & Episcopi Nobis fecerunt humiliter supplicari, ut in prædictis de Apostolicæ potestatis plenitudine congruam aliquam invemus rationem.

§. III. Dies Festi ex præcepto observandi recensentur.

NOs itaque volentes ex debito Pastoralis officii providere, & Sanctificationis Festorum certum deinceps firmare præceptum, antiquam Ecclesiæ in hoc consuetudinem sectantes habitis prius frequentibus per doctos piisque viros, quos ad hæc specialiter deputavimus, consultationibus, ut rei videtur gravitas postulare, motu proprio, & ex certa scientia, meraq; deliberatione nostris, nec non de prædicta Apostolicæ plenitudine potestatis, hac perpetuâ valiturâ constitutione de voto etiam Vener. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus Præpositorum Apostolicâ auctoritate decernimus, & declaramus, infra scriptos duntaxat dies pro Festis ex præcepto colendos esse, quos nempe, vel ab initio veneranda sacrarum antiquitas, vel universalis Ecclesiæ probavit consuetudo, vel omnium gentium unanimis pietas veneratur.

Dominicos scilicet dies totius anni, Nativitatis D. N. Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis cum duabus sequentibus Feriis, Ascensionis, Pentecostes cum duabus pariter sequentibus Feriis, Sanctissimæ Trinitatis, solennitatis Corporis Christi, & Inventionis S. Crucis, nec non Festivitatum Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, & Nativitatis Deiparæ Virginis, Dedicationis S. Michaëlis Archangeli, Nativitatis S. Joannis Baptiste, SS. Petri & Pauli, S. Andree, S. Jacobi, S. Joannis, S. Thomæ, SS. Philippi & Jacobi, S. Bartholomæi, S. Matthei, SS. Simonis & Judæ, & S. Mattheæ, Christi Domini Apostolorum. Item S. Stephani Protomartyris, SS. Innocentium, S. Laurentii Martyris, S. Silvestri Pape & Confessoris, S. Jo-

S. Iosephi etiam Confessoris, & S. Anne, Deiparæ respectivè Sponsi, ac Genetricis, solennitatis omnium Sanctorum, atque unius ex principalioribus Patronis in quocunque Regno, sive Provincia, & alterius pariter principalioris in quacunque Civitate, Oppido, vel Pago, ubi hos Patronos haberi & venerari contigerit.

s. IV. Ad reliquorum Festorum observationem Christi-fideles minimè tenentur.

Ad reliquorum verò dierum observationem, quos hæcenus sive in universa Ecclesia, sive in quavis Natione, aut Regno, Provincia, Diocesi, aut loco quomodocunque, sive ex præcepto, sive ex consuetudine, sive ex devotione Christi-fideles tanquam festivos celebrarunt, nequaquam ex præcepto ipsos teneri dièlè auctoritate tenore præsentium perpetuè etiam decernimus, & declaramus. Ne autem dies Festos à locorum Ordinariis nimis aliquorum facilitate, aut populorum importunitate deinceps iterum multiplicari contingat, eosdem Ordinarios in Domino monemus, ut ad Ecclesiasticam ubique servandam equalitatem, de cætero perpetuis futuris temporibus ab indidione sub præcepto novorum Festorum studeant abstinere: ut verò ea quæ superius expressa sunt, ferventiori, quàm decet veneratione, ac devotione colantur, eisdem Ordinariis, antiquorum Canonum observantiam ad memoriam revocamus in concedendis licentiis laborandi diebus Festis, quæ quidem licentiæ non aliter, quam ad formam prædictorum Canonum, ut præmittitur concedendæ, non nisi gratis, liberè, & sine ullo prorsus pretio, aut pacto, dièlè vel indireclè concedantur, sub pœnis etiam gravioribus Nostro, Successorumq; nostrorum arbitrio infligendis. Non intendimus tamen per hanc nostram constitutionem dies Feriatos circa judicialia in aliquo immutare, quos ad hunc effectum relinquimus in eisdem statu, & terminis, in quibus erant ante ejusdem promulgationem.

s. V. Præsentes literæ publicari & ad unguem observari præcipiuntur.

Manantes propterea in virtute sanctæ obedienciæ, & sub indignationis nostræ pœna, nunc, & pro tempore existenti Nostro in urbe, ejusq; districtu Vicario in Spiritualibus Generali, ac universis & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, alijsq; Prelatis, ac cujuscunque generis locorum Ordinariis, etsi Cardinalatus honore fulgeant, ut has præsentēs

litteras, omniaq; & singula in eis contenta, singuli videlicet in eorum respectivè Diocesis publicent, & ab omnibus eorum subditis ad unguem observari faciant.

s. VI. Contrariis quibuscunque derogatur.

Non obstantibus quibusvis Apostolicis, etiam in Provincialibus, Synodalibus, & Universalibus Conciliis editis & edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus & ordinationibus, ac singularum Provinciarum, Civitatum, Oppidorum & locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus longissima tempore præscriptis, ac observatis, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indulgiis, decretis, declarationibus & literis Apostolicis, alijsq; gratis tam per ipsos Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac nos etiam motu simili, etiam consistorialiter, quàm per Ordinarios locorum cujuscunque qualitatis etiam Cardinalatus honore, ut præfertur, fulgentes, Legatos etiam de latere, & Sedis Apostolica Nuncios, ipsos Provincias, Civitates, Oppidis & locis, alijsq; quibuscunque etiam quantumvis privilegiatis personis, etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerumpublicarum, Ducum, aut aliorum Principum contemplatione, vel intuitu, ac aliis in contrarium forsitan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etsi aliàs pro illorum sufficiente derogatione, de illis, eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indivisa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenoris huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ inserti forent, eisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus, harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisq; contrariis quibuscunque.

s. VII. Transumptis fides habenda.

Volumus autem ut earundem præsentium transumptis etiam impressis, & manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in iudicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

s. VIII.

§. VIII. *Pœna inobedientium.*

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Noſtrorum decretorum, declarationum, monitionis, intentionis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei anſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſolorum eius, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. DC. XLII. Idibus Septembris, Pontificatus noſtri anno vigefimo.

CAPUT IV.

§. I. *Conſtitutio Urbani ab omnibus ſervari præcipitur.*

Quo circa ſicut omnibus Civitatis & Diceceſis Noſtræ Colonienſis Prælatiſ, Parochiſ, Concionatoribus & Catechiſtiſ diſtrictè præcipimus, ut Conſtitutionem præſcriptam, pro Feſtorum obſervatione, ſibi commiſſiſ ſubdiſtiſ vel auditoribus publicent: ita pariter optamus ut eoſdem laxato jam rigore præcepti, funiculiſ charitatiſ ad eorum quoque Feſtorum obſervationem ſpontaneam quæ ſupræſcriptâ Conſtitutione non comprehenduntur devinciant Regium Pſaltem imitando dicentem: *Voluntariè ſacrificabo tibi &c.*

Pſalm. 53.
v. 6.

§. II. *In tota Provincia Colonienſi Feſtum Immaculatæ Conceptioniſ, in Civitate verò Feſtum SS. Urfulæ & Sociarum eiſ ſolemniter in foro obſervari mandatur, Oppidiſ verò & Pagis ut Patronum eligant, conceditur.*

Noſ verò cum prædictâ Conſtitutione Apoſtolicâ duos Feſtos dieſ principaliorum Patronorum, alterum per totam Provinciam Noſtram Colonienſem, Civitatibus autem, Oppidiſ & Pagis alterum indicare concedatur. *Hinc Feſtum Conceptioniſ Immaculatæ Dei paræ Virginis Mariæ ac Domina Noſtræ volumus per totam Diceceſin Noſtram Colonienſem ſub præcepto ſolemniter in foro etiam obſervari, cum qua concepta vel genita Metropolis Noſtra Colonia exſtructa creditur; cuiſ etiam patrocinium tempore paciſ, ſerpente contagio, vel annonæ caritate; belloꝝ verò motibus, in communi Germaniæ tot anniſ vaſtitate vel excidio, tute-*

lam & præſentem opem deſperatiſ in rebus sæpè ſenſimus, præſertim cum gloriſſimæ mem. Ferdinanduſ II. Imperator hunc ipſum Conceptioniſ immaculatæ Virginis Feſtum diem, ad æternam tot victoriarum memoriã ejuſdem Dei Genitriciſ interceſſione obtenturarum (quæ ei in acceptiſ ferebat) auguſtiuſ Imperio toto celebrari deſideraverit, prout ad hoc uſque tempuſ etiam diligenter fuit obſervatum. Pro altero verò in Civitate Noſtra Colonienſi duntaxat, Feſtum SS. Urfulæ & Sociarum Martyrum, mandamus eadem lege, & cultu præcipuo celebrari, ut cumulatim tot millium Virginiſ & Martyrum, quæ magnam Civitatiſ partem ſanguine ſuo conſecrarunt, deprecationibus, deſideratam huic Urbi celeſtem deſenſionem & gratiæ abundantiam Deus Optimuſ Maximuſ elargiri dignetur. Singuliſ inſuper Diceceſiſ Noſtræ Oppidiſ & Pagis, ut unum aliquem in præſerta Conſtitutione Apoſtolicâ non nominatum Patronum præcipuum eligere, eumque auctoritate Noſtrâ accedente ad ejuſdem Conſtitutioniſ præſcriptum, anniverſario Feſto honorare poſſint, indulgemuſ.

§. III. *Pæſtores advigilent, ut Feſta accuratè obſerventur, & publica Proceſſio Feriæ quartæ Pentecoſteſ non inſtituatur.*

Cum accurata Feſtorum obſervatio curæ Paſtorali unicè commendata eſſe debeat, idcirco ſeverè mandamus, ut omneſ & ſinguli Paſtoꝝ diligenter advigilent, quatenuſ præſcriptiſ Noſtriſ Decretiſ conformiter Feſta omnia per Civitatem & Diceceſin Noſtram Colonienſem; tum etiam particularia Patronorum in ſinguliſ Oppidiſ & Pagis quàm exactiſſimè obſerventur; ſtudeantque omnibuſ modiſ extirpare illam, quæ multiſ in lociſ invaluit, corruptelam violandi Feriam tertiam Pentecoſteſ ea de cauſa, quod Feriâ quartâ Pentecoſteſ ſoleant feriari, vel ob Proceſſionem aliquam publicam, vel quod ſacræ Reliquiæ propriæ, vel alienæ Eccleſiæ populo oſtendantur, & vicinorum Pagorum frequenti concuſſu viſitentur: quem abuſum, cum ubiviſ, omnemque peccandi occasionem omninò tollere deſideremuſ, ſeverè prohibemuſ omnibuſ & ſinguliſ Eccleſiarum & locorum Superioribuſ, ne publicam aliquam ſupplicationem inſtituant, neve ſacraſ Reliquiaſ deincepſ quartâ, ſed Feriâ tertiam Pentecoſteſ populo venerandaſ exponant atque exhibeant: injungimuſque Paſto-

Pastoribus, & Vice-Pastoribus vicinorum locorum, ut auditores suos moneant, ab omni prorsus opere servili & illicito Feriâ tertiâ Pentecostes abstinendum, ac pietati vacandum esse.

CAPUT V.

Puellas frequentare tabernas prohibetur.

CUM multis dissolutionibus & malis Indies causam præbeat abusus ille, quo etiam puellæ, non habitâ ratione ve-

recundiæ sexui isti propriæ & necessariæ, invitata à juvenibus diebus præsertim Dominicis & festivis ruri tabernas passim frequentare, & choreas ducere audent: Ideò Pastores, Vice-Pastores, & Concionatores in concionibus suis strenuè adversus istam corruptelam invehantur, parentesque qui suas filias cum tanto æstimationis ac pudoris periculo, & non modico offendiculo audere talia patiuntur, fœcordiæ ac negligentia suæ reprehendant.

TITULUS VIII.

De Reliquiis & Veneratione Sanctorum.

CAPUT I.

§. I. *Sicubi nova vel contigerint vel contigisse putabuntur miracula, ea minimè sunt evulganda, sed significanda Episcopo.*

FIDE digno multorum testimonio ad Nos delatum est; quosdam Ecclesiarum Rectores, dum quæstum specie pietatis velant, valde proclives esse, ut credant, vulgentque publicè miraculosas hominibus curationes præstitas esse, quæ vel leviter confictæ sunt, vel cum naturæ viribus accidant, adjunctis quibusdam minùs veris ita exaggerantur, ut appareant prodigiosæ: nec alio quidem fine spargant in vulgus, quàm ut populi venientur concursum, & largis oblationibus locupletentur, de vero Dei cultu & honore promovendo parùm aliàs solliciti. Huic malo gliscenti ut quamprimum occurratur: & quod œcumenica Synodus Tridentina vehementer urget, quæstus omnis tollatur, omnibus & singulis Civitatis & Diœcesis Nostræ Coloniensis Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis tam Collegialibus, quàm Ruralibus, Pastoribus, Vice-Pastoribus, quarumcunque Ecclesiarum Rectoribus & Superioribus, aliisque curam animarum habentibus, seriò mandamus, ut vigili curâ circumspiciant, sicubi nova miracula ad alicujus Sancti vel Sanctæ invocationem contigerint, vel contigisse putabuntur, ne ea promulgentur, nec populus earum publicâ narratione ad fidem iis certam tribuendam

concitetur, antequam locorum istorum Prælati, Rectores, Parochi, vel Ecclesiarum Superiores eadem Nobis, Nostròve in Spiritualibus Vicario Generali, adjunctâ plenissimâ totius rei gestæ narratione significarint, ut maturâ deliberatione præmissâ, diligentique veritatis examine instituto, juxta formam à Concilio Tridentino præscriptam, vel tanquam vera miracula, beneficiæve cœlitùs collata comprobentur, vel ut supposititia rejiciantur.

§. II. *Nondum canonizatorum, vel beatificatorum Imagines cum radiis, splendoribus seu laureolis minimè proponantur, neque ad eorum sepulchra tabellæ appendantur, vel quæcunque lumina accendantur.*

SEVÈRE etiam prohibemus, ne hominum Nondum à Sede Apostolica Canonizationis aut Beatificationis honore insignitorum Imagines cum radiis, splendoribus, aut laureolis ullus ullibi depingat, seu proponat, aut tabellas votivas ex cera, argentòve, seu alia materia, aut etiam lychnos ad eorum sepulturas apponat, quia hæc ex Ecclesiæ Catholicæ consuetudine solent esse signa propria Sanctorum Canonizatorum, vel saltem Beatificatorum, quos tota veneratur Ecclesia: extat hac super re Constitutio Urbani VIII. Pontificis tenoris sequentis:

Concil. Trid. sess. 25. de invoc. Vener. & Reliq. Sanctorum.

F U R B A -

URBANUS Papa VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. Proœmium.

Urbanus Papa
VIII. Con-
stit. 134.

COelestis Hierusalem civis, quorum gloriosis natalitiis Sancta letatur Mater Ecclesia, sicut huius Sancte Sedis Apostolica ministerio à piis utriusque sexus Christi-fidelibus venerantur in terris, ita Romanum decet Pontificem, militantis Ecclesie regimini divina providentiâ præpositum, pro suo præcipuo honoris domus Dei zelo invigilare, ne quid in personarum cum Sanctitatis aut Martyrii fama, vel opinione defunctorum memoriam, sive cultum, inconsultâ Sanctâ Sede prædictâ inno-retur.

§. II. Decreta aliâs super Imaginibus defunctorum nondum à Sede Apostolica canonizatorum edita referuntur.

Aliâs siquidem nos sollicitè animadvertentes abusus, qui irrepserant, & irrepere non cessabant in colendis quibusdam cum Sanctitatis aut Martyrii fama, vel opinione defunctis, qui, etsi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti essent ab eadem Sede, eorum tamen Imagines in Oratoriis, atque Ecclesiis, aliisq; locis publicis, atque etiam privatis cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus proponebantur, miracula & revelationes, aliâq; beneficia à Deo per eorum intercessionem accepta in libris rerum ab ipsis gestarum enarrabantur, & ad illorum sepulchra tabellæ, imagines, & res aliæ ad beneficia accepta testificanda, & lampades & alia lumina apponebantur: volentesq; proinde huiusmodi abusus pro debito Officii, Pastoralis occurrere, re etiam cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus contra hereticam pravitatem in universa Republica Christiana generalibus Inquisitoribus ab eadem Sede specialiter deputatis communicatâ, & maturè consideratâ ac discussâ, de eorundem Cardinalium consilio sub die 13. Martii 1625. declaravimus, statuimus & decrevimus, ne quorumvis hominum cum Sanctitatis, aut Martyrii fama (quantumcumque illa esset) defunctorum Imagines, aliâq; præfata, & quodcumque aliud venerationem & cultum præferens & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis seu privatis, vel Ecclesiis tam Sacularibus, quàm Regularibus, cuiuscumque Religionis, Ordinis, Instituti, Congregationis aut Societatis apponerentur, ante-

quam ab Apostolica Sede canonizarentur, aut Beati declararentur, & (si quæ apposita essent) amoverentur, prout eas statim amoveri mandavimus. At pariter imprimi de cetero inhibuimus libros eorundem hominum, qui Sanctitatis, sive Martyrii famâ, vel opinione, ut præfertur, celebres è vita migravissent, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis Theologos, aliisq; piis ac doctos viros in consilium adhiberet: & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid novi, & inordinati in re tam gravi committeretur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmitteret, ejusq; responsum expectaret: Revelationes verò, & miracula, aliâq; beneficia prædicta, quæ in libris horum hominum vitam, gesta, continentibus; eatenus sine recognitione, atque approbatione huiusmodi impressa erant, nullo modo approbata censi volumus, mandavimusq;. Ad horum hominum sepulchra vetuimus etiam, ac inhibuimus tabellas, atque imagines ex cera, aut argento, seu ex alia quacumque materia, tam pictas, quàm fictas atque exsculptas appendi, seu affigi, & lampades, sive alia quæcumque lumina accendi sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra, faciendâ, Sediq; Apostolica referenda ac probandâ. Declarantes quod per præscripta præjudicare in aliquo nolumus neque intendimus iis, qui aut per communem Ecclesie consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumq; sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientiâ, ac tolerantia præfata Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii celebrantur. Cumq; postea die 2. Octobris ejusdem anni 1625. à quibusdam in dubium revocari accepissemus, an tabellas, & imagines, quas in posterum offerri contingeret, recipere, & antea oblatas conservare liceret; nos, qui tantummodo volumus occurrendo abusus, qui irrepere videbantur, certiozem parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam divine clementiæ placuerit admirandis operibus illustrare; re prius cum eisdem Cardinalibus communicatâ, de simili eorum consilio declaravimus, quod sicut nunquam prohibuimus, nec intentionis nostræ fuit prohibere oblationem, receptionemq; tabellarum & imaginum huiusmodi, ita ut deinceps nulli dubitationi locus relinqueretur, statuimus & decrevimus, ut quoties ad aliquam Ecclesiam aut Oratorium, locumve alium publicum secularem seu regularem tabellas & imagines, aliudve simile quispiam deferret, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel Beatos non adscriptorum,

rum, quamvis cum Martyrii, aut sanctitatis fama demortuorum, optata se impetravisse diceret, liceret Ecclesiasticis personis Ecclesiarum, locorumve predictorum curæ præpositis tabellis & imagines, sive pictas, sive ex quavis materia factas, atque alia quæcumque collatæ gratiæ fidem facientia simul cum deferentis, aliorumq; qui conscii fuissent, attestationibus recipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre statim omnia tenerentur, in secreto aliquo seorsim ab Ecclesia loco custodire, ibidemq; iam amota collocare & asserbare, ut si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris decorare voluisset, extarent huiusmodi Sanctitatis qualescunque probationes Apostolicæ Sedis iudicio tunc examinandæ. Demum verò; ut eiusmodi decreta observarentur indubiè, ac omnimodam sortirentur executionem, cum eisdem Cardinalibus re pariter communicatâ, deq; eorundem consilio præmissis addidimus, statuimus, decrevimus atque declaravimus, ne ex tunc deinceps quispiam Ordinarius, aut ab Apostolica Sede ad hoc specialiter Delegatorum, super alicujus utriusque sexus cum Sanctitatis, aut Martyrii fama, vel opinione defuncti miraculis, revelationibus, alijsq; ejusmodi Sanctitatem redolentibus ex integro informationes quoquomodo reciperet, aut processum instrueret, vel hucusque receptas informationes, instructamve processum ulterius prosequeretur, nisi postulator prius per legitimas juridicè susceptas probationes circa personam ejus, de cuius miraculis, revelationibus, alijsve rebus gestis Sanctitatem præferentibus ageretur, præscriptam in præfato nostro decreto formam omninò servatam extitisse docuerit, & nisi postea successivè idem Ordinarius, aut ab Apostolica Sede ad hoc specialiter Delegatus diligenti præhabita disquisitione circa eandem personam supra citato decreto nullatenus contraventum esse, ritè pronuntiaverit; utq; id inviolabiliter observetur, statuimus insuper ac decrevimus, ne transmissa ad urbem undecunque huiusmodi processus à Congregatione, sacrorum Rituum Secretario, minusve à S. Fidei Promotore quomodolibet aperiantur, nisi prius in ipsa sacrorum Rituum Congregatione, alio sejunctim oblato authentico processu, ex eo Ordinarius, aut ab Apostolica Sede specialiter Delegatum, ritè ac rectè, ut præmittitur, cognovisse, ac pronuntiasse prælibato decreto nequaquam contraitum esse plenè constiterit, ac deinde à nobis judicialiter aperiendi eos processus facultas indulta fuisset. Insuper longissimum tempus, illiusve immemorabilem cursum, de quo in prædicto decreto intelligi declaravimus esse tempus centum annorum metam excedens: deq; his atque infra-

scriptis omnibus, quæ in his decretis disposita & ordinata sunt, aliquâ suboriente difficultate, Ordinariis locorum, & Delegatis Apostolicis quibuscumque omnem omninò interpretandi facultatem ademimus; utq; Sedem Apostolicam desuper consulere, ab eaq; responsum expectarent, mandavimus iisdem, & alijs prout in decretis desuper editis plenius continetur.

s. III. Eadem confirmantur, & observanda jubentur.

QUare inviolabili Decretorum predictorum observationi, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, motu proprio, & ex certa scientia ac mera deliberatione nostris, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, decreta prædicta cum omnibus & singulis in eis contentis, tenore presentium perpetuò approbamus & confirmamus, illisq; inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adicimus, omniaq; & singula decreta huiusmodi, ab omnibus ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, observari omninò præcipimus, sub pœna nullitatis, quarumcunque informationum, processuum ac interpretationis aliter, quàm præviâ superscriptâ præcognitione instructorum, eorumq; admissionis, publicationis, aut interpretationis, ita ut earundem informationum receptiones, processuumq; instructiones, nec non eorum admissiones, ac publicationes & interpretationes habeantur pro non receptis, non instructis, non admisis, non publicatis, non interpretatis, eorumq; amplius ratio aliqua nullatenus alicubi unquam haberi debeat.

s. IV. Clausula præservativa.

DEcernentes presentes literas, & in eis contenta quacunque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis; seu eorum aliquo interesse habentes, seu quomodolibet habere prætendentes, ad præmissa vocati & auditi, minusq; cause propter quas eadem presentes emanarint, adductæ, verificatæ, seu aliàs sufficienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato & substantiali, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solennitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata & adimpleta non fuerint, aut ex quovis alio capite à jure vel factò, aut statuto vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, aut

quocunque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione vel causa etiam quantumvis iusta, rationabili & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret; aut quod de voluntate nostra huiusmodi & aliis superius expressis seu relatis nihil ullibi apparet, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcunque juris, facti, gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concesso quempiam uti, seu se iurari in iudicio vel extra posse; neque ipsas præsententes sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac per omnes & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari.

s. V. Facultas aliter iudicandi tollitur.

Sicque & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos & Nuncios, & alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis causa & instantia, sublatæ eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ubique iudicari & definiiri debere; irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

s. VI. Executores deputantur, & pœna contra transgressores decernuntur.

Quocirca Venerabilibus Fratibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, nec non dilectis filiis Nostris & Apostolicæ Sedis Nunciis, ac hereticæ pravitate Inquisitoribus ubilibet existentibus, per Apostolica scripta mandamus, ut statim atque præsentibus literæ nostræ ad eorum & cujuslibet eorum notitiam pervenerint, in sua quisque respectivè Diocesi vel Provincia sedulo per vigilet, ne sine approbationibus prædictis Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, revelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliter contra superius di-

sposta fiant, transgressores verò si Regulares fuerint privatione suorum Officiorum, ac vocis activa & passiva, nec non suspensionis à divinis: Si verò Clerici Sæculares, privationis pariter suorum Officiorum, suspensionis à divinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum Ordinum, & respectivè aliisque arbitrio prædictorum Ordinariorum seu Inquisitorum pro modo culpe infligendis pœnis plectendo. Qui autem libros impresserint, aut imagines pinxerint, sculperint, seu quoquomodo affixerint, vel formaverint, ceterique artifices circa præmissa qualitercunque delinquentes, prædicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliisque, etiam corporalibus pœnis, juxta criminis gravitatem eorundem Ordinariorum seu Inquisitorum arbitrio afficiantur. Contradietores quoslibet & rebelles, ac præmissis non parentes per sententias, censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris & facti remedia, omni & quacunque appellatione, recurso & reclamatione remotis, compescendo, in vocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

s. VII. Contrariis derogatur.

Non obstantibus, quatenus opus sit, recemem. Bonifacii Papa VIII. etiam prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ceterisque, in contrarium facientibus quibuscunque.

s. VIII. Publicatio Romæ facta omnes omnino & ubique locorum obligat.

Ut autem præsentibus, & in eis contenta quacunque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam præterdere possit, volumus pariter & mandamus, quod eadem præsentibus per aliquem seu aliquos ex Cursoribus nostris ad Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ valvas, ac in acie Campi Floræ affigantur & publicentur, & cum inde amovebuntur, earundem exempla in eisdem locis affixa dimittantur: quæ sic publicatæ & affixæ post duos menses, à die publicationis computandus, omnes & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ ac notificatæ fuissent.

s. IX. Transumptis credendum.

Quodque illorum transumptis impressis, sigillo alicujus persone in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & manu alicujus
Notari i

Notarii publici subscriptis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 5. Julii 1634. Pontificatus Nostri anno undecimo.

C A P U T II.

§. I. *Novæ Reliquiæ non sunt exponendæ priusquam approbentur.*

ET si antiquæ Sanctorum Reliquiæ haberi debeant in honore, in quo hætenus habitæ fuerunt, novæ tamen aut ignotæ nunquam recipiendæ, minusque venerationi sunt exponendæ, nisi prius ab Episcopo Diocesano, juxta sacrosancti Concilii Tridentini ordinationem recognitæ fuerint & approbatæ. Quare deinceps nemo quantumvis exemptus ullas novas Reliquias à quocunque oblatas, vel undecunque acceptas publicæ venerationi sine expressa Nostri, aut Nostri in spiritualibus Vicarii licentia in scriptis obtenta, sub gravi pœna arbitraria exponere præsumat.

Concil. Trid. loco cit.

§. II. *Reliquiæ recentiores non approbatæ removeri debent à publica veneratione, antiquissimas approbatas fuisse præsumitur.*

INter novas Reliquias annumerandæ seu censendæ sunt, quæ antiquorum quidem Sanctorum esse dicuntur, sed jam recens ad eas Ecclesias, in quibus modò sunt, delatæ fuerunt: idè si quæ non approbatæ alicubi exponuntur, volumus ut removeantur, donec à Nobis vel Nostro Vicario sint recognitæ & probatæ, exceptis iis, quas ab immemorabili tempore, semperque pro veris habitas fuisse certum habetur & exploratum.

§. III. *Sanctorum Reliquiæ debitè honorentur.*

CUM non solum in propria persona sua Sancti sint honorandi, sed & in cadaveribus, aliisque Reliquiis suis (etenim sacra illa membra atque ossa viva quondam fuerunt Spiritus sancti domicilia, ac templa, ad quorum vel attactum, vel intuitum, maxima Deus edidit prodigia, quod utriusque testamenti exemplis perspicuum est) planè convenit ut à Christifidelibus honestè condantur, pretiosisque loculis religiosè conserventur.

§. IV. *De Sanctarum Reliquiarum usu & veneratione instruendus populus.*

UNde quò magis carpunt hæretici usum & venerationem sanctarum Reliquiarum, eò Concionatores, Parochi, cæterique quotquot docendi munus curamque sustinent, diligentius instruant populum de Sanctorum intercessione, utilique proinde & salutari invocatione, atque religiosa sacrarum Reliquiarum veneratione.

§. V. *Sanctorum Reliquiæ reverenter visitandæ.*

EAndem ob causam Christi-fideles, & ut fidem suam profiteantur, seque inter mundi hujus illecebras & persecutiones, ad similem vitæ exitum accendant, sacra loca ubi Sanctorum corpora quiescunt, & Reliquiæ servantur, majorum suorum exemplo, piè & frequenter visitent, iisque quem merentur honorem, impendant, ut in omnibus adversis, eorum patrocinium tantò citius & efficacius obtinere mereantur, quantò eis per hujusmodi officia & obsequia affectu, & spiritu facti fuerint viciniore.

§. VI. *Reliquiæ Sanctorum quomodo sint custodiendæ.*

PRælati, Rectores aliique Superiores Ecclesiarum, diligentissimè curent, ut *Concil. Trid. d. loco.* *sanctorum Martyrum, & aliorum cum Christo viventium Sancta corpora, quæ viva fuerunt membra Christi, & templum Spiritus sancti ab ipso ad æternam vitam suscitanda ac glorificanda,* eorumque partes quantumvis minutæ & reliquiæ, ab omnibus sordibus ac pulveribus mundæ, in vasis honestis seu capsulis oclufis, ne facilè exinde extrahi possint, atque juxta Pontificalis præscriptum ritè prius benedictis, locoque decenti (non tamen in Tabernaculo sanctissimi Sacramenti, aut in armario sacrarum vestium) piè diligenterque asserventur; ne item sacrilegiis aut furto expositæ sint, nève vilescant, ac sine cultu jaceant, vel nimis irreligiosè ab aliquibus tractentur.

§. VII. *Reliquiæ approbatæ in tabella designentur.*

UT majori in veneratione habeantur apud fidelem populum Sanctorum Reliquiæ,

liquiæ, volumus ut singularum inscriptiones, quatenus opus renoventur, & catalogus earundem, siue eæ nominatæ sint, siue non nominatæ, intra duorum mensium spatium, post noticiam hujus decreti habitam, ab Ecclesiarum cunctarum Rectoribus & Superioribus conficiatur, atque Vicario Nostro in Spiritualibus mittatur: item ut appendantur tabellæ in singulis Ecclesiis, seu Capellis, quibus declaretur, quæ & quales in unaquaque Reliquiæ, iudicio Ordinarii approbatæ conserventur. Quod si planè certum sit esse alicujus Sancti Reliquias, licet incertum cujusnam in particulari, quia scedula amissa est, possunt eæ tam publicè, quàm privatim coli, sicut ex praxi Ecclesiarum constat.

§. VIII. *Sacræ Reliquiæ non facile, & nullâ ratione extra capsam, aut à laicis ostendi debent.*

AD majorem verò Dei, & Sanctorum cum eo regnantium gloriam, nec notii populi pietatem accendendam, in Festis Sanctorum, quorum Reliquiæ elevatæ, ornatae & decenter inclusæ sunt, easdem in altaribus, aut aliis aptis locis exponi decet; quin eas populo passim ostendi, ac temerè omnium oculis exponi nequaquam convenit, & quidem extra capsas seu loculos nullâ ratione, ad servandam majorem earum reverentiam: Si tamen vel ob magnam certorum Festorum celebritatem, vel ad populi devotionem excitandam, vel ad Deum per intercessionem Sanctorum suorum, & repræsentationem sacrorum pignorum placandum, Reliquiæ hujusmodi ostendendæ videantur, jubemus, ut non à laicis, etiam cujusvis dignitatis personis, sed à Clericis sacris Ordinibus initiatis, superpelliceo, ac desuper pluviali, vel minimum stolâ, pro Reliquiarum Ecclesiæ ratione indutis, accenso lumine, ac sine quæstu omni exhibeantur; & in ostendis iis ea gravitas, reverentia & pietas adhibeatur, quæ Fidem & Religionem Christianam præferat, & intuentium animos ad omnem pietatem & reverentiam commoveat.

§. IX. *Quales Reliquiæ ostendendæ sint.*

Ostendantur verò Reliquiæ sinceræ, non falsæ pro veris, non incertæ & dubiæ pro certis ac probatis, non incognitæ pro cognitis, sine superstitione omni, fraude & abusu. Quocirca opus erit sin-

gulis schedam aliquam, è qua dignoscantur, apponere.

§. X. *Quomodo publicè in Ecclesia exposita sint custodiendæ, & cujus ministerio attingendæ.*

Quamdiu insignes Reliquiæ sacræ in Altari, vel alio loco erunt palam expositæ, tandiu candelæ duæ accensæ ibidem colluceant, atque ad earundem custodiam, semper adsit Clericus majoribus initiatus Ordinibus, à vitæ morumque probitate commendatus, & superpelliceo indutus: hujus enim, non laici hominis operâ, ministeriòve adhibito, licet Christianis fidelibus pietatis & Religionis causâ, Rosaria seu numismata ad sacrarum Reliquiarum capsulas loculòsve admovere & attingere, vel aliquas sacras Reliquias fidelibus osculandas porrigere.

§. XI. *Sacræ Reliquiæ vendi non possunt, nec ad turpem quæstum exponi.*

Improbæ hominum cupiditati modum imponere volentes, severissimè prohibemus, ne ullæ sacræ Reliquiæ venales seu ad turpem quæstum exponantur, néve Reliquiæ sacræ extra Ecclesiam, in qua asservantur, ad infirmos etiam cujuscunque consuetudinis colore, nisi per Clericos sacris Ordinibus initiatos, idque cum debita reverentia, devotione ac pietate exportentur.

C A P U T III.

Thecæ sacrarum Reliquiarum à quibus in Processione gestandæ.

Cum publicè in templo aut Processione sacrarum Reliquiarum thecæ gestare ad Clericos duntaxat spectare videatur, nunquam Reliquiæ, vel Imagines in Processionibus à puellis, sed Clericis Ecclesiasticis paramentis indutis (quoad ejus fieri potest) vel saltem à piis, honestisque viris sæcularibus palliatis, aperto capite, & hinc inde comitantibus tædiferis deferantur.

C A P U T IV.

Sanctorum Reliquiæ quomodo donandæ.

In elargiendis sacris Reliquiis, hæc ratio deinceps observetur, ut nemini donentur

C. cum ex eo de Reliq. & Vener. Sanct.

Cit. c. cum ex eo & dicit. sess. 25.

Concil. Provinc. Colon. sub Herman. V. part. 3. cap. 31. pag. 363.

tur unquam, nisi ut loco sacro reponatur, majori, aut non minori saltem pietatis studio ibidem servanda, quam ubi ante servabantur; notabiles verò Reliquiarum partes, ne ullus Prælatus, Rector Ecclesiæ aliùve Superior extrahere, multò minùs ex Civitate & Dicecesi Nostra Colonienfi exportare, aut dare transferendas alicui, sine speciali Summi Pontificis, seu Nostra

licentia scripto obtenta præsumat, gravissimè interdicimus; quibus id permittentibus, donationis hujus authenticæ simul dentur literæ, & in Indice Reliquiarum Ecclesiæ eadem donatio cum sufficienti Reliquiarum donatarum, nec non personæ dantis & accipientis, ac temporis expressione annotetur.

C. corpora, de consecr. dist. 1.

TITULUS IX.

De Imaginibus sacris.

CAPUT I.

Quæ Concilium Tridentinum & Urbanus VIII. de sacris Imaginibus sanxerunt, servantur.

VT omnis sæcularis vanitas, levitas, vel inusitata quælibet forma Imaginum, aut statuarum ornatus ab Ecclesiæ moribus alienus deinceps caveatur, volumus omninò, ut exactè ea, quæ tum sacrosancta & ecumenica Synodus Tridentina de sacris Imaginibus, tum Urbanus Papa VIII. sequenti hac super re editâ constitutione sancivit, observentur.

Concil. Trid. tit. sess. 25.

URBANUS Papa VIII.

Ad futuram rei memoriam.

S. I. Proœmium.

Urbanus VIII. Constit. 163.

Sacrosancta Tridentina Synodus optimè agnoscens, non leve scandalum asserre posse, si quid inordinatum, aut præposterè accommodatum, vel prophanum in Ecclesiis appareat, statuit nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam Imaginem ponere, vel ponendam curare, nisi ab Episcopo approbata fuerit.

S. II. Causæ Constitutionis.

Cum autem sicut accepimus, ex prædicti decreti inobservantia varii abusus irrepserint; idcirco Nos abusus hujusmodi tollere, pro debito Pastoralis Officii Nostri volentes, re etiam cum Venerabilibus Fratribus Nostriis S. R. E. Cardinalibus sacris Ritibus Præpositis communicatâ, & maturè consideratâ & dif-

cussa, inherendo dictæ dispositioni sacrosanctæ Tridentinæ Synodi, Motu proprio, & ex certa scientia Nostri, deq; Apostolica potestatis plenitudine, ne quis cujuscunque gradus, qualitatis, Ordinis, status, vel conditionis, ac dignitatis, & præminentie etiam Ecclesiasticæ, etiam individua, ac speciali expressione dignæ existat, Imagines Domini Nostri Jesu Christi, & Deiparæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumq; Sanctorum ac Sanctarum quorumcunque sculperè, aut pingere, vel sculpi, aut pingifacere, aut antehac sculptas, aut pictas, & alias quomodolibet effictas tenere, seu publico aspectui exponere, aut vestire cum alio habitu & forma, quam in Catholica, & Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore consuevit, nec etiam cum habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis tenore præsentium prohibemus: ac ut Imagines aliter pictæ, vel sculptæ ab Ecclesiis, & aliis locis quibuslibet amoveantur & deleantur, vel reducantur, & reformentur ad habitum & formam in Ecclesia Catholica, & Apostolica ab antiquo tempore consuetam, ut veneratio, & cultus sic dictis Imaginibus augeatur, & quæ oculis fidelium subiciuntur, non inordinata, nec insolita appareant, sed devotionem pariant, & pietatem. Et ne exponantur in Ecclesiis quibuslibet, ac quomodolibet qualificatis, ac earum frontispiciis, & atriis Imagines prophanæ, vel aliàs indecentiam, & inhonestatem præferentes, cum domum Dei deceat sanctitudo, præcipimus. Quocirca quibuscunque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus; Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, ac Nostriis & Apostolicæ Sedis Nunciis, & Legatis etiam de latere sub obestatione divini judicii mandamus, ut prædicta inviolabiliter, & exactè observent. Mandantes insuper omnibus Capitulis Ecclesiarum etiam Cathedralium, & Majorum, ac Universitatibus etiam studiorum,

Mona-

Monasteriis, ac Collegiis & personis quibuscunque etiam Ecclesiasticis, Sæcularibus & Regularibus cuiuscunque Ordinis, etiam Cisterciensis, Instituti, Congregationis, & Societatis, etiam Jesu, etiam Militaribus, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, aliarumque, Militarum, & cæteris quibuscunque quomodolibet qualificatis, ac eadem individuâ expressione, & speciali notâ dignis, ac Monialibus etiam Regularium gubernio subiectis, ac etiam Sedi Apostolicæ immediate Suppositis, ut in eorum Ecclesiis, & locis omnia & singula præmissa observent, & observari faciant.

§. III. Executores deputantur.

Quatenus verò ipsi, præsertim Regulares, ac Moniales præsentibus literis, ac omnibus in eis contentis parere neglexerint, possint, & debeant Episcopi, & locorum Ordinarii, Metropolitanæ, Primates, Patriarchæ, Nuncii, & Legati Apostolici de latere missi, tanquam in hoc à Sede Apostolica specialiter delegati contra omnes & singulos prædictos, & quoscunque alios quomodolibet inobedientes, & transgressores procedere, & quacunque appellatione, recursu, reclamatione, aliisque, juris & facti remediis ordinariis & extraordinariis penitus, & omnino remotis, ad omnimodam observantiam illos præviâ unicâ monitione censuris Ecclesiasticis, & aliis eorum arbitrio, & præsertim quoad loci Superiores etiam privationis Officii, & vocis activæ, & passivæ poenæ compellere.

§. IV. Clausula præservativa.

Præsentes quoque literas, & in eis contenta quacunque nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quocunque alio etiam quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, vel redargui posse, sed illas semper validas, firmas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri & obtinere, & ab omnibus ad quos spectat, & spectabit in futurum inviolabiliter observari.

§. V. Potestas aliter iudicandi tollitur.

Sicque, & non aliter per quoscunque Iudices Ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos nunc & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, seu in-

terpretandi facultate & auctoritate iudicari, & desiniri debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. VI. Contraria remouentur.

Non obstantibus fel. record. Bonifacii Pape VIII. Prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dictis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem etiam personarum, atque Ordinum quorumcunque, etiam Cisterciensium, ac tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militarum etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, etiam Jesu, ac cuiuscunque alterius Instituti etiam necessariè & individuè exprimen. Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcunque tam Sæcularium quam Regularium locorum, nec non illorum etiam juramento, Confirmatione Apostolicâ, vel aliâ quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indulgentiis, & privilegiis etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiam mari magno, seu Bullâ aureâ, aut aliâ nuncupatis, conservatorum deputationibus, eorumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi, & alii Ordinarii, & Superiores prædicti deferre minime teneantur, & quibusvis aliis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque, efficacioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus Decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicâ potestate plenitudine, aut aliâ quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque, totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, sed quavis aliâ expressio habenda, aut aliqua aliâ exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliâ in suo robore permansuris specialiter & expressè derogamus, cæterisque, contrariis quibuscunque.

§. VII.

s. VII. Publicationi Romæ facta standum.

ET ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi, volumus & Apostolicâ auctoritate decernimus, ut præsentis literæ, seu illarum exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Urbis, ac in acie campi Floræ affixæ, omnes perinde ardeant, atque afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent.

s. VIII. Transumptis credendum.

Quodq; præsentium transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xv. Martii M. DC. XLII. Pontificatus nostri anno decimo nono.

CAPUT II.

Sacræ Imagines prototypi sui causâ sunt in honore, proinde eidem sint conformes.

Imprimis ergo statuæ & imagines Christi Salvatoris, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum, cum non in templis solum, sed in privatis etiam Oratoriis, Sacellis, aris, & agris haberi & retineri possint, eisq; congruus honor, & veneratio habeatur, eò quod effigies sint suorum prototyporum, quibus is honor rectè defertur; Idcirco in exponendis Sanctorum imaginibus studiosè diligenterq; curandum est, ut prototypis quæ per illas repræsentantur, juxta veritatem historiæ, ac receptam & probatam Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ traditionem, quoad ejus fieri poterit, similitimæ sint; nec pro privati cujusque genio, ad exhibendam viventis alicujus hominis effigiem genuina earum forma adulteretur. Insuper mandamus universis ac singulis Civitatis & Diocesis nostræ Colonienfis Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis tam Collegialibus, quàm Ruralibus, Pastoribus, Vice-Pastoribus, Rectoribus, aliisque Ecclesiarum Superioribus, ut pro concionibus quandoq; fideles moneant, & commoneri faciant, cum in imaginibus veluti

*C. Perlatum
C. Venerabiles
de conse. dist.
3. Conc. Trid.
loco cit.*

signis prototypa, Sanctosq; quos repræsentant, veneremur, nullam imaginibus inesse divinitatem, vel fiduciam in illis esse collocandam, neque propter ipsarum materiam, formam, elegantiam, externum ornatum, vel quid simile, sed propter eos, quos nobis repræsentant, iis honorem adhiberi.

CAPUT III.

s. I. Ornatus Imaginum solum devotionem provocet.

IN ornandis porro Sanctorum statuæ, tam eis quæ in templis proponuntur, quàm quæ in Processionibus seu Supplicationibus deportantur, ab omni procaci venustate, obscœna, pudendave nuditate, æquè ac deformitate, & vano quovis ornatu abstinenceatur; aptissimoq; ad exprimendum cujuslibet Sancti vel Sanctæ prototypi colore, scitâ artificis & pictoris manu ita delineentur, ut nil nisi quod pietatem & sanctum earum prototypa imitandi desiderium provocet, in illis usquam appareat.

Statuta Adolphi III. Archiep. Colon. §. an unus Sancti pag. 481.

s. II. Unius Sancti ejusdemve Mysterii in Ecclesia una tantum sit Imago.

Præterea nec Beatissimæ Virginis, nec cujusvis alterius Sancti vel Sanctæ plures, quàm una cujusque mysterii imagines seu statuæ ad excitandam Sancti beatam & utilem memoriam in uno eodemq; altari, vel sæpius in una eademq; Ecclesia collocentur, vel in Processionibus, aut Supplicationibus, nisi diversarum Sodalitatum fuerint, circumferantur.

Concil. Provinc. Colon. sub Adolpho III. cap. nihil prope tam Sanctum pag. 452. Statuta ejusdem Adolphi cit. §. an unus Sancti. & §. an current etiam pag. 486.

CAPUT IV.

s. I. In pavimento nulla sculpantur cruces, vel imagines, neque in parietibus, nisi telâ lineâ, vel tabulis rectis, pingantur.

IN pavimento Sanctorum imagines, vel cruces non efformentur, vel ubi clavis transfigi, vel uligine pluvîaque deleri vel deformari possunt, & licet in muro ex vivo politoque lapide constructo, sacræ possint historiæ exprimi, non tamen in muro vel pariete, argillâ vel calce incrustato; ejusmodi enim incru-

G statio

50 Decreta Synodalia D. Maximiliani Henrici

Statio facillè decidit & pietas deformat imagines. Suademus autem, ut paries aut murus hujusmodi telâ lineâ, tabulisve politis, artificioseque compactis tegatur, & sic picturis exornetur.

§. II. *Cruces & statuæ Sanctorum benedictæ tantum exponantur.*

CRuces & Sanctorum imagines seu statuæ, adhibitis precibus atque ceremoniis in Pontificali præscriptis prius benedicantur, quàm in Ecclesiis exponantur.

§. III. *Imagines deformatæ instaurentur, mutilatæ removeantur.*

IMagines & sculpturæ sacræ, quæ nimia vetustate, earie, fuligine sive sordibus aut aliâ quavis incuriâ deformes specie suâ intuentium oculos offendunt, & contemptum potius, quàm venerationem excitant, piè religioseque quamprimum instaurentur, ac integritati pristinae decorique restituantur, aut si id fieri nequeat, omninò deleantur, vel incinerentur, non tamen publicè, sed citra offendiculum; & cineres in Sacratio recondantur. Tabulæ quoque vel statuæ ab Iconomachis aut aliâ ruptæ, sive mutilatæ, quamdiu decore & honestè non sunt reparatæ, extra Ecclesias & conspectum populi seponantur.

§. IV. *Imagines insolite nisi approbatae in Ecclesiis non exponantur, neque in intima Altarium tabula vivorum effigies exprimantur.*

AD hæc cum tam URBANI VIII. Papæ Concil. Trid. loco cit. præinsertâ constitutione, quàm Concilii Tridentini Decreto severè prohibeatur, ne in Ecclesiis etiam exemptis, insolita imago, nisi ab Ordinario approbata, ponatur: provideant diligenter Prælati, Pastores, Vice-Pastores, aliique quarumcunque Ecclesiarum Superiores ac Rectores, ut in imaginibus tam pictis, quàm sculptis loco sacro jam illatis, vel posthac inferendis, nihil inordinatum, profanum, inhonestum appareat: neque in intima Altarium tabula vivorum effigies deinceps depingantur; imagines verò aliter quàm in dicta constitutione URBANI VIII. præscribitur, pictæ vel sculptæ, quamprimum ad habitum & formam veterem in Ecclesia Catholica consuetam emendantur, vel ab Ecclesiis & quibuscunque aliis locis eliminentur.

§. V. *Falsæ & apocryphæ Imagines tollantur*

STatuæ vel imagines, quæ apocryphas historias, superstitiosa, falsaque dogmata præ se ferunt, aut erroris occasionem rudibus præbere possunt, neque in sacris, neque profanis locis sunt tolerandæ. Ideò si quæ ejusmodi deprehendantur, quæ periti pictoris aut sculptoris manu debitè corrigi, vel ab omni falsitatis indicio vindicari nequeunt, ab Ecclesiis removeantur, ac deleantur.

TITULUS X.

De Jeuniis.

CAPUT I.

§. I. *Jejuniorum Ecclesiasticorum finis, & multiplex fructus populo sæpius explicetur.*

Conc. Provinc. Colon. sub Hermanno V. part. 9. cap. 1. pag. 389.

Jejunia animabus corporibusque curandis ab Ecclesia certis temporibus, & diebus salubriter instituta, strictè volumus observari, admoneri que populum, cur sint indicta; nempe ut peccata

expientur, corpus in servitutem redigatur, animusque vegetius ac promptius divinæ voluntati sese subiciat. Cum autem multum hodie antiquus Christianorum in jeuniis exactè servandis fervor & rigor refrixerit; præcipimus Pastoribus, Vice-Pastoribus, & Verbi Dei Prædicatoribus, ut sæpius jejunia hujusmodi ab omnibus Christianis, qui ætatem habent, nisi justâ aliquâ causâ excusentur, sub reatu peccati mortalis esse diligenter observanda, inculcent.

cent. Præterea singulis diebus Dominicis sub concione, vel summo Sacro jejunia instanti hebdomadâ occurrence, ne quispiam prætere de possit ignorantiam, populo denunciare non omittant.

s. II. *Differentia pleni, à semipleno jejunio: monendusq; populus in jejunio non solum carniū usum, sed etiam luxum in piscibus esse cavendum.*

IN denunciandis jejuniorum diebus populo diligenter quoque explicent, quæ sit jejunandi ratio, & in quo jejunium plenum seu perfectum à semipleno seu abstinentia differat; quod scilicet diebus quibus semiplenum seu abstinentia indicitur, esus solummodò carniū interdictus sit; sed quoad ciborum refectioem unam vel plures nihil ab Ecclesia præcipiatur. Quibus verò diebus plenum sive perfectum jejunium est indictum, quod non tantum ab esu carniū abstinendum, sed unica etiam per diem, eaque frugalis cibi refectio, horâ competenti sumenda sit, moneantque Pastores, Vice-Pastores, aliique animarum curatores, non abstinentiam modò, sed ipsam præcepti rationem magis spectandam; adeoque non carniibus solum, sed & piscium sumptuosus, nimisque copiosis ferculis, bellariis, & immodicis potationibus merito abstinendum esse.

CAPUT II.

s. I. *Abstinentia servanda omnibus Sabbatis & feriis sextis, excepto Natali Domini in horum alterum incidente.*

Dies, in quibus ex veteri Ecclesiæ consuetudine à carniibus duntaxat abstinetur, sunt omnes feriæ sextæ, & Sabbata totius anni (quos Majores nostri honori Dominicæ Passionis & Beatissimæ Deiparæ Virginis jejunio sacros habuerunt) nisi Festum Nativitatis Domini in horum alterum incidat: tunc enim propter Festi excellentiam, cunctis votò non prohibitis carnes comedere licet.

s. II. *Sabbatis etiam inter Domini Natalem & Purificationis Festum carniibus abstinendum.*

Cum feriis sextis & Sabbatis carniū esus interdictus sit, districtè inhibemus, ne quis etiam Sabbatis intra Natalem Domini, & Purificationem Beatæ Ma-

riæ Virginis occurrentibus, illis vescatur, aut aliis, etiam alterius Diœcesis, eas proponat.

CAPUT III.

s. I. *Specificatio dierum quibus jejunandum est.*

Porrò singulis annis per totam Civitatem & Diœcesim Nostram Coloniensem ab universis ætatem habentibus, nec legitime excusatis, in Quadragesima, & quatuor anni temporibus, vigiliis Nativitatis Domini, S. Matthæ Apostoli, Pentecostes, Nativitatis S. Joannis Baptistæ, Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, S. Jacobi Apostoli, S. Laurentii Martyris, Assumptionis Beatissimæ Mariæ Virginis, S. Bartholomæi Apostoli, S. Matthæi Apostoli, SS. Simonis & Judæ Apostolorum, Omnium Sanctorum, S. Andræ Apostoli, & S. Thomæ Apostoli jejunandum est, quæ Festa si in feriam secundam inciderint, ob lætitiā & celebritatem diei Domini, in quo memoria Resurrectionis Christi peragitur, Sabbathis proximè antecedentibus jejunatur.

Statuta Henrici Archiep. Colon. cap. 3. pag. 67.

s. II. *Vigilia S. Joannis Baptistæ incidente in diem Festum Corporis Christi, non est jejunandum sed feriâ antecedenti.*

DE Vigilia S. Joannis Baptistæ, si in Festum Corporis Christi inciderit, observetur sequens URBANI VIII. ordinatio.

Urban. VIII. Const. 154.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum venire quandoq; possit, ut Vigilia S. Joannis Baptistæ in diem Festum solemnitatis SS. CORPORIS Domini Nostri JESU CHRISTI incidat: Nos attendentes diem Festum hujusmodi, quo tanti Sacramenti institutio summâ totius populi Christiani lætitiâ recolitur, è principalibus anni festivitibus existere; propterea de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum consilio, deinceps perpetuis futuris temporibus, quoties Vigiliam prædictam in dictum diem Festum solemnitatis Sanctissimi CORPORIS Domini Nostri JESU CHRISTI incidere contigerit, non esse jejunandum, neque à carniibus esse abstinendum in die Festo hujusmodi, sed anticipandum jejunium die immediatè antecedenti, nempe feriâ

G 2

quartâ,

C. ult. de observ. jejun.

quarta, prout jejunaretur in ipsa Vigilia, Apostolicâ auctoritate, tenore presentium statuimus & ordinamus: In contrarium facientibus non obstantibus quibusunque, volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIII. Octobris M. DC. XXXVIII. Pontificatus nostri anno decimo sexto.

CAPUT IV.

§. I. Populus Dominicâ Quinquagesimæ de observando jejunio moneatur.

Singulis annis Dominicâ Quinquagesimæ Pastores, Vice-Pastores, Concionatores & Catechistæ publicent jejunium Quadragesimale, moneantque suos auditores à die Cinerum usque ad Vigiliam Paschæ inclusivè, omnibus diebus, exceptis Dominicis, quibus duntaxat abstinentia fervatur; etiam Festis, ac die Cœnæ Domini sub reatu peccati moralis esse jejunandum.

§. II. Damnatur abusus ter hebdomatim in Quadragesima jejunandi.

Corruptelam & detestabilem abusum, quo quidam ter solummodò per hebdomadam in Quadragesima jejunare præsumunt, penitus damnamus.

§. III. Quatuor temporum jejunia observanda sunt religiosius, sicut & Vigilia S. Matthiæ.

Jejunium Quatuor temporum magnâ religione ab omnibus observandum esse, Pastores, Vice-Pastores, & Verbi Dei Præcones auditores suos doceant, cum ob rationes & causas à S. Leone Magno in sermonibus de hisce jejniis recensitas, tum quia istis temporibus sacris Ordinibus altaris ministri initiantur: ideo meritò convenit jejunia, orationes, & eleemosynas ad eum finem à fidelibus adhiberi, quatenus omnes uno spiritu efficacius Domi-

num exorent, ut eligendorum sortes ad Ecclesiæ suæ dirigat utilitatem; operarios idoneos in messem suam mittat, eosque septiformi spiritu suo confirmet, & omni virtute muniat. Jejunium verò Quatuor temporum, ac Vigilia S. Matthiæ, dum in Quadragesimam incidit, religiosius, quàm reliquis diebus colendum declarent; cum duobus nominibus ad illud obligentur.

CAPUT V.

§. I. Magistratus Sæcularis Quadragesimali tempore nemini carnes vendere, aut apponere permittat.

Quò jejunia accuratius observentur, Magistratus Sæcularis Quadragesimali tempore macella omnia claudi curet, & nulli carnes hoc tempore vendendi, aut Cauponibus easdem, etiam Viatoribus proponendi, vel ministrandi licentiam permittat.

§. II. Quibus ob corporis debilitatem esus carniæ permittitur, etiam plures refectiones concessæ censentur.

Cum Ecclesiasticum jejunium duplicem contineat abstinentiam, tam à cibis vetitis, quàm à secunda refectione; idè cui ob corporis infirmitatem, aut debilitatem per dispensationem esus ciborum vitiorum & carniæ conceditur, benignâ interpretatione etiam plures refectiones eidem concessæ censentur, cui verò aliam ob causam, ut, quia cibi Quadragesimales facilè haberi non possunt, vel quia à piscibus natura abhorret, vel quia putantur noxii ejus temperamento, carniæ esus indulgetur, unâ carniæ refectione contentus sit.

§. III. Soluti lege jejunii alios ad illud violandum non provocent.

Aveant autem, quantum poterunt, qui ob legitimam causam à jejunio excusantur, illive quibus ciborum vitiorum esus permittitur, ne alios suo exemplo ad violandum jejunium, vitiosque cibos sumendos provocent.



P A R S II.

De Sacramentis.

T I T U L U S I.

De Sacramentis in genere.

C A P U T I.

§. I. *Sacramenta Sanctos ministros exigunt.*



U M in Ecclesia Dei nihil sanctius, excellentius, aut magis divinum habeatur, quam novæ legis Sacramenta, seu certa nostræ salutis instrumenta, quibus vera in fidelibus justitia gignitur, augetur, vel amissa reparatur; magnam sanè in ministro sanctitatem requirunt.

§. II. *Attentos pariter pios & circumspectos.*

Q Uapropter in eam curam toti incumbant Pastores, Vice-Pastores, cæteri- que Sacramentorum ministri, ut Sacramentum aliquod administraturi, in rem tractandam animum intendant, nec de eis, quæ eò non pertinent, quicquam cum alio colloquantur, in ipsaque administratione non solum integrè, distinctè, clarè, attentè & devotè essentialia Sacramentorum, Materiam scilicet, Formam, & *actua- lem*, vel saltem *virtualem* intentionem faciendi quod Christus Dominus noster instituit, vel quod vera Christi Ecclesia in eo facit & servat, adhibeant; sed etiam sancta illa sanctè, piè, & reverenter, orationes

& quasvis alias ab Ecclesia Catholica præscriptas preces religiosè, & clarà voce ex libro Pastoralis seu Ritualis ob memoriæ lapsum recitando, tractent, ac legitime petentibus dispensent.

§. III. *Sacratissima Eucharistia & Olea sacra fideliter custodiantur, nec ex materia cujuscumque Sacramenti alicui quippiam tradatur.*

E T quoniam *Sanctum minimè dandum* Matth. 7. v. 6. *est canibus*, quilibet Parochus & Vice-Parochus sacratissimam Eucharistiam & Olea sacra in locis tutis, & vasis mundis fideliter sollicitèque custodiat; ita ut impiis ac sacrilegis hominibus non facilis ad ea accessus pateat; nec ex sacra materia cujuscumque Sacramenti, ullus unquam aliquid alicui, etiam specie medicinæ, vel tollendi maleficii tradat, vel tradi permittat: neque ipse Pastor, vel Vice-Pastor Materias Sacramentorum ad alium usum applicet, quam eum, quem Ecclesia designavit.

C A P U T II.

§. I. *Minister Sacramentorum sit vitæ integræ & sanctæ.*

E T si Sacramenta indignâ administratione contaminari non possint, utpotè C. Si iustus 30. C. Miti 84. cum segg. 1. quæst. 1. quorum

Concil. Trid.
sess. 7. de Sa-
cram. in gene-
re can. 12.

Jeremiæ 48.
vers. 10.

quorum virtus & efficacia non à probitate conferentis, sed à solo Deo fonte & auctore omnis salutis, gratiæ ac sanctitatis dependet; multùm tamen honoris, dignitatis, atque venerationis apud Christi fideles, præsertim in fide infirmos illis decedit, si eorum ministri vitæ impurius sint. Monemus proindè serio & in Domino hortamur omnes Parochos, Vice-Parochos cæterosque Sacramentorum ministros, ut ea reverenter, mente, manuque purâ tractent, ac petentibus administrent; ne de iis dicatur illud Jeremiæ: *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter, seti, ut LXX. Interpretes habent, negligenter.*

§. II. *Sacerdos peccati mortalis sibi conscius, vel de eo dubitans, antequam Sacramenta administret, confessionem præmittat.*

ITaque si Sacerdos peccati mortalis (quod absit) sibi conscius, aut de eo probabiliter dubius fuerit, ad Sacramentorum administrationem non accedat, nisi priùs se confessione expiârît, quantum copia Confessarii, temporis, ac loci ratio patietur; aliàs præmissâ saltem contritione, peccata sua detestetur cum firmo animi proposito primâ opportunitate ea confitendi.

§. III. *Non jejunos ea non ministret.*

SI quis (quod Deus avertat) non jejunos Sacramentum aliquod administrare præsumperit, sive is Pastor, sive Sacerdos alius fuerit, pro delicti magnitudine severè puniatur.

C A P U T III.

§. I. *Populo sæpius virtus, utilitas & necessitas Sacramentorum & caeremoniarum exponantur.*

Concil. Trid.
sess. 24. de re-
form. cap. 7.
Concil. Pro-
vinc. Colon.
sub Herman-
no V. part. 7.
cap. 2. pag.
375. & sub
Adolpho III.
§. an in-
struant, §. an
doceant §. an
circa, pag.
485.

UT fidelis populus ad suscipienda Sacramenta majori cum reverentia atque animi præparatione accedat, volumus omninò & mandamus, ut Pastores, & Vice-Pastores sæpè divinorum horum mysteriorum institutionem, usum, virtutem, utilitatem, necessitatem, & efficaciam, uti & rituum atque caeremoniarum significationes, tam in Concionibus & Catechismi explicatione, quam singulorum Sacramentorum administratione juxta præscriptum Concilii Tridentini, & sanctorum Pa-

trum, & Catechismi Romani doctrinam pro captu susipientium, & adstantium, piè prudenterque, etiam linguâ vernaculâ, prout occasio permittet, exponant.

§. II. *Excommunicati nominatim, denunciati, aut manifesti Clerici percussores ad Sacramenta non nisi in periculo vitæ, & præstitâ cautione admittantur.*

NULLUS à Judice Ecclesiastico nominatim excommunicatus, denunciatus, aut etiam manifestus Clerici percussor, ad Ecclesiastica Sacramenta, extra mortis periculum admittatur, nisi priùs in scriptis, seu aliàs legitimo ac fide digno testimonio constiterit, eum ab eodem Judice, aut suo Superiore in foro exteriori absolutionem obtinuisse. Veruntamen in mortis periculo ad Sacramenta talis admitti potest, factâ tamen priùs promissione, & quoad ejus fieri potest, præstitâ cautione, quod si periculum evadat statim curabit, ut ab illo Judice absolvatur.

§. III. *Heretici, publicè facinorosi, aut usurarii à Sacramentis arceantur.*

NULLUS etiam hæreticus, aut publicè facinorosus absque legitima pœnitentia, nullus publicè usurarius, etiam in mortis periculo constitutus, nisi usuris priùs restitutus, aut saltem de eisdem restituendis firmâ, juxta sacrorum Canonum præscriptum præstitâ cautione: nullus etiam concubinarius, vel concubina, nisi se tantâ loci interapedine, ut cesset omnis incontinentiæ suspicio, separaverint: nulli demum, qui in statu illicito, aut crimine notoriè publice vivunt, aut vitam turpiter transactam non detestantur, ad Ecclesiæ Sacramenta admittantur.

C A P U T IV.

§. I. *In Sacramentorum administratione præter intentionem, materiam & formam, Ecclesiæ Catholicæ ritus & caeremoniæ adhibeantur.*

VOLUMUS omnino & severè præcipimus, ut quivis Parochus, Vice-Parochus, aliufve Sacerdos in cujusque Sacramenti administratione præter adualem seu virtualem intentionem, legitimamque materiam & formam, non alios quam approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus

C. Ex. omni-
nicatos 11.
quæst. 3. cum
segg.

C. Quamquam
de usuris in 6.
Statuta Sig-
fridi Archiep.
Colon. cap. 14.
pag. 46. &
47. Statuta
Wichholdi Ar-
chiep. Colon.
cap. 12. pag.
54.

tus & cæremonias adhibeat, atque ita decenter gravique actione cuncta juxta Ritualium librorum præſcripta peragat ut & tantorum myſteriorum Majestas commendetur, & circumſtantium fidelium mentes per hæc viſibilia religionis & pietatis ſigna, ad pietatem & rerum divinarum, quæ in Sacramentis latent, contemplationem excitentur.

§. II. *Sacerdos ante Sacramenti adminiſtrationem cæremonias perlegat, & devotè ſe præparet.*

Sacerdos itaque ad Sacramenti alicujus adminiſtrationem accellurus, ritus & cæremonias pro temporis opportunitate prævideat, diligenterque perlegat; ac deinde rei ſacræ, quam acturus eſt, meditationi paululum vacet, gratiamque dignè, & cum fructu Sacramentum adminiſtrandi devotiſſimè imploret.

§. III. *Habitu ſacrum ab Eccleſia præſcriptum non negligat.*

Inſuper Parochus, vel quivis alius ad Sacramentorum diſpenſationem legitime admiſſus Sacerdos, in omni Sacramentorum adminiſtratione quocunque anni tempore, etiam *Adventus, Quadrageſima*, imò & *Majoris Hebdomadæ* ſuperpelliceo, ejuſque deſuper, quem Sacramenti ritus expoſcit, coloris ſtolæ ſit indutus, niſi in adminiſtrando Pœnitentiæ Sacramento occaſio, conſuetudo, vel locus aliud interdum ſuadeat.

§. IV. *Adſiſtat omni Sacramento, Pœnitentiæ excepto, miniſter ſecundarius honeſtè veſtitus.*

In ſingulorum quoque Sacramento- rum adminiſtratione (Pœnitentiæ duntaxat excepto) unus ſaltem decenti habitu Clericali, mundoque ſuperpelliceo indutus, ac linguæ pariter latinæ gnarus, qui Sacerdoti totius Eccleſiæ nomine reſpondeat, adhibeatur Miniſter.

§. V. *Nihil pro Sacramentorum miniſterio exigatur, ſed quod moris eſt, vel piè offerretur, acceptetur.*

Pro Sacramentorum miniſterio nihil exigatur, eo peracto, ſi quid vel ſponte, vel ex laudabili conſuetudine offerri ſoleat, velut vitæ ſtipendium licitè

acceptari poterit; præſertim ubi potior pars victus atque ſuſtentationis Paſtoralis in oblatiſ fidelium conſiſtit.

C A P U T V,

§. I. *Sacrum Chriſma & Sancta Olea Presbyteri, non laici vel fœminæ in Vaſculis mundis excipiant.*

Quamvis Decani Rurales per ſe ipſos, aut ſaltem per Decanatum ſuorum Camerarios, vel Vicarios ſeu alios Presbyteros in Eccleſia Noſtra Metropolitana Feriâ V. Hebdomadæ Sanctæ comparere, Sacrum Chriſma, & Sancta Olea è manibus Clerici quem vocant *Camera*, ſeu ad id à Nobis vel Noſtro in Pontificalibus Vicario deputatorum recipere, ac dein Parochiſ, & Vice Parochiſ ſuorum Decanatum diſtribuire teneantur: nihilominus intelligimus quosdam domi ſuæ hærentes per Pedellos ſuos homines laicos, imò etiam (quod maxime abſurdum eſt) per ſubmiſſas fœminas, hæc Sancta vel petere, vel ad ſe per multa itinerum ſpatia curare deferri. Ut huic abuſui & Sacrilegii periculo occurramus, omnibus ac ſingulis Decanis Ruralibus & aliis, quibus id incumbit, ſeverè præcipimus, ut ipſimet, vel eorundem Camerarii, vel alii idonei ſubſtituti Sacerdotes, præfatâ Feriâ V. in Eccleſia Noſtra Metropolitana ſuperpelliceo, ac deſuper ſtolæ induti tempeſtivè compareant, ac in tribus mundis & honeſtis Vaſculis ſaltem ſtanneis (nullo autem modo cupreis, neque teſtaceis aut vitreis) benè obturatiſ; quæ inter ſe diſtincta & per inciſas literas majuſculas diſcreta ſint, excipiant.

§. II. *Sacrum Chriſma & Sancta Olea gratiâ & juſtâ quantitate diſpenſentur.*

HI verò quibus Sacrum Chriſma, Sanctaque Olea in Metropolitana Noſtra Eccleſia diſtribuendi munus injunctum eſt, abſque ullo murmure aut contentione benignè ac gratis, omnique cum gravitate & pietate, nec non juſtâ quantitate illa diſpenſent; & quidem primò exteris & à Civitate Noſtra Colonienſi remotioribus, ut ad Eccleſias ſuas tempeſtivè antè Vigiliam Paſcha eadem deferre, ipſaque Vigiliâ Fons Baptiſmalis novo Oleo & Chriſmate Sacro (veteribus combuſtis) benedici queat.

§. III. Di-

Statuta Siſtridi Archiep. Colon. cap. 6. pag. 39. Concl. Provinc. ſub Hermanno V. Archep. part. 8. cap. 1. pag. 387.

Statuta Wilhelmi Archiep. Colon. cap. 30. pag. 182.

C. Placitè ut nullus 102. l. 9. l. Statuta Provinc. Colon. ſub Henrico. Archiep. cap. 26. pag. 83.

C. Placitè 102. l. 9. l. C. cum in Eccleſia. C. ad Apoſtolicam de ſimon.

§. III. *Distributa per Decanos Rurales, aut alijs, Pastores vel alij Sacerdotes accipiant & deferant.*

Pastores etiam Singuli quotannis à Decano suo Rurali, vel ex ea, unde consueverunt, Ecclesia, per se aut alium Sacerdotem Sacrum Chrisma & Sancta Olea adferre non omittant, in Vasculis tamen, ne error contingat, discriminatis.

§. IV. *Sicubi Sacerdotum paucitas, per laicos honestos inclusa ligneis thecis & signata deferantur.*

Sicubi verò Parochiales Ecclesiarum extra Ciuitatem Nostram Colonensem non habent plures quàm unum, vel duos Sacerdotes, eosque Sacro illo tempore in Passionis Dominicæ Mysterijs explicandis, aut excipiendis confessionibus occupatos, Decani Rurales, alijque, quibus Sacrum Chrisma, Sanctaque Olea adferre & distribuere incumbit, cum reuerentia sacra pixides capsis ligneis (quarum formam prædecessor Noster Ferdinandus Archiepiscopus Colonensis hæcenus præscripsit, & per singulos Decanos Rurales sibi subiectis Parochis exhiberi mandauit) includant. Hæc ligneas capsas ita clausas Decanorum Ruralium, & jus habentium sigillis consignent, atque ita ad Parochias subiectas per honestos viros laicos deferantur, qui ubicumque locorum fuerint, priusquam ad proprios redeant Pastores, eà quâ decet, ueneratione, Sacrum Chrisma cum Oleis custodiant, caveantque ne in via potationibus vacent, vel quid aliud indecorum committant.

§. V. *Vetus Oleum sacrum non aboleatur, nisi allato nouo, & pro eo vasculum aliud habeatur.*

Quia quolibet anno Feriâ V. Coenæ Domini in Nostra Ecclesia Metropolitana benedicuntur Olea sacra infirmorum, Catechumenorum, atque Chrisma, & ideo prædictorum Oleorum vascula per Pastores seu vice-Pastores à vetu-

state diligenter expurgata ad Decanos Rurales pro recens benedicta materia recipienda deferri debeant, ne intereà Dei populus Sacramentorum usu destituatur, parentur honesta & nitida quædam alia vascula, in quibus vetera pro populi necessitate tantisper conseruentur, donec noua adferantur.

§. VI. *Vetera Olea Sacra, quæ fluunt, lampadi Eucharistica infundantur, quæ gossipio inhaerent, exurantur.*

Simul atque verò quivis Pastor seu Vice-Pastor novum Chrisma Sanctaque Olea receperit, veteribus non utatur, sed quidquid ex his liquidum superfuerit, totum lampadi in Ecclesia antè Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ardenti infundat; sin bombyci vel gossipio duntaxat immixtum fuerit, super piscinam comburat.

§. VII. *Si exaruerit Oleum benedictum, vel penitus defecerit, à Superiore petatur novum.*

Si contingeret Sacrum Chrisma, vel aliquod Sanctorum Oleorum exarescere, aut crebro Sacramentalium usu deficere, aliud non benedictum Pastor seu Vice-Pastor non admisceat, sed benedictum à Nobis, Nostrovè in Pontificalibus Vicario, vel Decano suo Rurali petat.

§. VIII. *Sin haberi nequeat, gutta profani & puri affundatur, ita tamen ut benedicti major sit quantitas.*

Si verò Chrisma vel Oleum benedictum ab ijs haberi non possit, ac proinde veteri Chrismati Sanctove Oleo deficienti admiscendum sit Oleum non benedictum, per guttas tantum puri ac recentis Olei olivarum non consecrati instilletur, ut Oleum consecratum id, quod infunditur, copiâ superet; tum ita diligenter virgulâ permisceantur, ut nihil inde, cui non aliquid consecrati Chrismatis, vel Olei admixtum fuerit, accipi possit.

c. Si quis de alio 122. de consecr. dist. 4.

Statuta Ssfridi Ar. hep. Colon. cap. 4. in fin. §. item Chrisma pag. 38.

TITULUS

TITULUS II.

De Sacramento Baptismi.

CAPUT I.

§. I. *Baptismus ultra octavum diem non differatur.*

Cum Sacrum baptisma ex institutione Christi omnibus, non modo adultis, sed & infantibus ad salutem necessarium esse testatur ipsa veritas his verbis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei; summa ad illud tempestivè ritèque administrandum ac suscipiendum diligentia est adhibenda. Quamobrem sub gravi pœna arbitraria præcipimus, ne Baptismus infantium, etiam quorumcunque nobilium aut insignium personarum, ulla prorsus de causa diutiùs, quàm ad tertium vel summum octavum à partu diem, differatur.

Ioan. 3. ver. 17. Concil. Trid. sess. 7. de Baptismo can. 2.

vel saltem aliquem in Ordine Sacro Constitutum diligenter purgetur. Si fortè aqua fuerit imminuta, vel non sufficiat, potest alia non benedicta admisceri, sed minori quantitate, ut infusam superet benedicta.

§. III. *Si defecerit, nova, clauso templo, benedicatur.*

Si alicubi aquam Baptismalem corrumpi, vel vas ipsum gelu, vel aliter quomodocunque findi atque ita ipsam quam effluere, vel totam deficere contigerit, Parochus seu Vice-Parochus Vigiliam Paschæ aut Pentecostes, ut novam aquam benedicat, non exspectet, sed faciat id, quàm fieri potest citissimè juxta formam in libro Pastoralis seu Ritualis præscriptam, ostiis tamen Ecclesiæ clausis, & exclusis laicis, ipsoque vasculo debite priùs mundato.

Rituale Rom. loco pract.

CAPUT II.

§. I. *Sola naturalis aqua est Baptismi Materia, modum illam benedicendi præscribit Missale.*

Sciat quilibet Pastor & Vice-Pastor Materiam Sacramenti Baptismi esse solam aquam veram & naturalem, proinde nullo prorsus vino aliòve liquore utendum. Aquam verò ipsam non aliter, quàm adhibitis ritibus & præcibus in Missali Romano, seu recognito & correcto Colonienfi præscriptis adhibendam esse.

§. II. *Aqua baptismalis sit unius solùm anni, & in vase lapideo, vel plumbeo conservetur.*

Aqua fontis baptismalis sit eo anno benedicta in Sabbato Sancto Paschatis, vel in Vigilia Pentecostes, quæ in vase lapideo solido & mundo nitida & pura conservetur, & ubicunque proximè sacrum Fontem necdum extracta est piscina; citra moram extruatur, & in eam vetus, dum nova Fontis aqua benedicenda est, effundatur, ipseque fons, antequam nova benedicatur, per Pastorem

Rituale Rom. de Sacrament. Baptismi tit. de materia Baptismi.

§. IV. *Congelata liquefiat.*

Si aqua sit congelata cùretur ut liquefiat: si nimis frigida, potest parum aquæ non benedictæ calefieri, & misceri aquæ Baptismali in vasculo, ne noceat infantulo Baptizando.

Rituale Rom. ibidem.

CAPUT III.

§. I. *Trina vel una aspersio fluentis aquæ, aut etiam infusio vel immersio adhibeatur cum clara Formæ pronuntiatione.*

Licet Baptismus vel trinà aquæ ablu-tione, infusione, immersione & aspersione cum defluxu aquæ, quæ Sanctissimam Trinitatem, vel unicà, quæ unicam & indivisam trium Personarum Divinitatem, & CHRISTI Passionem designat, administrari possit, priorem tamen modum propter expressiorem Sanctissimæ Trinitatis significationem convenientiorem & velut usitatiorem retinendum censemus; ita ut trinà ablu-tione sive infusione caput baptizandi perfundatur, & uno eodemque tempore clarè, distinctè & attentè Forma pronuntietur.

C. de trinit. 80. C. propter de consec. dist. 4. Rituale Rom. de Sacramento Baptismi tit. de forma Baptismi §. Baptismus licet &c.

H §. II. *Forma*

§. II. *Forma ad unamquamque ablutionem seu infusionem non repetatur.*

CAveat verò baptizans, ne ad unamquamque ablutionem seu infusionem totam quoque formam repetat, sed ad dictam jam normam sub unica formæ pronuntiatione tres ablutiones vel infusiones absolvat, tantum aquæ adhibendo, ut non aspersio, sed verè ablutio reputetur, quæ baptizatum non solum superficiè tenus in capillis, sed & in cute tingat.

§. III. *Extra baptisterium supra pelvem abluatur baptizandus, aqua pelvi excepta loco sacro, si piscina desit, effundatur.*

Rituale Rom. loco cit. & ibidem in fin. §. Vbi verò &c. & tit. de sacris Ojeis §. Vasculum seu cochlear &c. & §. pelvis.

IN Baptismi administratione infantes supra fontem baptismalem non teneantur, sed extra eundem aqua Baptismi nitido vasculo seu cochleari ex argento vel alio metallo (quod huic usui tantum serviat) supra caput baptizandi ab ipso met Baptizante fundatur; quæ nisi statim in piscinam baptisterii prope ipsum fontem extructam defluat, suppositâ pelvi, malluvio aut alio vase ad hoc præparato excepta in ipsius baptisterii, vel Ecclesiæ sacrarium, seu piscinam vel cœmeterium, aliumve locum honestum effundatur.

C A P U T I V.

§. I. *Obstetrices calleant Formam & normam baptizandi.*

Curet Parochus seu Vice-Parochus, ut Obstetrices rectè baptizandi ritum probè teneant, & servent; quem in finem eis sæpius vernaculâ linguâ inculcet Baptismi formam, quam dum pronuntiant, aquam pariter effundant, ut morali iudicio simul fieri censeantur, ideòque priusquam proferant verba: *N. Ego te Baptizo &c.* aquam super baptizandum non effundant; doceatque dum baptizant, intentionem debere esse faciendi id, quod Christus Dominus instituit, vel Sancta Ecclesia Catholica facit & servat.

§. II. *Extra necessitatem extremam proles à parentibus non baptizetur.*

C. Ad limina 30. q. 1.

Pater & Mater propriam prolem extra mortis articulum baptizare non debet, neque tunc quidem, nisi alio, qui baptizare possit, absentè, per quod ta-

men nulla cognatio, quæ Matrimonii usum impediatur, contrahitur.

C A P U T V.

§. I. *Baptizaturus decenter ad tantam functionem accedat, moneatque Paternos & Maternas, ut piè, quid agatur, attendant.*

SAcerdos itaque baptizaturus ad tantum muneris functionem, non leviter & remissè, sed sanctè graviterque accedat, ac Paternos comprimis moneat & Maternas, dum ad templum comitantur, ut jociis omnibus, fabulis, nugisque semotis piè ac religiosè, quid agatur, attendant, Deoque gratias agant, qui filium iræ & hæredem gehennæ benignè ad Sacramentum regenerationis admittit, ut Filius Dei & regni cœlestis hæres efficiatur.

§. II. *Parochus nomina baptizati, parentum ejus, & susceptorum in libro baptismali cum anno, mense & die annotet.*

Quilibet Parochus seu Vice-Parochus peculiarem librum habeat, in quo singulorum baptizatorum, nec non parentum, Patrinorum ac Matrinatum nomina & cognomina, diemque mensem & annum Baptismi diligenter describat, annotato simul anno, mense & die natiuitatis ipsius infantis. Sic enim & ætas pueri, & ejus conditio, & inter quos spiritalis cognatio contracta sit, facilè dignoscetur.

Concil. Trid. sess. 24. de reform. matrim. cap. 2.

§. III. *Liber baptismalis Archidiacono vel Decano Rurali quovis anno in visitatione exhibeatur.*

Eundem librum quotannis in visitatione Archidiacono vel Decano suo Rurali Pastor exhibeat, qui, extra publica belli aliaque pericula, non nisi in Sacristia loco tuto & clauso, aut fonti baptismali vicino, ubi verò completus fuerit, diligenter in Archivo Ecclesiæ custodiat.

C A P U T VI.

§. I. *A Baptismo omne profanum abfit.*

Cum in Baptismo unusquisque operibus satanæ, ejusque pompis renuntiet, Parochus subinde populum doceat, quàm simplici & Christiano habitu infans ad Baptismum sit deferendus, ut nihil ad-

Concil. Provinc. Colon. part. 7. cap. 6. pag. 377.

adhibeatur quod mundi hujus pompam præse ferat; cum minimè deceat in ipso vitæ Christianæ limine eis studere rebus, quibus tunc solemnî sponfione renuntia-
tur.

§. II. *Extra Parochiam sine licentiâ nemo baptizetur.*

NULLUS, nisi præviâ licentiâ Pastoris, prolem suam extra Parochiam baptizari procuret, ubi verò de ejus licentiâ baptizata fuerit, illius testimonium Pastori adferat, qui id libro Baptismali inferat. Pastores autem rarò nec nisi gravi de causa talem licentiâ largiantur.

§. III. *Parochus dispiciat, an infans suæ Parochiæ sit.*

IDEO Parochus, infante ad se delato; dispiciat an suæ Parochiæ sit: quem si alienæ deprehenderit esse, non nisi urgente necessitate baptizet, sed ad proprium Parochum remittat. Quod maximè in prolibus thoro illegitimè natis observandum.

§. IV. *Parochi infantes illegitimos, vel parentibus pauperibus natos, vel sponsore desinitos baptizare non recuset.*

AD hæc sub pœna suspensionis ab officio & beneficio Pastoralî, aliæque graviori arbitraria, omnibus ac singulis Parochis & Vice-Parochis præcipimus ne ob id solum, quod infans baptizandus sit illegitimus, vel ex parentibus pauperibus, vel exteris natus, nullusque pro ejus sustentatione sese Sponsor offerat, ipsum baptizare recuset, aut differant, et si Magistratus loci, vel alii quicumque ob prædictas vel alias similes causas infantem baptizari prohibeant.

§. V. *Matre peste correptâ natus per infusionem aquæ sine solitis ceremoniis baptizetur, periculo cessante, ceremoniæ adhibeantur.*

QUANDO infans peste laborans, aut eo nomine suspectus, utpote ex matre pestifero infecta morbo natus erit baptizandus, poterit quamprimùm à Pastore seu Vice-Pastore aliove Sacerdote, si haberi valeat, domi privatæ per infusionem aquæ baptizari, qui deinde si ab omni suspitione luis liber erit, in Ecclesia sua Parochiali Parochò seu Vi-

ce-Parochò suo sistatur, ut ex instituto Ecclesiæ Catholicæ cæremonias adhibeat.

CAPUT VII.

§. I. *Si quis prudenti judicio sub conditione baptizandus sit, ea exprimat.*

CUM Baptismum nullo modo liceat iterare, si quis sub conditione baptizandus erit, ea sic exprimat: *N. si non es baptizatus ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti* nec antequam dicere inceperit: *Ego te baptizo*, aquam baptizando infundat. Hoc tamen non passim fiat, nec leviter; sed prudenter; & ubi re diligenter investigatâ, Baptismum non fuisse collatum, probabilis subnascitur dubitatio.

§. II. *Sal expositiis infantibus appositus incertum Baptismi signum.*

QUia sal apud pueros expositos reperi- tus non est sufficiens & certum Baptismi collati indicium: ideo semper absque discrimine pueri expositi sub conditione baptizentur, nisi testimoniiis certioribus eisdem baptizatos esse comprobentur.

CAPUT VIII.

§. I. *Nunquam nisi unus vel una, & ad summum unus & una ad suscipiendum è Baptismo infantem admittantur.*

NUMERUS Patrinatorum à generali Tridentina Synodo ad multifariæ cognationis spiritualis impedimenta evitanda præscriptus sequetur à Parochis, qui proinde nunquam plures, quàm unum vel unam, vel ad summum unum & unam ad infantem de Baptismo levandum admittant; hisque infantem tangendum vel suscipiendum simul offerant, quos saltem puberes, ac sacro Chrismate confirmatos esse convenit.

Concil. Trid. sess. 24. de re- form. mat. im. cap. 2. C. in Catechismo 100. C. non plures 101. C. in Baptismate 102. de consecr. dist. 4.

§. II. *Ad tangendum infantem instar Patrinatorum se ingerere volentes arceantur.*

ALIOS verò quantumvis Nobiles qui majoris solemnitatis & splendoris gratiâ ad tangendum infantem patrinatorum instar se ingerere velint, à fonte arceant Pastores, priusquam baptizetur infans: nec

illos præter designatos & in libro baptif-
mali describendos verè Patrinos esse, aut
ullam cognationem spiritualem contrahe-
re, disertè declarent: sicut nec Patrinus, ne-
que etiam Baptizatus contrahit cum susci-
pientis conjuge, cum tantùm inter Bapti-
zantem, Baptizatum, Baptizatique Pa-
trem & Matrem: item inter suscipientes
& Baptizatum ejusque Patrem & Ma-
trem cognatio spiritualis intercedat.

§. III. *Obligationis suæ Patrini moneantur.*

Patrinis quoque & Matrinis in me-
moriâ revocent Pastores, quod se-
se apud Deum sponsores obtulerint pro
Baptizatis, quos proinde veluti filios spi-
rituales dum adolefcunt, per se vel ido-
neos Magistros diligenter instruere, fidei
Catholicæ rudimenta docere, à vitiis ab-
strahere, & ad virtutes vitæque honestatem
sectandam frequentius hortari tenentur.

C. Vos antè
omnia 105.
de consecr.
dist. 4. concil.
Provinc.
Colon. sub
Hermannò
V. part. 7.
cap. 4. pag.
576.

§. IV. *Infideles, viciis infames, amentes, &
minores duodecim annis ad levandos è
Baptismo infantes non admittantur.*

Ideirò Parochi non modò infideles,
Judæos aliosque non Baptizatos, sed &
hæreticos, vel de hæresi suspectos, ebri-
os, publicè excommunicatos, infames,
annis duodecim minores, Orationem Do-
minicam, Salutationem Angelicam, &
Fidei Symbolum ignorantes, pro Bapti-
zato respondere non valentes, aut per
mentis inopiam ejus quam faciunt spon-
sionis notitiam non habentes, ab infan-
tium de fonte levatione, arcendos esse
meminerint.

C. in Ba-
ptifmale 102.
tit. cit.

Concil.
Provinc.
Colon. d. loc.

§. V. *Parentes proprias proles è Baptismo non
levant, neque Regulares quempiam de
Baptismo suscipiant.*

Pater aut Mater propriam prolem è
Baptismo non levet, tametsi mortis
periculum eidem immineat, quo casu Pa-
trinos seu Matrinâs adhibere non est ne-
cessè; Monachis, Sanctimonialibus & cu-
jusvis Ordinis vel instituti Regularibus,
etiam Abbatibus, de fonte levare infan-
tem in jure prohibitum est.

C. non licet
102. C. Mo-
nachis 104. de
consecr. dist. 4.
Concil.
Provinc. Co-
lon. sub Adol-
pho 3. cap.
quamvis
pag. 459.

§. VI. *Mandans non mandatarius Cognat-
ionem contrahit.*

Dum quis infantem per procurato-
rem è fonte levat non procurator sed

Sacra Con-
gregatio Car-

ipse constituens cognationem contrahit,
eoque casu tam mandans, quàm manda-
tarius libro Baptizatorum inscribatur.

dinalium in-
terpretum
Concilii Trid.
sess. 24. de re-
form. cap. 2.
§. Baptiza-
tum Farnac-
tum part. 4. pag.
69 col. 2.
§. Baptiza-
tum.

§. VII. *Cognationem contrahit in necessitate
sine ceremoniis Baptizatum suscipiens.*

ET quia quando Baptismus domi in
necessitate confertur, non verò cum
cæremoniæ, quæ tunc defecerunt, in Ec-
clesia adhibentur, cognatio contrahitur;
ideirò Parochi nomen Patrinorum in
Baptizatione adhibitorum libro Baptif-
mali tantùm inscribant.

Sacra Con-
gregatio loco
cit. §. qui in
Ecclesia.

C A P U T IX.

§. I. *Baptismus sine necessitate extra Eccle-
siam, quæ Baptifserium habet, non
conferatur.*

Tametsi urgente necessitate, quovis
tempore, etiam interditi, & cessa-
tionis à divinis, & quovis loco Baptif-
mus conferri possit, nihilominus cum pro-
prius Baptismi administrandi locus sit
Ecclesia, in quo vel prope quam Baptif-
malis fons esse solet: ideo sub pœna su-
spensionis ab officio Pastoralis, & aliâs, ar-
bitraria prohibemus, ne quis Pastorum
aliorumque Sacerdotum, quantumvis ex-
emptorum, Baptismi Sacramentum sine
cæremoniis Ecclesiæ adhiberi solitis, vel
in privatis ædibus, aut alio in loco, quàm
in Ecclesia fontem Baptifmalem conse-
cratum habente, extra gravem necessita-
tem, conferre audeat, idque non nisi ma-
tutino tempore.

C. Si qui ne-
cessitate 16.
de consecr.
dist. 4. Concil.
Provinc. Co-
lon. sub Her-
mannò V.
part. 7. cap. 7.
pag. 377. Sy-
nodus diocœ-
sara Colon.
2. Octob. an-
no 1507. sub
Ernssto cele-
brata tit. 2.
num. 3.

Concil. Pro-
vinc. Colon.
sub Adolpho
3. §. an
etiam Bapti-
zent pag. 495.
col. 2.

C A P U T X.

§. I. *Quid obstetrices præstare debeant, ante-
quam ad Obstetricandum admittantur.*

Magistratus hortamur in Domino &
requirimus, ne quam parturienti-
bus ad obstetricandum concedant nisi
priùs à Pastore loci, ubi obstetrix moratur,
testimonium sinceræ & Catholicæ Fidei
habeat, professionemque Fidei coràm eo-
dem Pastore seu Decano Rurali faciat;
nec non Materiam Formamque Baptismi
testimonio ejusdem Pastoris probè cal-
leat, & præter consuetum juramentum in
libro Pastoralis Colonienfis præscriptum,
juret quod infantes à se excipiendos
quantocyùs, vel saltem infra tres, aut
summum octo dies Baptizari curabit, &
ob-

obfiftentes parentes, vel amicos, mox Paftori loci denunciabit.

§. II. *Obfetrices extra cafum neceffitatis non baptizent.*

Obfetrices pariter omnes ferio monitas volumus, ne infantem extra cafum neceffitatis baptizare audeant, baptizatum verò ad Ecclefiam, ut præfcriptæ ab Ecclefia Cæremoniæ adhiberi queant, primâ opportunitate deferant.

§. III. *Nutrices proles non baptizatas lactandas non fufcipiant.*

Inhibemus fimiliter, nè Nutrices, proles, quas legitimo Paftoris testimonio ritè baptizatas effe non conftat, impofterum lactandas fufcipiant.

C A P U T X I.

§. I. *Paftores hortentur populum ut à convivijs baptifmalibus abftineat.*

Concil. Provinc. Colon. fub Hermano V. part. 7. cap. II. pag. 376. Et Adolpho 3. §. de neftanda pag. 449. fub fin.

Ad prayam confuetudinem, quâ post infantium Baptifmum convivia non fine incommodis celebrari confueverunt, abolendam; mandamus Paftoribus, vice-Paftoribus & Concionatoribus, ut populum, quatenus hujufmodi conuiuijs abfti-

neat, fubinde moneant & exhortentur; quod ut facilius fuaviufque impetrent, imprimis ipfi, quantumvis invitati, à dictis convivijs fe fe honeftè fubducant, modesteque excufent fcientes quod tunc rectâ viâ gradientur oves, quando bono exemplo præcedunt Paftores.

§. II. *Pia confuetudo recolendi quotannis diem natalem Baptifmatis in ufum revocetur.*

Impenfius proinde defideramus, ut Religiofum illud institutum, quo olim dies Baptifmi folemni abrenunciationis fponfione inſignis, quotannis à fidelibus celebrabatur, cum ad pietatis Chriftianæ cultum piamque morum difciplinam non parum adjuventi adferre foleat, in ufum revocetur: Itaque Parochi, Vice-Parochi & Concionatores auditores fuos hortentur, ut unusquifque diem illum, quo baptizatus eft, non convivorum apparatu, non luxu, non operibus tenebrarum, cum dies lucis fit, fed ardentiore prece, facrà exhomologefi & Communione, atque Eleëmofynâ, fi per facultates liceat, omnique charitatis opere, atque officio, & pietatis exercitatione, ſpiritualifque gaudii celebritate quotannis recolat, memor fe æternæ damnationis deleto chirographo regni cæleftis defignatum effe hæredem.

T I T U L U S I I I.

De Purificatione Puerperarum.

C A P U T I.

§. I. *Puerperas aliquot diebus à partu Ecclefiam non frequentare convenit.*

C. Vnic. de Purificat. poft part.

Quanquam in nova lege puerperæ Chriftianæ ftatim à partu gratias acturæ templum ſine peccato ingredi poſſint, ut **I**nnocentius III. Pontifex reſpondit: more tamen ab antiquis temporibus introducto, tum ob valetudinis curam, tum ob venerationem Sacrorum, & ad imitationem puriffimæ Virginis **M**ariæ, ab ingreſſu Ecclefie diebus aliquot abſtinent.

§. II. *Puerperæ in publicum proditura primùm ad Ecclefiam ſuam Parochialem ſe conferant.*

Sacris Canonibus inhærentes, veterem Sac Religioſum Catholicæ Ecclefie morem, plerisque in locis, propè collapſum in ufum revocamus, quo puerperæ, confirmatâ à partu valetudine, in publicum proditura, antequam aliò digrediantur, primùm ad Ecclefiam ſuam Parochialem ſe conferant, ut Domino Deo pro felicitis puerperii beneficio grates referant, eiufque benedictionem conſequantur.

- §. III. *Puerperæ ante 25. à partu diem ad purificationem non admittantur, loco defunctæ alia mulier non substituatur.*

Volumus ergo ut nulla omninò puerpera ante vigesimum-quintum à partu diem, à proprio Parocho seu vice-Parocho ad purificationem, neque alibi quam in Ecclesia admittatur, ibidemque Sacrificio Missæ interfir, & nunquam alia mulier purificanda in locum defunctæ puerperæ substituatur.

- §. IV. *Fœminæ ex illicito concubitu parientes ad purificationem non admittantur.*

Mulieres porrò, quæ ex illicito concubitu pepererunt, in pœnam peccati, ad servandam Ecclesiæ disciplinam, à sacro hoc ritu meritò arcentur: quamobrem nulli Pastori Vice-Pastori, aliive Presbytero sub pœna suspensionis eo ipso incurrendæ, mulieres similes ad purificationemmittere liceat.

C A P U T II.

- §. I. *Puerperæ ad purificationem sine pompa procedant.*

Cum in quibusdam Dicecesis Nostræ locis Puerperæ à partu in publicum prodeuntes, numerofo mulierum comitatu stipatæ, ad Ecclesiam, non sine magnis

impensis se conferant, sub viginti quinque florenorum aureorum pœna vetamus, ne ulla prorsus puerpera cum pluribus, quam duabus aut summum tribus fœminis ad purificationem & benedictionem in Ecclesia accipiendam procedat.

- §. II. *Diebus Dominicis vel Fests purificationis non instituatur; Ecclesiastici conviviis, purificatis mulieribus, instructis non intersint.*

Cæterum, quia plerasque datâ operâ diem Dominicum vel Festum, ut licentiùs genio indulgeant, suæ purificationi eligere inaudimus; ordinamus, ne præfatis diebus sacris mulierum purificationis instituatur. Gravissimèque interdici-mus, ne ullus Parochorum, aliorumve Sacerdotum, vel Clericorum convivia purificationis mulieribus instructa frequentet.

- §. III. *Orationes purificandis destinatæ cadaveri puerperæ, vel eidem infirmæ in privatis ædibus non adhibeantur.*

Damnamus ineptias nonnullorum, qui ad cadaver mulieris in partu mortuæ, antequam tumuletur, legunt orationes, quæ puerperis in Ecclesia purificandis adhibentur. Inhibemus pariter ne quando mulieri post partum ex infirmitate periclitanti in privatis ædibus Sacramenta ministrantur, Orationes, introducendis in Ecclesiam puerperis prælegi solitæ, recitentur.

T I T U L U S IV.

De Sacramento Confirmationis.

C A P U T I.

- §. I. *In Confirmationis Sacramento robur & plenitudo Spiritus Sancti baptizato confertur.*

Sacramento Baptismatis succedit aliud, quod à SS. Patribus nunc *Confirmatio*, nunc *manus impositio*, nunc *Sacramentum Chrismatis* aut *Vnctio* nominatur: cuius quidem Sacramenti virtute homini baptizato plenitudo Spiritus Sancti, & auxilium ac robur singulare confertur, quale datum

est Apostolis die Pentecostes, ut Christi nomen & fidem coram Principibus mundi & orbe toto intrepidè valeant profiteri.

- §. II. *Ordinarius Sacramenti Confirmationis minister est Solus Episcopus jurisdictione præditus.*

Ordinarius hujus Sacramenti minister est solus Episcopus: ad legitimam autem eius administrationem jurisdictionis requiritur; hinc Episcopus solos

Spiri-

*Eugenii IV.
Papa constit.
19. §. 11. c.
Presbyteris
119. de con-
fer. dist. 4. c.
de his vero 2.
c. manus quo-*

que 4. de conſecr. diſt. 5. Concil. Trid. ſeſſ. 7. de Conſecr. can. 3.

Spirituali ſuæ poteſtati ſubjectos confir-
m re debet, niſi expreſſa vel ſaltem prob-
abiliter præſumpta alterius Epifcopi
proprii licentia accedat.

C A P U T II.

§. I. Sacramentum hoc ſine gravi Sacrilegio
iterari non poteſt.

Concil. Trid. ſeſſ. 7. de Sa-
crament. in
genere can. 9.
c. dictum 8.
& c. de ho-
mine 9. de
Conſecr. diſt. 5.

Sacramentum hoc cum non tantum
Baptizatum in gratia per Baptiſmum
collata, ad Chriſti nomen fortiter confi-
tendum, & contra omnes dæmonis, muni-
di, carniſque impetus animoſe pugnan-
dum corroboret; ſed etiam indelebilem
animæ characterem imprimat, nunquam
ſine gravi Sacrilegio iterari poteſt.

§. II. Confirmatis circumſtantiæ Confirma-
tionis in memoriam revocentur.

Statuta Sifri-
di Archiep.
Colon. cap. 5.
in fine pag. 38.

Quia tamen frequenter evenit, ut
parentibus vitæ defunctis pueri
Confirmationis ſuſceptæ nequaquam
memores, iterum ſe offerant Confirma-
tionis; ideo mandamus Parentibus ac Pa-
trinis, ut præſertim ante rationis uſum
Confirmatis quando, à quo & ubi fuerint
Confirmati, & à quo patrino Epifcopo
oblatis sæpè in memoriam revocent, ut
hac gratiæ plenitudine, quam vi Sacra-
menti acceperunt, ad Dei gloriam & ſa-
lutem ſuam rectè utantur, & de virtute in
virtutem quotidie progrediantur.

§. III. Paſtores moneant ſæpius parentes;
ut ſuos liberos, qui annos diſcretionis atti-
gerunt, ad ſuſcipiendum hoc Sa-
cramentum adducant.

Statuta Sifri-
di Archiep. D.
loco Concil.
Provinc. Co-
lon. ſub Her-
man. V. part.
7. cap. 9. pag.
378.

Cum hujus Sacramenti ſuſceptio uti-
liſſima ſit, præcipimus omnibus ac
ſingulis Civitatis & Diœceſis noſtræ Pa-
ſtoribus, Vice-Paſtoribus, Concionatori-
bus & Catechiſtis, ut parentes crebrò ad-
hortentur, quatenus ſuos liberos nondum
confirmatos ad ſuſcipiendum hoc Sacra-
mentum adducant, dummodo annos, quos
vocant diſcretionis, attigerint: tum ut
ipſum Sacramentum præmiſſis Fidei, rectæ
intentionis & aliarum virtutum actibus,
maiori cum reverentia fructuque ſuſci-
pant: tum etiam ut poſteà melius Sacra-
menti ſuſcepti poſſint meminiffe, evitetur-
que illius repetendi periculum, niſi fortè
Epifcopus Confirmans aliter judicaverit.

§. IV. Circa quatuor tempora, & Penteco-
ſten Colonia, extra eam cum Epifcopum
adventurum noverint, confirman-
di debite inſtruantur.

Eapropter Paſtores, vice-Paſtores, Catechiſm.
Roman. part.
2. de Sacram.
Confirmat.
cap. 3. n. 1. Concionatores & Catechiſtæ Domi-
nicis & feſtis diebus jejunia quatuor tem-
porum proximè antecedentibus, quibus
populus Colonia, ad ſuſcipiendum
Confirmationis Sacramentum, acurrere
ſolet, præſertim verò in Feſtis Penteco-
ſtes, ac quancumque nos vel Vica-
rium noſtrum in Pontificalibus adventu-
rum, & hoc Sacramentum adminiſtratu-
rum eſſe compererint, auditores ſuos plene
inſtruant de omnibus, ad illud dignè ſuſci-
piendum pertinentibus.

§. V. Uſum Sacramenti Confirmationis
à primordio Eccleſiæ fuiſſe Paſtores
doceant.

ET quia noſtri temporis hæretici ſpi- Catechiſm.
Roman. loc.
cit. ritu humilitatis deſtituti ridere ſo-
lent, quod non intelligunt, hocque Sacra-
mentum ludibriis & cachinnis excipiunt;
doceant in concionibus Parochi, vice-
Parochi & Concionatores, tam ex ſacris
literis, quàm SS. Patrum ſcriptis & Con-
cilioꝝ definitionibus, Confirmationem
inter Sacramenta novæ legis ſemper nu-
meratam fuiſſe, uſumque ejuſdem ab Ec-
cleſiæ naſcentis viguiſſe exordio.

§. VI. Quinam à Sacramento Confirma-
tionis, vel ad tenendum in ipſo Sacra-
mento arcendi ſint.

Inter adultos verò nullus hæreticus, ex-
communicatus, interdictus, vel gravio-
ribus facinoribus contaminatus, aut pri-
morum Chriſtianæ Fidei rudimentorum,
videlicet Orationis Dominicæ, Salutatio-
nis Angelicæ, ac Symboli Apoſtolorum
ignarus, ad percipiendum hoc Sacramen-
tum, vel ad tenendum confirmandum ſe
ingerat; niſi fortè doctrinæ ſit incapax,
veluti perpetuo amens, ſurdus, mutus, &c.
quo caſu tantum ad Confirmationis Sa-
cramentum ſuſcipiendum, nullo verò
pacto ad quempiam in ipſo Sacramento
tenendum admittitur.

§. VII.

§. VII. *Confirmandi sint in statu gratia.*

C. ut jeiuni 6. de consecr. dist. 5. Concil. Provinc. Colon. part. 7. cap. 9. pag. 377. & 378. Statuta Adolphi 3. Archiep. Colon. pag. 475. colum. 1.

Cum Sacramentum Confirmationis ex propria sua institutione, gratiæ augmentum conferat, necessarium censetur, ut illud recepturus, jam ante in Dei gratia sit constitutus; ideirò volumus, ut omnes confirmandi, qui octo vel summum decem annis majores sunt, dolique capaces, ne gratiæ Spiritus Sancti ponant obicem, si conscientia sibi fuerint peccati mortalis, Confessionis Sacramentum præmittant, quo à peccatorum fordibus expurgati, velut vasa munda amplissimis Spiritus Sancti donis copiosius impleantur, & tam animæ, quàm corpora eorum, viva Spiritus Sancti templa efficiantur.

§. VIII. *Vel saltem actum contritionis præmittant. Pastores confirmandos deducant.*

Si tamen confirmandi temporis angustia prelli, vel aliàs legitimè impediti Confessionem Sacramentalem præmittere nequeant, de admittis saltem peccatis præviè conterantur. Pastores igitur & Vice-Pastores, eorumve Vicarij, vel Sacellani, catechisticis item lectionibus Præfecti adultis confirmandis, certum confitendi tempus præstituent, eosdemque ad designatam pro Confirmatione accipienda deducant Ecclesiam, vel de eorum facta Confessione atque convenienti dispositione testabuntur.

§. IX. *Confirmandi mundi & fronte liberâ accedant.*

Præterea Sacramenti hujus reverentia postulat, ut omnes confirmandi facie totâ, & à sudore fordibusque expurgatâ, fronte liberâ, nec panno obvolutâ se listant, ut sacro perungi Chrismate decentius & commodius possint.

CAPUT III.

§. I. *In Confirmatione non sit Patrinus, qui fuit in Baptismo, nec plures uno vel unâ adhibeantur.*

C. in Catechismo 100. C. non plures 101. de consecr. dist. 4.

In Confirmatione non sit idem qui fuit in Baptismo Patrinus, nisi necessitas aliud postulet, ut eâ ratione confirmati amplior cura habeatur, si ejus instructio ad plures pertineat; non tamen

plures quàm unus sive vir sive mulier, neque parentes ullum ex suis liberis in Confirmatione teneant, neque conjugum alter alterum.

§. II. *Regulares persone pro Patrinis non assumantur.*

Monachi quoque vel Sanctimonialia aliive cujuscvis Ordinis Regulares in Patrinos vel Matrinis non adhibeantur: obligationi enim confirmatum instruendi satisfacere nequeunt.

C. non licet 103. C. Monachi 104. de consecr. dist. 4. C. pervenit 20. 18. quæst. 2.

§. III. *Patrinus ejusdem sit sexus cujus est confirmandus, neque ipso minor ætate.*

Patrinum ejusdem sexus, cujus est confirmandus esse convenit, neque minorem ætate; indecorum enim est, si minor majorem monendo, vel corripiendo patris vices obeat.

§. IV. *Patrinus sit Catholicus, pubes, confirmatus & bonæ vitæ.*

Volumus autem non quemlibet absque discrimine ad id muneris admitti; sed tantum Catholicos, ætate puberes, Sacramento Confirmationis insignitos, ab omni excommunicatione liberos, vitâ moribusque integros, & qui Christianæ Fidei rudimenta noverint, eoque anno ad Sacramentum Confessionis & Communionis accesserint; & generatim qui in Baptismo Patrinus esse prohibetur, in Confirmatione quoque non est admittendus. Veratur etiam abusus, quo patrinus rogatur obivus quilibet ignotus ac peregrinus; cum confirmatus à similibus nullum spirituale emolumentum habere possit, cujus solius gratia assumitur.

C. In Baptismo 102. de consecr. dist. 4.

§. V. *Neque Patrinus, neque confirmandus armatus accedat, nomina minus convenientia in Confirmatione mutantur.*

Patrinus ad hoc Sacramentum armis vel gladijs accincti non accedant, neque armis instructi adducantur. Curent etiam parentes, aut patrinus, ut si quis ridiculum vel gentile, neque conveniens homini Christiano nomen in Baptismo acceperit, illud in nomen homini Christiano conveniens commutari.

§. VI.

§. VI. *Observanda à Patrinis in Confirmatione, & post Confirmationem.*

SI quandoque iudicio Episcopi infantes confirmandi fuerint portentur brachio dextro, & teneantur, atque à genuflexis Episcopo offerantur; adulti manibus ante pectus devotè complicatis genuflectant, Patrini verò sive Matrinæ, à tergo manu dextrâ dextro humero confirmandi impositâ, donec Episcopus frontem confirmandi in modum Crucis unxerit, leviterque maxillam ejus percusserit, assistant: Patrini pariter de nomine confirmandorum rogati, clarâ & distincta voce illud exprimant: susceptoque Sacramento cum confirmatis recedentes, aliis succedentibus locum relinquunt.

§. VII. *Patrini fasciam lineam conferant, quæ per confirmatos in tertium usque diem gestetur.*

Patrini fasciam adferant lineam novam ac mundam, duobus aut tribus digitis latam, & justæ longitudinis, ut confirmatorum frontes & capita ob reverentiam sacri Chrisimatis, statim eâ decenter possint obligare, interposito inter fasciam & consignatum frontis locum linteolo duplicato, aut modico gossipii; caveatur, ne Patrini, Confirmativè manu contingant sacram Unctionem: fascia circumligata non statim deponatur, sed juxta veterem & receptam consuetudinem in tertium usque diem, vel minimùm quousque Chrisimatis unctio fuerit deficcata gestetur.

§. VIII. *Patrini munera Confirmatis dare non obligantur.*

Sciant Patrini vel Matrinæ, ac etiam illi qui fasciam Confirmatorum deponunt, quod neque Confirmatis, neque eorum Parentibus quidquam omninò largiri teneantur, ne, quod aliquando factum esse constat, cuiquam hoc Sacramentum, iterandi præbeat occasio.

§. IX. *Patrini ante benedictionem Episcopalem non abeant.*

Patrini & Matrinæ confirmatos apud se modestè retineant, & precibus intenti ultimam benedictionem ab Episcopo præstolentur.

§. X. *Ritus in solvenda confirmati fascia à Sacerdote servandus.*

ET si præstet per Pastorem, ejus Sacellanum, aut alium Sacerdotem quàm per Patrinum fasciam deponi: si tamen deponat modum hunc servet: primo aqua munda in pelvim infundatur, deinde fasciam, adhibitoque modico sale, frontem confirmati defricet, eluat & abstergat; finitâ elutione, fascia unâ-cum panniculo seu gossipio, quo unctio cooperta fuit, comburatur, conjicianturque cineres, nec non aqua lotionis in piscinam sacram, vel cœmeterium, ossuarium, profluentem, vel in ignem; aut Parochus ipsam fasciam in sacrario, aut alio loco honesto comburendam in usum cinerum sacrorum in die Cinerum in Quadragesima conservet. Cavendum autem est, ne in sterquilinum, vel in cœnum aut alium immundum locum hæc aqua, ob sacri Chrisimatis reverentiam effundatur; quamvis si vitæ diligenter lata, in sacrario, vel alio decenti loco conservata, ad similem sacrum ritum adhiberi possit; ad profanos tamen usus applicari non debet, cum per sacri Chrisimatis contactum quadammodo sit consecrata. Cæterum absque urgente causa non permittendum, ut mox post collatum Sacramentum frons confirmati abluatur seu abstergetur.

C A P U T I V.

§. I. *Semel confirmatus iterum confirmari non debet, de Confirmatione dubitans Nos vel Suffraganeum nostrum consulat.*

Cum semel confirmatus iterum confirmari non debeat, si quem præmatuè parentibus orbatum, vel alium quemcunque post diligentem inquisitionem dubitare contingat, num aliquando hoc Sacramentum acceperit, is Nos seu Nostrum Suffraganeum consulat, ut sub conditione, si ita vilum fuerit, confirmari valeat.

§. II. *Confirmatorum, Parentum & Patrinorum nomina inscribenda.*

Quod ne deinceps facile contingat, usque de cognatione spirituali constare possit, Parochi & Vice-Parochi singulorû, Confirmatorum, eorumque Parentum, ac

I Pa-

Patrinorum seu Matrinarum nomina in peculiari libro distinctè describant.

§. III. *Moneantur Patrini quænam sit eorum obligatio.*

Parochi, Vice-Parochi & Concionatores Patrinis & Matrinis inculcent,

ut suos filios & filias spirituales virtutis & christiænæ perfectionis viam ingredi hortentur, ipsosque orationem Dominicam, salutationem Angelicam, & Symbolum Apostolorum, nec non reliqua fidei rudimenta doceant, vel curent saltem ut, Catechisimum hebdomadatim semel aduendo, ea perdifcant.

TITULUS V.

De Sacramento Pœnitentiæ.

CAPUT I.

§. I. *Sacramenti Pœnitentiæ institutio.*

Concil. Trid. sess. 14. de Sacram. Pœnit. cap. 1.

Joan. 20. Matth. 12.

Sacramentum Pœnitentiæ Christus Dominus tunc præcipuè instituit, cum à mortuis excitatus insufflavit in discipulos suos dicens: *accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* quo tam insigni facto, & verbis, tam perspicuis potestatem remittendi & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles post Baptismum lapsos Apostolis & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, universorum Patrum consensus semper intellexit.

§. II. *Nullus confitens nisi peccata ore tenus expresso absolvatur.*

UT autem virtute hujus potestatis à Christo Communicatæ absolutio Sacramentalis impertiatur, ordinariè loquendo confitens peccatis speciatim expressis, materiam clavibus subijcere debet; neque peccata per nuncium seu literas Confessario absenti Sacramentaliter confiteri, ab eoque absente absolutionem impetrare licet: quod CLEMENS VIII. Pontifex verbis subjectis declaravit: *Sanctissimus P. N. D. CLEMENS Papa VIII. &c. auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illustrissimis & Reverendissimis Dominis Cardinalibus contra hereticam pravitatem generalibus inquisitoribus maturè ac diligenter considerata, hanc propositionem, scilicet, licere per literas seu internuntium, Confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus nisi falsam, temerariam & scandalosam damnavit ac prohibuit. Præcepitque ne deinceps*

Clementis VIII. Pape constit. 87. §. 1. & sequent.

ista propositio publicis, privatisque lectionibus, concionibus & congressibus doceatur; neve unquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxin quovis modo deducatur, quod si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea disputativè tractaverit (nisi forsitan impugnando) vel ad praxin directè vel indirectè deduxerit, præter excommunicationem lata sententia, quam ipso facto incurrat, & à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacunque etiam dignitate fulgente, etiam S. R. E. Majori Pœnitentiario, nisi à pro tempore existenti Romano Pontifice absolvi, aliis etiam pœnis arbitrio infligendis subiaceat. In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ & universalis inquisitionis habita in palatio Apostolico in Monte Quirinali die 20. mensis Julii 1602.

§. II. *Forma absolutionis præscribitur.*

Insuper volumus & mandamus ut omnes omninò hac à Sede Apostolica præscriptâ absolvendi Pœnitentes formâ utantur: *Dominus JESUS CHRISTUS te absolvat: & ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis & interdicti, in quantum possum, & tu indiges: deinde ego te absolvo à peccatis tuis, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen.* Quod si pœnitens laicus fuerit, verbum suspensionis omittatur: neque huic formæ quicquam aliquid vel pietatis vel reverentiæ causâ addat, neque in ea mutet: antequam quoque detur absolutio imponatur satisfactio.

Rituale Rom. de Sacram. Pœnit.

C A-

CAPUT II.

§. I. Sacramentum Pœnitentiæ in mortale lapsis est necessarium.

C. Secundo 72.
de Pœnit. dist.
1. Concil.
Trid. sess. 14.
de Sacrament.
Pœnit. can. 7.

Sacramentum istud non minùs lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, quàm nondum renatis ipse Baptismus, rectè à SS. Patribus & Oecumenicâ Tridentinâ Synodo *secunda post naufragium tabula* nominatur; quia sicut naufragis unicum vitæ servandæ pœfugium superest tabula, quâ enatent, sic innocentia Baptismi perditâ, quasi fractâ per peccatum mortale primæ gratiæ navi, nisi quis ad hanc Pœnitentiæ tabulam confugerit, certum æternæ damnationis periculum subit. *Nisi Pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis: facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.*

Luc. 13. v. 3.
Matth. 3.
v. 8.
Luc. 3. v. 8.

§. II. Confessio diu non est differenda.

Hinc diligenter docendus est populus, ut mortali peccato commisso, statim de eo cõteratur; deinde Sacerdoti à Nobis Nostroy in spiritualibus Vicario ad Sacramentales Confessiones excipiendas approbato illud legitimè confiteatur, & salutarem pœnitentiam sibi injunctam impleat: nec confessionem ad festum usque Paschæ differat.

§. III. Merito Passionis Christi Sacerdos peccata remittit.

Concil. Trid.
sess. 14. de
Sacrament.
Pœnit. cap. 1.
vers. 5.

Doceant Parochi, & Vice-Parochi suos parochianos institutionem, partes & effectum hujus Sacramenti, quodque summâ animi demissione & dolore, magnâque spe misericordiæ divinæ ad latebras conscientiæ detegendas unumquemque oporteat accedere; declarentque remissionem peccatorum in confessione per Sacerdotis absolutionem factam, meritò Sanguinis CHRISTI perfici: siquidem post resurrectionem suam, hoc inter prima munera Passionis suæ contulit Apostolis, ut quorum remitterent peccata, iis eadem apud Deum remissa essent.

Matth. 18.
v. 18.
Joan. 20.
v. 23.

§. IV. Numerus & circumstantiæ peccatorum exprimi debent.

Moneant etiam Parochi, Vice-Parochi, Concionatores, Catechistæ parochianos suos, speciem & numerum

peccatorum mortalium, quantum fieri potest; & circumstantias eorundem, quæ speciem mutant, aut vehementer aggravant, in Confessione explicandas esse.

§. V. Sæpius in anno repetatur Confessio.

Pastores, Vice-Pastores, Concionatores & Catechistæ sæpius hortentur pueros & minores, ut in festis solemnioribus; adultiores autem saltem quinque summis anni festivitibus, Sacramento confessionis conscientiæ suæ maculas eluant; sic fiet, ut illi à teneris instructi methodum ritè confitendi facilius addiscant firmiterque retineant, & facti provectiores, minore cum difficultate sese in illa exerceant: hi verò divinæ gratiæ, ad eò ipsis in adulta ætate, ob quotidiana vitæ pericula necessariæ copiam abundantius adipiscantur.

§. VI. Medici curent, ut anima prius, quàm corpori consulatur.

Sancitum est ab INNOCENTIO III. & PIO V. ut medici ad ægrotos lectò decumbentes vocati, antequam illorum curam suscipiant, ipsos statim admoneant confessionis apud idõneum & Episcopi Diocesani auctoritate approbatum confessarium instituendæ, neque ultra tertiam diem eos visitent, nisi fortè tempus ampliandum infirmo; Confessario justis de causis videretur, vel medicis constiterit infirmum peccata sua confessum esse. Has salutare constitutiones diligenter observari volumus, medicosque in Domino monemus, ut si quos ægros de hæresi suspectos, vel à fide Catholica alienos tergiversari, aut vitæ liberioris fuisse animadverterint, Pastori seu Vice-Pastori denuncient; vel si id damno sibi fore timeant, Parochum seu Vice-Parochum saltem monendum curent, ut quamprimum periculosè infirmum in sua Parochia visitet. Idemque Religiosi ac Religiosæ, qui ægris assistunt, præstent. Pastor autem seu Vice-Pastor monitus, ægrum statim conveniat, & ad suscipiendum salutarem Pœnitentiæ Sacramentum modis omnibus inducat, & cæteris omnibus officii sui partibus debitè fungatur.

C. Cum infra
mit. 13. de
Pœnit. & re-
miss. Pis. 7.
Papa consti-
tuit. 3.

§. VII. *Puerpera & periculosè agrotantes tempestivè muniantur.*

Puerpera & alii, quibus probabile vitæ periculum imminet, non differant salutaribus Pœnitentiæ remediis se tempestivè munire, ne cum corpore pariter animæ periculum incurrant; advigilent etiam studiosè ad hoc Pastores & Vice-Pastores, cuniquè necessarium judicaverint, ultrà se offerant.

§. VIII. *Consuetudo confitendi in initio Quadragesimæ in usum revocetur.*

Trid. sess. 14. de Pœnit. c. 5. in fine.

Antiquam confitendi consuetudinem in initio Quadragesimæ, à Christi-fidelibus omnibus in usum revocari summo perè exoptamus, ut futura jejunia & alia pietatis opera in statu gratiæ perficiantur, & meritum inde augeatur. Quare Pastores, Vice Pastores, concionatores & Catechistæ Dominicâ Sexagesimæ vel Quinquagesimæ adhortentur auditores suos, ut ipsi antecineralibus, vel sub initium jejunii Quadragesimæ peccata sua confitentur; nihilo tamen minùs Confessionem ante Paschalem Communionem iterent. Injungimus quoque iisdem Pastoribus, Vice-Pastoribus & Confessariis, ut dicto tempore tam initio, quàm sub finem Quadragesimæ & circa solemnità festa, sacra Tribunalia adeant Pœnitentes audituri.

§. IX. *Dominicâ Pœnitentiæ præceptum Paschalis Communionis promulgetur.*

Ne quis ignorantiam præcepti de annua saltem Confessione & Communionem in Paschate, ab omnibus & singulis utriusque sexus Christi-fidelibus, cum ad annos discretionis pervenerint, juxta Concilii Lateranensis constitutionem implendi præterequeat, volumus quotannis tam à Secularibus, quàm Regularibus Concionatoribus & Confessariis id ipsum Dominicâ Pœnitentiæ publicari, & post Dominicam in *Albis* vigilare & annotare Pastores & Vice-Pastores, quinam ex suis parochianis intra quindenam paschalem, quæ à Dominica *Palmarum* usque ad Dominicam in *Albis* inclusivè numeratur, defuerint officio, eos moneri, & nisi præcepto satisfecerint, vivos à cœtu fidelium, mortuos ab ecclesiastica sepultura arceri.

C. Omnis utriusque sexus de Pœnit. & remiss.

§. X. *Pastores Confessionis documentum exigant.*

Ne tepidi Catholici, vel de fide suspecti facilè, prout hætenus factum fuisse cum dolore animi accepimus, dictam Ecclesiasticam legem eludant, & in sordibus suis diutiùs volutentur, volumus ut Pastores & Vice Pastores, quoties similes in Parochia sua commorari deprehenderit, exigant ab iis chirographum Confessarii sui, ut inde constet, ubi & quando fuerint isto anno Confessi. Item in pagis, qui se dicunt in Paschate alibi confessos esse, testimonio Confessarii auctoritate Nostrâ approbati id docere teneantur: quod si non fecerint, contra eos, ut non confessos procedatur.

C A P U T III.

§. I. *Requisita in ministro Sacramenti Pœnitentiæ.*

Quoniam minister Sacramenti Pœnitentiæ est solus Sacerdos, qui non hominis, sed Dei Judicium exercet, circa animas pretioso Christi Sanguine redemptas, dum Confessionibus Pœnitentium intendit: in eo comprimis præter potestatem Ordinis, quam Presbyterio, initiatus accepit, necessario requiritur jurisdictio in Pœnitentem ordinaria, vel delegata, sinè qua nulla est absolutio, sicut sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum disertis verbis GREGORIO XV. & URBANO VIII. confirmantibus declaravit.

Eugenii IV. constit. 195. 13. Concl. Trid. sess. 14. de Sacrament. Pœnit. c. 6. & 7. & can. 1 c.

§. II *Sine Presbyterii Ordine Confessiones excipientes, vel Missam celebrantes graviter puniantur.*

Ideò Nos ut impiam & sacrilegam nefariorum hominum audaciam, qui ad sacrum Presbyteratus Ordinem non promoti, mûnus audiendi Confessiones usurpare præsumunt coërceamus: CLEMENTIS VIII. & URBANI VIII. Sanctionibus in eos, qui non initiati Sacerdotio Missam celebrant, vel Sacramentalem Confessionem audiunt, publicatis insistendo, decernimus, ut si quis, seu laicus, seu Clericus secularis, aut cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam necessariò exprimendæ, Religiosus, aut cujuscunque alterius Instituti, quomodo-

cunquè

eunque etiam exempti & Apoſtolice Sedi immediatè ſubjecti, nec non Militiarum quarumcunque, etiam S. Joannis Hieroſolymitani fuerit, ſalutis ſuæ immemor, eò temeritatis proceſſerit, ut Sacerdotii caractere minimè inſignitus, Miſſam celebrare, aut Sacramentalem Confefſionem audire non vereatur, ob atrociffimum hoc ſcelus ſuum, quo non tantum Catholicam veritatem, quæ ſolos Presbyteros diſtorum Sacramentorum miniſtros eſſe docuit, factò impugnare; ſed & Sacramenti Pœnitentiæ dignitatem contemnere, atque Chriſti-fideles cum maximo animarum periculo decipere audeat, is uti Eccleſiæ miſericordiâ planè indignus condignè puniatur, & ab Ordinibus Eccleſiaſticis, ſi quos habuerit, ritè degradetur, abſque mora Curie ſeculari tradatur, Judicium ſententiis debito ſupplicio puniendus. Quin nec hujusmodi delinquenti privilegium ætatis minoris, dummodo vigefimum annum compleverit, valeat ſuffragari, quò minùs per præfatos Pontifices maximos impoſitis pœnis ſubjiciatur; ſi quis verò ſcenicè vel ludicrè Mimorum modo Pœnitentiam vel Euchariftiam exhibuerit, ſeveriſſimis pœnis arbitrio Noſtro ſubjaceat.

§. III. *Quid ad jurisdictionem accipiendam requiratur.*

Sacerdos ad dimittenda peccata fit aptus in genere per poteſtatem Ordinis, determinatè verò per poteſtatem jurisdictionis; ſine qua confefſiones Sacramentales excipere præſumens, præter pœnam arbitrariam, eamque gravem, ipſi authoritate noſtrâ infligendam, ab officio & beneficio ſuspendatur. Porrò nullus Sacerdos, etiam Regularis, poteſt confefſiones ſecularium, etiam Sacerdotum, audire nec ad id idoneus reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem obtineat.

§. IV. *Approbatuſ in una Diœceſi in alia ad confefſiones exponendus de novo debet approbari.*

Emel approbatuſ ab Episcopo unius Diœceſis, etiam ab Episcopo alterius Diœceſis, in qua ad animarum curam, vel confefſiones exponendus eſt, iterum approbari debet, nec ſine ejuſmodi nova

approbatione, ullas quarumcunque perſonarum ſecularium Sacramentales confefſiones excipere poteſt.

§. V. *Ad curam animarum ſecularium exercendam, & eorundem, vel Monialium Confefſiones excipiendas juſ approbandi ſoli Episcopo Diœceſano competit.*

Poteſtas porrò qualemcunque Sacerdotem ſecularem aut Regularem quantumvis exemptum, vel quocunque privilegio munitum ad curam animarum ſecularium exercendam, aut Sacramentales ſecularium, aut quorumcunque Ordinum Monialium confefſiones excipiendas approbandi, Episcopis tantummodo Diœceſanis competit: privilegiiſ contrariis, ſtatutis, indultis & conſuetudinibus etiam immemorabilibus penitus ſublatis.

§. VI. *Approbatio gratis detur & in ſcriptis habeatur.*

Hæc approbatio, gratis dando in ſcriptis habeatur, ut in omnem eventum poſſit, maximè Viſitationibus exhiberi.

C A P U T I V.

§. I. *Subjungimus & publicamus Urbani Pontificis declarationem quæ ſic habet.*

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. II. *Cauſa abrogationis.*

Um, ſicut accepimus, aliquibus Religioſis quorundam Ordinum, ſeu Congregationum à Sede Apoſtolica indultum fuerit, ut Sacramentales perſonarum ſecularium Confefſiones audire valeant, etiamſi ab Episcopis Diœceſanis ad id examinati, & approbati non fuerint; nec deſint, qui temerè aſſeverent, hoc ipſum privilegium cæteris quoque aliorum Ordinum Regularibus competere ex ampliffimis privilegiorum communicationibus, quas ab eadem Sede Apoſtolica obtinuerunt: & hinc ſaluberrimum ſacri Concilii Tridentini decretum deſuper ſancitum penitus evertatur.

Gregorii Pape XV. conſtit. 18. atque ibid. declarat. Congreg. ſard. Concil. Trid. interpr. deſuper emanata tum ab ipſo Gregorio, tum Urbano VIII. cuius ſucceſſore approbat. Innocent. X. Pape conſtit. 30.

Urbani Pape VIII. conſtit. 92.

Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reſorm. cap. 15.

Innocent. X. conſtit. 30.

§. III. Revocatio indultorum.

Nos huic malo opportunè providere volentes, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio, omnia, & singula indulta huiusmodi audiendi secularium Confessiones absque Ordinarii examine, & approbatione, quibusvis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, etiam Societati JESU, Congregationibus & Ordinibus, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, nec non Monachorum quorumcunque etiam S. Benedicti, Cisterciensium & Carthusiensium, ac etiam quibusvis Militiis, etiam Hospitalitatis S. Joannis Hierosolymitani, ac quibuscunque Ecclesiis, etiam Patriarchalibus & Metropolitanis, Monasteriis, cæterisque locis piis, sive eorum & earum respectivè Abbatibus, Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatiis, Prioribus, Rectoribus, etiam generalibus vel Provincialibus, Capellanis, Confessariis, aut aliis quocunque nomine nuncupatis Superioribus, & personis quibuscunque, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apostolicae subiectis, cuiuscunque dignitatis, præminentie, & conditionis existentibus, & quovis privilegio munitis, & tam ad supplicationem partium, quàm motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine hætenus quandocunque & qualitercunque ex quavis, etiam de necessitate exprimenda causa, & aliàs quomodolibet concessa, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus & annullamus, viribusque & effectu evacuamus, ac revocata, cassa, sublata, abrogata & annullata, viribusque & effectu vacua esse & fore, nec Religionibus, Societatibus, etiam Societati JESU, Congregationibus, Ordinibus ac Militiis & Ecclesiis, Monasteriisque prædictis, eorumque Superioribus, & personis quibuscunque in posterum ullo modo suffragari, minusque illos, & illas, etiamsi de iis, specialis, specifica & expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, indultis huiusmodi uti posse.

§. IV. Clausula præservativa.

Præsentes verò literas, & in iis contenta quacunque, etiam ex eo, quod quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati & auditi non fuerint, de subreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocunque defectu notari, impugnari, redargui, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adver-

sus illas quodcunque juris, gratiæ vel facti remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere.

§. V. Clausula sublata aliter iudicandi facultate.

Sicque per quoscunque Iudices Ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos & Nuntios, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & definituri debere, ac irritum & inane quidquid fecerit super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contrigerit attentari, decernimus & declaramus.

§. VI. Derogatio contrariorum.

Non obstantibus præmissis ac quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, Ordinibus, Societatibus, & Congregationibus prædictis, eorumque Præpositis, Decanis, Magistris, Abbatibus, Ministris, Prælatiis, Prioribus, Rectoribus & aliis Superioribus, Capellanis, aliisque prædictis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliàs, in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro plene & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. VII. Fides transumptorum.

Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibita vel ostensa.

§. VIII.

§. VIII. *Publicatio in urbe omnes ligat.*

Quodque eadem presentes literæ, seu illarum exempla ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de urbe, & in acie Campi Florido affixa omnes ita ardeant & afficiant, ac si unicuique personaliter intimata fuissent. Dat. Romæ apud S. Mariam majorem sub annulo Piscatoris. die XII. Septemb. M. DC. XXVIII. Pontificatus nostri anno sexto.

§. IX. *Nemo ad hujusmodi functiones admittatur sine testimonio approbationis.*

Strictè igitur mandamus omnibus & singulis Ruralibus Decanis, Pastoribus, Vice-Pastoribus, Ecclesiarum Rectoribus, & quorumcumque Regularium & Societatum Superioribus, quanti umvis exemptis, ut neminem cujuscumque status, dignitatis vel autoritatis fuerit, ad hujusmodi functiones in suis Ecclesiis, aut Congregationibus obeundas admittant; præsertim ignotum, nisi prius scripto docuerit, se ad hoc legitime fuisse approbatum.

C A P U T V.

Missionarii exhibeant literas approbationis, stabiliunt Confessariorum & Concionatorum nomina annotentur.

Cum in Diœcesi Nostra duplicis sint conditionis Sacramenti Pœnitentiæ ministri; stabiles nimirum, uti Parochi, Sacellani, Patres Conventuum; & Missionarii: de utrisque non nulla videntur esse statuenda. Ac Missionarii quidem non nisi exhibitis literis approbationis suæ, ad Sacramentorum administrationem admittantur. De stabilibus verò decernimus, ut singuli Decani Rurales, Pastores, Vice-Pastores, alique Ecclesiarum Rectores, in Manuale hunc in finem conficiendum, ac singulis annis Nobis, seu Vicario Nostrò in Spiritualibus Generali, aut Archidiacono, sive Decano suo Rurali in visitatione exhibendum dictorum Confessariorum & Concionatorum nomina, Ordinis qualitatem, nec non nomen ejus, qui literas approbationis hujusmodi expedivit referant.

C A P U T VI.

§. I. *Qualitates requisitæ in ministro Sacramenti Pœnitentiæ.*

AD hæc magnâ oportet sacri hujus Tribunalis ministrum esse instructum scientiâ & prudentiâ, utpote, qui de rebus maximis ex tempore debet judicare. Ideo Confessarius, ut rectè decernat inter lepram & non lepram, ac, tanquam peritus medicus, animarum morbos prudenter curet, & apta cuilibet remedia applicet, fufis ad Deum orationibus, moderatione passionum, & frequenti sacræ Scripturæ, SS. Patrum, & probatorum Authorum lectione requisitam sibi scientiam comparet, & epitomen aliquam casuum conscientiæ sibi familiarem habeat, ut occurrentibus dubiis satisfacere possit; quem in finem etiam peritorum consilium, nullâ tamen factâ Pœnitentis mentione in rebus gravioribus exquirat.

§. II. *Confessarius sciat casus Sedi Apostolicæ, & Episcopo Diœcesano reservatos.*

IN specie verò sciat casus & censuras tum Sedi Apostolicæ, tum Nobis reservatos, easque diligenter observet: casus Sedi Apostolicæ reservatos præcipuos recenset Bulla Cœnæ Domini, ac probati Authores, qui subijciunt alios permultos desumptos ex corpore juris communis, & diversorum Pontificum constitutionibus. In Diœcesi verò nostra Coloniensi Nobis hi sunt reservati, prout eos reservamus: *Apostasia, homicidium voluntarium, incendium Ecclesiæ, Sodomitæ, raptus Virginum, incestus cum consanguineis aut affinibus in primo aut secundo gradu, aut cum Sanctimonialibus, adulterium manifestum, injectio manuum violenta in parentes cum lesione, blasphemia magna, seridque prolata, veneficium, sortilegium, ligatura & omne maleficium, quo impeditur actus matrimonialis in conjugibus, perjurium manifestum.*

§. III. *Vota non faciliè commutentur, aut ab excommunicatione detur absolutio.*

SCiant item Confessarii Sedi Apostolicæ inter cætera reservata esse vota; *Castitatis perpetuæ, Religionis approbatæ, Peregrinationis Romanæ, Jerosolymitanæ, & Compostellanæ*: quoad reliqua verò vota &

excommunicationes, quibus eorundem permutatio sive absolutio Apostolico privilegio aut delegatione permittitur, caveant, ne temerè permutando vota, vel ab iis absolvendo suam excedant potestatem.

S. I V. *A casibus reservatis extra mortis periculum sine speciali facultate Confessarius non absolvat.*

Nemo Sacerdotum seu secularium, seu cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis & Instituti Regularium, etiam ad confessiones secularium personarum audiendas legitimè approbatorum, à casibus Sedi Apostolicæ, aut Nobis reservatis quempiam, extra mortis periculum, absque speciali Apostolica, seu Nostra facultate absolvere præsumat: Sacerdos enim ad confessiones excipiendas generatim approbatus, nullam ab iis absolvendi habet potestatem, prout sacra Congregatio Cardinalium subjectis verbis defini- vit.

S. V. *Decretum sacre Congregationis Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præsidentium.*

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita censuit, per confirmationes privilegiorum, quas regulares à Sede Apostolica post sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia priùs ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis decretis sublata atque extincta, siquæ habebant absolvendi à casibus Ordinario loci reservatis; quemadmodum nec indulta absolvendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, utpote sublata per annuam illius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquisivisse, ex subsequentibus privilegiorum confirmationibus. Ac proinde Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis & Instituti, etiam necessario exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim privilegiorum, aut confirmationum ejusmodi, quas vel hæcenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt, posse quemquam absolvere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reservatis. Ac si secus egerint, absolutiones nullas atque irritas fuisse ac fore. Ab aliis verò casibus & censuris Sedi Apostolicæ reservatis, si quidam Regulares habeant à Sede Apostolica absolvendi facultatem, illam extra Italiam minimè sublata fuisse iisdem sacra Congregationis decretis hac

de re editis, jussu San. mem. CLEMENTIS VIII. Quam sacre Congregationis sententiam, sanctitas sua ad se relata approbavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observari. Romæ 17. Novembris 1628.

S. VI. *Potestate à casibus reservatis absolvendi, vel in irregularitatibus & votis dispensandi nemo utatur, nisi eandem exhibuerit.*

Quod si quis à dictis casibus Episcopo Diocesano reservatis absolvendi potestatem, vel eâ majorem à Romano Pontifice obtinuerit, inhibemus ne priùs illà in Nostra Diocesi utatur, quàm eam Nobis, Nostrove Vicario in Spiritualibus Generali, aut Archidiacono loci examinandam exhibuerit; ne hõc colore sub ovina pelle lupi in ovile Nostrum irrepant, gregemque Nostrum dissipent ac mactent. Quod si legitimè de tali obtenta facultate constiterit, eâ non ad eversionem, sed ædificationem utatur, expositâ Pœnitentibus peccatorum gravitate, & congruâ satisfactione, prout Spiritus suggererit, prudenter impositâ, neque in irregularitatibus aut votis, nisi speciali munitus potestate dispense.

S. VII. *Ubi, & quomodo Sedes confessionales debeant esse dispositæ.*

Ut perveris & improbis hominibus omnis calumniandi occasio, quantum fieri potest, subtrahatur, mandamus omnibus facultatem & licentiam audiendi confessiones habentibus, ut, sicuti erectæ nondum sunt Sedes confessionales, eas quamprimum sumptibus Fabricæ in ipsa Ecclesia, loco publico & aperto curent erigi, quæ Confessarium à Pœnitente utrimque afferculo cancellato, seu crate perforatâ, ac Pœnitentem ab aliis alio afferculo disjungant; extra quas nullus unquam Confessarius secularis, seu cujusvis Ordinis, Congregationis & Instituti Regularis, virorum aut cujuscunque qualitatis & conditionis mulierum, seu puellarum, etiam Religiosarum, confessiones excipiat: surdis autem, prægnantibus, aut aliquâ infirmitate laborantibus poterit Confessarius commodum tempus eas audiendi assignare; semper tamen in loco Ecclesiæ valde conspicuo; nec quisquam Sacerdos manè ante Solis ortum, aut Vesperis post Solis occasum, alterius

terius sexus confessiones sine lumine audiatur.

§. VIII. *Quo habitu Confessarii esse induti, & quid considerare debeant.*

Confessarii in sacro illo Tribunali modestiam & gravitatem præseferant sedentque superpelliceo induti, & stolâ à collo dependente, seu alio decenti habitu presbyterali, ac memores sint, se agere conscientiarum iudices ac spirituales animarum medicos, justitiæ simul ac misericordiæ ministros à Deo constitutos esse, ut tanquam arbitri inter Deum & homines, non minùs honori divino, quàm animarum salutì consulant, nec excedant ad dextram vel sinistram, sive indulgentiâ, sive severitate; proinde non oscitantes sed magna cum attentione, circumspèctione & iudicio Sacramentum hoc administrent, & cognito Pœnitentium statu, congrua vitiis adhibeant remedia, & pœnitentiam salutì animarum maximè convenientem imponant.

§. IX. *In sola Ecclesia confessiones excipiantur, maximè mulierum, nisi necessitas aliud exegerit.*

Nulli etiam seculari in privatis ædibus, vel in Sacrificia, vel alibi, quàm in sede adhuc finem in Ecclesia dicto modo erectâ, idque januis patentibus liceat confessiones, præsertim mulierum, audire, nisi gravi necessitate, aut infirmitate hoc exigente; quæ si inciderit, Confessarius in Sacramentalibus mulierum confessionibus excipiendis cubiculi januam apertam, ejuisque velum, si quod fuerit, levatum semper habeat; ita ut conspici, non autem audiri possit: Quod si forsan in celebritate aliqua extraordinaria, Pœnitentium concursus plures Confessarios postulet, eo casu sacra Tribunalia pro tempore tunc assignanda, loco patienti in Ecclesia, & quantum fieri potest, ad normam supradictam constituentur.

§. X. *Pœnitentes genuflexi discinctis gladiis confiteantur, Confessarius sedens & recto capite confessiones excipiat.*

Sicut nullis prorsus confitentibus quacunque etiam dignitate Ecclesiasticâ, aut seculari fulgentibus licitum est allidere Confessario (extra infirmitatem) sed

ipsis Pœnitentibus animo contrito, non quasi hominis, sed Dei sententiam de suis peccatis auditoris, humiliter discinctis, si quos habent, gladiis, genuflectere; ita & Sacerdos nullius pariter, cujuscunque conditionis existat, Confessionem excipiat, nisi sedens, nec aliter, quàm recto capite, Pœnitentem absolvat. Insuper nec vultus austeritate, nec verborum asperitate Pœnitentes deterreat, sed magna cum mansuetudine ad veram peccatorum confessionem invitet.

§. XI. *Confessarii confessiones audientes, ut alii propius accedant, non permittant.*

Non permittat Confessarius, dum unius confessionem audit, alios propius accedere, ne pœnitens dum ab aliis audiri metuit, peccata reticeat, & Confessarius minùs liberè confitentes examinet: caveatque ne tunc ea in medium proferat, vel à confitentibus adducantur, quæ ad materiam confessionis non pertinent.

§. XII. *Pœnitentes rudiores in rebus fidei, & modo confitendi instruantur.*

Confessarii, dum rudiores Pœnitentes inveniunt, de quorum instructione in rebus fidei & modo confitendi dubitant, ante omnia illos examinent, an fidei Catholicæ rudimentorum, aut Orationis Dominicæ, salutationis Angelicæ, Symboli Apostolorum, Præceptorum Decalogi, & Ecclesiæ, atque peccatorum Capitalium notitiam habeant, & quos horum ignaros cognoverint, si tempus suppetat, breviter, vel assignato alio commodiore, instruant de rebus fidei, & aliis ad salutem cognitu necessariis, de conscientie discussione, confessione, & dolore ad eam necessario; corripiant eorum ignorantiam, utque in posterum ea diligentius addiscant, seriò commoneant. Recteque pro Officii sui munere facient Confessarii, si Pœnitentem, quem vel examinandæ conscientie non vacasse, vel simplicitate nimia in hac parte laborare intelligunt, suâ diligentia, & prudenti interrogatione adjuvent.

§. XIII. *Circa castitatis materiam examinandam Confessarii sint circumspècti.*

Monemus seriò omnes & singulos Confessarios, ut in examinandis confitentibus

K

tibus

tibus parè & valdè cautè circa peccata carnis procedant, non solum dum virgines, sed etiam conjugatos aut quoscunque cœlibes audiunt, ne incautis interrogationibus peccata, quæ ignorant, eos doceant, vel aliter offendiculo sint & in cæteris omnibus prudentes sint & circumspècti, eaque sinceritate & maturitate munere suo fungantur, quam & tanta ministerij Sanctitatis, & animarum salus deposcit.

§. XIV. *Circa confitentem, aut complices, non sint curiosi.*

UT supervacanea, à Confessione aliena & extranea inter confitendum non sunt miscenda; ita multò minùs à Confessario nomen complices, vel ipsius etiam Pœnitentis, ejus domicilium, vel rei domesticæ status curiosè inquiratur: hæc enim affectatam curiositatem, familiaritatem aut quæstum redolent; quin hortamur Pœnitentes, ut tales Confessarios vel prætereant vel deserant.

§. XV. *Nemo pœnitentem inducat ad sibi soli ex voto confitendum.*

CUm puritati & tranquillitati conscientiarum modis omnibus consulendum sit, Confessariis omnibus sub pœna arbitraria, eaque gravi, prohibemus, nè quemquam ad sibi solis confitendum inducant, multoque minùs voto ad id obligent; imò etiam propensis ad id vovendum vel promittendum dissuadeant & vetent: quin & nos ejusmodi votum seu promissionem, etiam juratam, à ratione alienam & imprudentem esse declaramus, & quatenus opus est, rescindimus; sed hoc potius curent, ut omnis tolleretur contentio dicentium: *Ego sum Paulus, ego autem Apollo; ego verò Cephas.*

1. Corinth.
1. vers. 12.

C A P U T VII.

§. I. *Proprii peccati complicem nemo audiat.*

UT animarum periculis, quantum in Domino possumus, occurramus, sub pœna suspensionis ipso facto incurrendâ, inhibemus omnibus Confessariis, nè quis confessionem mulieris, eum qua in materia carnis peccavit, aut complices, aut fautoris peccati (nisi in necessitate extrema) excipiat.

§. II. *Pœnitentem ad turpia sollicitantis pœna.*

Confessarius porro, qui occasione, vel specie Sacramentalis Confessionis Pœnitentem ad turpia sollicitarit, seuerissimè puniatur juxta constitutionem GREGORII PAPÆ XV. cujus hæc verba sunt: *Statuimus, decernimus & declaramus, quod omnes & singuli Sacerdotes, tam seculares, quam quorumvis etiam quomodolibet exemptorum, ac sedi Apostolicae immediatè subjectionum Ordinum, Institutorum, Societatum & Congregationum Regularum, cuiuscumque dignitatis & præeminentiæ, aut quovis privilegio muniti existant, qui personas, quacumque illæ sint, ad inhonestas, sive inter se, sive cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, vel post immediatè, seu occasione vel prætextu Confessionis hujusmodi, etiam ipsa Confessione non securâ, sive extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut in loco quocumque, ubi Confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire sollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquisitionis seuerissimè, ut infra, puniantur. Et præterea omnes hereticæ pravitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum & locorum universi Orbis Christiani in suis quemq; Diocæsis & territoriis, per has nostras literas, etiam privative, quoad omnes alios, specialiter ac perpetuò Judices delegamus, ut super his contra supradictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis Fidei, juxta sacrorum Canonum formam, nec non Officii Inquisitionis hujusmodi constitutiones, privilegia, consuetudines & decreta diligenter inquirent & procedant: & quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate & circumstantiis suspensionis ab executione Ordinis, privationis beneficiorum, dignitatum & Officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis activæ & passivæ, si Regulares fuerint, exilii, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum, absque ulla spe gratiæ, aliasq; pœnas decernant; eos quoque, si pro delicti enormitate graviores pœnas meruerint, debitâ præcedente degradatione, curiæ seculari puniendos tradant.*

Gregorii
XV. Papæ
constit. 34.

§. III.

s. III. Inquisitorum arbitrio probationes permittuntur.

DAntes etiam facultatem Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesie Dei tam perniciosum, remaneat ob probationum defectum, impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus, concurrentibus presumptionibus, iudiciis & aliis adminiculis, delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & curie seculari, ut praesertur, reum tradendum esse, pronuntiandi.

s. IV. Pœnitens sollicitantem tenetur denunciare.

MAndantes omnibus Confessariis, ut suos Pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis ut supra, sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu, ut praesertur, tractantes, Inquisitoribus seu locorum Ordinariis praeferendis: quod si hoc Officium praetermiserint, vel Pœnitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes seu tractantes, ut supra, iidem locorum Ordinarii & Inquisitores illos pro modo culpe punire non negligant.

s. V. Fœminarum cavenda familiaritas.

CAveant itaque Confessarii, ne familiares sint fœminis sibi confitentibus; prolixiora colloquia earundem evitent, neque illas ad nimis frequenter sibi confitendum invitent.

s. VI. Cum filia Spirituali lapsus puniatur.

SI quis Sacerdos cum filia Spirituali, aut cum muliere, cuius Sacramentalem Confessionem audivit, fornicatus fuerit, sciat se ob grave erimen commissum mox deponendum, & juxta sacros canones, sine conniventia puniendum.

C. Si quis Sacerdos C. non debet 30. q. 1.

s. VII. Rebus temporalibus pœnitentis sese non immisceat Confessarius.

Confessarii quoque commoda temporalia sibi, vel suis occasione Confessionis à Pœnitentibus non aucupentur. Neque convenit, ut ipsorum bonis administrandis se misceant, nisi pupillorum, viduarum, vel aliàs gravatorum conditio id poscat.

s. VIII. Quibus neganda absolutio.

Noverint etiam proximas occasiones mortaliter peccandi vitandas esse, easque vitare nolentibus beneficium Absolutionis non esse impendendum; ut ne iis generatim, quos non habere propositum abstinendi à peccatis, aut nullum de admittis dolorem evidenter cognoscunt.

s. IX. In pœnitentiis injungendis Confessarius sit circumspèctus.

Confessarii sint prudentes & circumspècti in salutaribus injungendis pœnitentiis, habità ratione status, conditionis, sexus, ætatis ac dispositionis Pœnitentium, & pro peccato occulto penitentiam publicam non imponant, nè, dum Medici animarum videri volunt, peccatorum proditores fiant.

Ut autem sciant, quid in injungendis satisfactionibus potissimum considerandum sit, maturè expendant hæc verba Concilii Tridentini: *Debent ergò Sacerdotes Do-* Seff. 14. de Pœnit. c. 8.
mini, quantum Spiritus & prudentia suggesterit, pro qualitate criminum, & Pœnitentium facultate salutare & convenientes satisfactio-
nes injungere: nè forte peccatis conniveant, & indulgentius cum Pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam & infirmitatis medicamentum; sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem; nam claves Sacerdotum non ad solvendum duntaxat, sed ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres & credunt & docent.

C A P U T VIII.

s. I. Sigillum Confessionis servetur illæsum.

Cum nihil Confessionem magis suam & gratam reddat, quam Sigillum, norint Confessarii id sibi strictissimè servandum, nec verbo, signo, nutu, aut quovis alio modo, vel minimum veniale peccatum confitentis prodendum esse, sub pœnis degradationis & aliis à jure salubriter præscriptis. Hoc Sigillum ad ea se quoque extendit, quæ subinde occasione eorum, quæ in Confessione detecta sunt, post datam absolutionem à Confessariis interrogati Pœnitentes vel repetunt, vel

C. Sacerdos de Pœnit. dist. 6. C. omnis §. caueat de pœnit. & veniss.

76 Decreta Synodalia D. Maximiliani Henrici

fufius narrant, etiamfi corporis, animi, vel natalium, aut alii defectus naturales fint.

s. II. *Etiam post latam in Pœnitentem mortis sententiam.*

Non ferenda quorundam est Judicium Sacrilega interrogatio, quâ post latam in reum mortis sententiam inquirunt ex Confessariis, sitne justè damnatus reus an non? quo casu nec minimum Confessi veniale delictum, quibuslibet etiam tormentis propositis, Confessariis detegere permiffum est.

s. III. *Historica in confessione acceptorum narratio prohibetur.*

Abstineant Confessarii ab omni prorsus (suppressis quamvis nominibus) historicâ acceptorum in confessione narratione, quæ peccata ipsa, eorumque modum, vel etiam Pœnitentium in confitendo morem exhibeat: ne audientes à confitendo deterreantur.

s. IV. *Extra Confessionem de confessis non agat Sacerdos.*

Observent similiter, nè cum Pœnitentibus extra Confessionem de peccatis in illa manifestatis, nisi peritâ & obtentâ eorundem veniâ loquantur. Quod

si confessus justâ ratione motus cupjat, vel consentiat peccata à se confessa revelari, tutius est, ut ipsemet Pœnitens peccatum suum coram aliis manifestet, quàm Confessario manifestandum committat.

s. V. *Quicumque ex Confessione peccata novit, ad sigillum obligatur.*

Non solùm autem Confessarius hõc Sigillo tenetur, sed omnes omninõ, qui peccata alterius ex sola Confessione noverunt, sive Clerici, sive laici, sive licitè, sive illicitè, etiam illi, quibus Confessio à Confessario sacrilegè detecta fuerit; ideoque omnibus istis severè præcipimus, ne peccata sic cognita ulli propalare audeant; qui contrarium fecerint gravissimè nostro arbitrio punientur. Et quia rudis plebs hujus sigilli est ignara, ei Pastores, Vice-Pastores, Concionatores & Catechistæ hanc obligationem exponant.

s. VI. *Pœnitens Confessarii dicta non revelet.*

Pœnitentes quoque non facilè referant, quæ Confessarius dixerit, suam quippe salutem impedit, qui Confessario libertatem sanctam monendi, vel increpandi, aliaque agendi, quæ sui muneris sunt, effutiendo adimit.

TITULUS VI.

De Indulgentiis & Confraternitatibus.

CAPUT I.

s. I. *Indulgentiæ quid sint.*

Magnum imbecillitatis humanæ solatium, ingens verò Pœnitentium adjumentum sunt indulgentiæ, quarum dispensationem CHRISTUS S. Petro ejusque successoribus in ædificationem, non verò destructionem fidelium commisit & credidit, ut ritè Pœnitentibus pœnæ temporalis reatus, interdum non exsolutâ pœnâ relaxetur.

*Trid. sess. 25.
in fine decret.
de Indulgent.*

s. II. *Conditiones requisitæ pro eis lucrandis.*

Quam gratiam ut recipiamus, oportet præter seriam Pœnitentiam, operisque præscripti expletionem, concessionem Indulgentiarum veram esse & certam. De qua certitudine ut constet, non nisi per locorum Ordinarios sunt publicandæ; providendumque est Archiepiscopis & Episcopis, ut perquam accuratè, ante earundem promulgationem recognoscantur & approbentur, illorumque coerceatur temeritas, qui dubiis & incertis Indulgentiis, ad quæstum potiùs, & corrogandas eleëmofynas, quàm ad fidelium pietatem excitandam abutuntur.

s. III.

§. III. *Abusus Confraternitatum.*

INter quos abusus & corruptelas merito censentur Confraternitatum & Congregationum spiritualium passim sine Nostra Nostrive in spiritualibus Vicarii Generalis licentia factæ Institutiones, Erektiones, Aggregationes, & Indulgentiarum, subinde non satis probatarum, communicationes.

§. IV. *Ad hos tollendos edita Constitutio Clement. VIII.*

EApropter Clemens VIII. Pontifex magnâ sollicitudine formam instituendi, erigendi, aggregandi, & rectè administrandi Sodalitates & Confraternitates, nec non Indulgentiarum thesauros communicandi præscripsit.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. *Singulare hujus Pontificis studium.*

Clem. VIII.
constitut. 115.
Bullarii
Tom. 3.

QUæcumque à Sede Apostolica ad promovendam Christi fidelium salutem aliquando concessa sunt, etsi maturo consilio, magnâque prudentiâ & cautione sancita & decreta sint; tamen cum Romanus Pontifex de animarum salute sollicitus, progressu temporis animadvertit sensim aliquos abusus in eisdem statutis & decretis observandis provenire, debet pro sui Pastoralis officii munere illis opportuna ratione occurrere, & quantum cum Domino potest, adhibito salutari remedio providere.

§. II. *Emendandi abusus in Sodalitatibus & Indulgentiis commissi.*

CUm itaque à plurimis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & forsitan etiam à Nobis, nonnullis Regularibus, Ordinibus, Religionibus, & Institutis, ac etiam Christi fidelium secularium *Archi-Confraternitatibus & Congregationibus* diversarum Nationum, nominum & institutorum, tam in alma urbe nostra, quàm in aliis Civitatibus & locis Christiani Orbis institutis, facultas erigendi & instituendi in eorum & aliis Ecclesiis & Collegiis, nec non etiam sibi aggregandi Confraternitates & Congregationes in eadem urbe & in aliis locis existentes, eisque privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta sibi concessa re-

spectivè communicandi, attributa fuerit, ac nulla certa forma, vel ratio præscripta sit, quæ in hujusmodi erektionibus, institutionibus, aggregationibus & communicationibus faciendis servari debeat, propterea sive negligentiâ Superiorum Ordinum, Religionum & Institutorum, vel Officialiû *Archi-Confraternitatum, & Congregationum erigentium, instituentium, aggregantium & communicantium, quæ Confraternitatibus & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, Indulgentiarum, aliarumque gratiarum prædictarum* fiunt, non servant formam in hujusmodi erektionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus servari debitam, neque præscribunt modum, quo privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta consequi debeant, seu ipsarum *Confraternitatum & Congregationum* incuriâ, quæ non inquirunt ea, quæ præstare oportet, ut illa consequantur, nonnullæ prævæ consuetudines irrepserunt, multaque incommoda provenerunt.

§. III. *Non nisi una in quovis loco instituenda Sodalitas.*

QUibus nos pro commisso Nobis Apostolica sollicitudinis Officio, paternâque erga omnes Christi fideles charitate prospicere volentes, hac nostra constitutione perpetuè valiturâ decernimus atque statuimus, ut in posterum tam hujus almæ urbis nostræ, quàm aliarum Civitatum & locorum totius Christiani Orbis Regularium Ordinum, Religionum & Institutorum, quibus in eorum & quibuscunque aliis Ecclesiis & Collegiis Confraternitates secularium erigendi & instituendi facultas concessa est, nec non etiam *Archi-Confraternitatum & Congregationum* cujusvis nationis, nominis & instituti illæ sint, & in quibuscunque Ecclesiis, domibus & Oratoriis tam secularium, quàm, ut præfertur, quorumcumque, etiam mendicantium Ordinum Religionum, & institutorum Regularium, quavis tam ordinariâ, quàm Apostolicâ auctoritate erectæ ac institutæ existant, seu aliâ quovis modo introductæ reperiantur, quibus alias Confraternitates & Congregationes instituendi, erigendi, ac sibi aggregandi, illisque privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta elargiendi & communicandi potestas à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, vel à nobis & Apostolica sede attributa fuit, Magistri, Priores, Præpositi, Rectores, Governatores, Præceptores, Primicerii, Prælati, Custodes, Guardia-

ni, Praefecti, Administratores, & alii Officiales seu Superiores quovis modo nuncupati, Regularium siquidem Ordinum, Religionum & institutorum, unam tantum Confraternitatem & Congregationem, de consensu tamen Ordinarii loci, & cum literis ejus testimonialibus, quibus Confraternitatis & Congregationis erigendae & instituendae pietas & Christianae charitatis officia, quae exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum & quibuscunque aliis Ecclesiis & collegiis erigere & instituere possint.

S. IV. Nec non nisi una aggregari debet.

Ceterarum verò Archi-confraternitatum & Congregationum, in singulis Civitatibus, Oppidis, vel locis, unam etiam confraternitatem & congregationem duntaxat, quae Apostolica vel Ordinaria auctoritate prius erecta, ac nulli alteri Ordini, Religioni, instituto, Archi-confraternitati & congregationi ejusdem, vel alterius nationis, nominis & instituti aggregata sit, praevisio similiter loci Ordinarii consensu, & cum eis literis testimonialibus, quibus ejusdem confraternitatis, & congregationis aggregandae institutum, pietas & Christianae charitatis officia, quae exercere consuevit, apud eos commendentur, sibi adungere & aggregare possint.

S. V. Cui aliae Indulgentiae non communicandae, quam nominatim concessae.

Hic verò confraternitati & congregationi erigendae, instituendae, seu aggregandae, ea tantum privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulgentiae, quae ipsi Ordini, Religioni, Instituto erigenti, instituenti ac communicanti, seu Archi-confraternitati, & congregationi aggreganti nominatim, & in specie, non autem quae per extensionem, vel communicationem sibi quovis modo concessae sunt, & illa quidem non sub generali forma verborum, vel ad instar, sed expresse & in specie communicare valeant.

S. VI. Earum statuta à Dioecesis approbanda.

Statuta autem pro regimine Ordinum, Religionum, & institutorum erigentium & instituentium, ac communicantium, seu Archi-confraternitatum & Congregationum aggregantium edita, confraternitatibus & con-

gregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, & aliorum praedictorum sunt, impertiri non possint, nisi ea prius ab Episcopo Dioecetano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quae nihilominus ejusdem Episcopi decretis ac moderationi, & correctioni in omnibus semper subiecta remaneant.

S. VII. Ea de re certa praescribitur formula.

Insuper Volumus & ordinamus, ut praedicti Ordines, Religiones, Instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, nec non Archi-confraternitates, & Congregationes, aggregantes certam erigendi, instituendi, aggregandi, & communicandi formulam à nobis novissimè approbatam diligenter observent, secundum quam privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulgentiae ipsi Ordinibus, Religionibus, institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archi-confraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus nominatim, & expresse, non autem per communicationem, neque ad instar, ut supra, concessa, ipsis confraternitatibus, & congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt, communicare possint.

S. VIII. Juxta quam Sodalitia Ordini seu Archi-fraternitati aggregata indulgentiis uti possint.

Quibus confraternitates & congregationes ejusdem duntaxat nationis, & nominis, Ordinis, Religionis, & instituti, Archi-confraternitatis, & congregationis, cui aggregantur, tam hactenus aggregatae, quam imposterum aggregandae utantur, potiantur & gaudeant, ita ut dictarum confraternitatum, & congregationum erectarum, institutarum & aggregatarum, ac quibus communicationes factae sunt, Ministri & Officiales, & alii supradicti privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias & indulgentiae hujusmodi, praevisio tamen recognitione Ordinarii loci, qui adhibitis duobus de ejusdem Ecclesiae capitulo, illa juxta sacri Concilii Tridentini decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant.

s. IX. Et eleemosynas in pios usus largiendas excipere.

Quibus etiam Ministris, Officialibus, & aliis predictis, eleemosynas, & alia oblata Christiana Charitatis subsidia, juxta modum & formam per Ordinarium loci prescribendam, remotis tamen mensis, pelvibus & capsis, qua in Ecclesiis & Oratoriis dictarum Confraternitatum, & Congregationum publice ad hoc exponi consueverunt, excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum Ordines, Religiones, instituta erigentia, insituentia, ac communicantia, seu Archi-Confraternitates, & Congregationes aggregantes, tam almae urbis nostrae, quam aliarum Civitatum, & locorum quorumcunque juxta modum à Vicario urbis, & ab Ordinariis locorum respectivè prescribendum, observare teneantur. Eleemosynas autem sic collectas in reparacionem & ornatum Ecclesiarum, tam Ordinum, Religionum, Institutorum erigentium, insituentium, & communicantium, ac Archi-Confraternitatum & Congregationum aggregantium, quam Confraternitatum, & Congregationum erigendarum, insituentiarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fient, aut in alios earum pios usus arbitrio ejusdem Vicarii nostri in urbe, nec non Ordinarii locorum respectivè, fideliter exponere atque erogare procurant, ut omnes intelligant caelestis Ecclesiae thesauros, non questus, aut alicujus lucri causa, sed pietatis & charitatis excitandae gratia, ex Apostolicae Sedis benignitate, Christi fidelibus aperiri.

s. X. Confessoriorum ex privilegio eligendorum facultas.

Præterea volumus ut Confessarii qui vigore privilegiorum ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis erigentibus, insituentibus, & communicantibus, seu Archi-Confraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus Confessorum, ac Confraternitatibus & Congregationibus aggregandis communicandorum pro tempore eligi possunt & poterunt seculares scilicet in alma urbe à predicto nostro Vicario, extra urbem verò à locorum Ordinariis, Regulares autem non solum à predicto Vicario nostro, & à locorum Ordinariis respectivè, sed etiam à suis Superioribus approbati sint, utque Confratres confitentes à criminibus, casibus & censuris juxta dictorum privilegiorum (quatenus tamen sint in usu, & sacri Concilii Tridentini decretis, ac Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostris constitutionibus non adversentur, nec

revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint) formam & tenorem duntaxat absolvere valeant. Decernimus insuper, ut iidem Confessarii predictos Confratres cujuscunque gradus, status, conditionis, & præeminentiae, etiamsi speciali notâ dignæ fuerint, à casibus contentis in literis, quæ die cœnæ Domini legi consueverunt, nec non Violationis immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, & clausuræ Monasteriorum Monialium, si videlicet sine necessaria & urgenti causa, ac sine Superiorum licentia, vel etiam si causâ & licentiâ concessâ abutentes, prædicta Monasteria ingressi fuerint, nec non Violentæ manus injectionis in Clericum, & singularis certaminis seu duelli, ac ab aliis etiam casibus, tam à Nobis, quam à predicto Nostro in urbe Vicario, & locorum Ordinariis respectivè reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam à quavis excommunicatione ab homine lata absolvere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientes, quam occasione delicti contractis cum aliquo dispensare prætextu dictorum privilegiorum nullo modo possint.

s. II. Sodalitates ad formam prædictam revocandæ.

Demum statuimus & pariter ordinamus, ut Confraternitates & Congregationes ubivis locorum quavis auctoritate, ut præfertur, erectæ & institutæ, & quibus communicationes prædictæ factæ sunt, ac cuicunque ex dictis Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archi-Confraternitatibus, & Congregationibus ubilibet existentibus hæcenus aggregatæ, ab eisdem respectivè Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archi-Confraternitatibus & Congregationibus, novas erectionum, institutionum, communicationum, & aggregationum literas, juxta formam à nobis novissimè approbatam, infra annum, si in Europa sint, & si extra Europam fuerint, infra biennium à die publicationis presentium in Romana Curia faciendæ computandum, impetrare teneantur, alioquin dicto tempore elapso, erectiones, institutiones & quæcunque communicationes privilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumque spiritualium gratiarum & indulgentiarum, & aggregationes illarum vigore ipsis concessæ, nullius sint roboris & momenti, ac revocatæ & abolitæ censeantur eo ipso.

s. XII. Literæ institutionum expediendæ gratis.

Erectionum autem, institutionum, communicationum, & aggregationum, tam hæcenus

Et enus factarum, quam deinceps faciendarum literarum, ab ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis, seu Archi-Confraternitatibus, & Congregationibus gratis omnino, ac nullam proventus mercede, etiam à sponte dantibus acceptam, expediri & concedi debeant.

s. XIII. Secus facientium
pœna.

QUOD si Ministri aliqui Superiores, vel Officiales, quocunque nomine nuncupati Ordinum, Religionum, Institutorum, seu Archi-Confraternitatum, Congregationum & Confraternitatum huiusmodi, quavis autoritate, vel privilegio & Officio fungantur, & præfulgeant, contra præmissa in aliquo venire vel facere præsumserint, erectiones, institutiones, & communicationes privilegiorum, indulgentiarum, facultatum, spiritualiumque gratiarum & indulgentiarum, aliorumque præmissorum concessionem, nec non aggregationes per ipsos faciendæ seu renovandæ, nullius sint roboris & momenti, & quilibet eorumdem Ministrorum, Superiorum, Officialium, & aliorum prædictorum privationis Officiorum, quæ obtinent, ac inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda pœnam, quæ ab alio, quam à Nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore existente remitti non possit, incurrat eo ipso.

s. XIV. Presentis decreti valor & efficacia.

DECERNENTES præsentem literam perpetuo validam & efficacem existere & fore, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, sicque nostre mentis & intentionis existere, & ita & non aliter per quoscunque iudices, Ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, sublatam eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & autoritate, iudicari & deserviri debere, ac irritum & inane, quidquid super his à quoquam, quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

s. XV. Clausule derogatoriæ.

NON obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quorumcunque Ordinum, Religionum, & Institutorum, seu Archi-Confraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum secularium, etiam juramento, Confirmatione Apo-

stolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Mære Magnum ac Bulla Aurea nuncupatis, Regularibus, Ordinibus, Religionibus, institutis, seu Archi-Confraternitatibus, Congregationibus & Confraternitatibus secularium, eorumque Superioribus, & aliis quibusvis personis, cuiuscunque status, gradus, Ordinis, conditionis, dignitatis, & præminentie existentibus, sub quibuscunque verborum formis & tenoribus, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus & aliis decretis in genere vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter, & aliâ quomodolibet in contrarium præmissorum, etiam pluries concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si ad verbum exprimerentur & insererentur, presentibus pro plenè & sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliâ in suo robore permanens, hac vice duntaxat harum serie specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

s. XVI. Tempus obligationis.

VT autem præsentem literam ad omnium, quos concernunt, notitiam facilius deveniant, volumus illas ad valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de urbe, & in acie Campi Floræ more solito publicari & affigi, atque iis inde amotis, earundem exempla etiam impressa ibi affixa relinqui, factâque publicatione huiusmodi, Omnes Regulares Ordines, Religiones, Instituta, & Archi-Confraternitates, Congregationes & Confraternitates secularium, quæ in urbe quidem post mensem, quæ verò in Europam fuerint, post octiduum menses à die publicationis huiusmodi computandos, perinde aspicere & arctare, ac si eorum cuilibet nominatim insinuatæ fuissent.

s. XVII.

ET nihilominus, ut ipsæ præsentem literam notiores fiant, magisque omnibus innotescant, universis & singulis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis per eandem

eadem presentes committimus & mandamus, ut per se vel alium seu alios hanc literas nostras, postquam earum exemplum receperint, seu earum notitiam habuerint, semel aut pluries, prout eis magis expedire visum fuerit, in suis Cathedralibus & majoribus respectivè Ecclesiis Civitatum, oppidorum, & locorum quorumcunque eorum Diocesum, dum in eas major populi multitudo ad divina convenerit, solemniter publicent, & publicari auctoritate nostrâ mandent & faciant.

§. XVIII. Fides transumptis adhibenda.

Ceterum quia difficile foret easdem presentes ad singula loca, ubi opus esset, deferri, volumus & simili auctoritate decernimus, ut earum transumptis: etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus persona in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem ubique fides habeatur, quæ ipsismet literis haberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 7. Decembris, millesimo sexcentesimo quarto, Pontificatus nostri anno tertio-decimo.

C A P U T II.

§. I. Indulgentiarum conscribatur index, & nobis vel Vicario nostro in spiritualibus examinandus offeratur.

Sacri Concilii Tridentini, aliisque Apostolicis, & Prædecessorum nostrorum decretis insistendo ordinamus, atque in virtute obedientiæ Ecclesiarum quarumcunque, tam Regularium, etiam exemptorum, quàm secularium Civitatis & Diocesis nostræ Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis tam Collegialibus, quàm Ruralibus, Pastoribus, Vice-Pastoribus, Prioribus, Guardianis, cæterisque Superioribus & Rectoribus quibuscunque præcipimus, ut indulgentiarum Ecclesiæ suæ conscribantur indicem, addantque quibus pietatis operibus eas sint promerendæ; insuper à quibus Indulgentias obtinuerint, à quo approbatæ, & ad quod

tempus extendantur, perquam accuratè annorèt, ac Nobis, Nostroque in Spiritualibus Vicario examinandas ac recognoscendas tradant; ut si revocata, vel ad certum jam elapsum tempus concessæ sint, seu alias expiraverint, rejiciantur, & omnis abusus, si quis irrepsit, tollatur, quæ verò legitime probabuntur, in librum peculiarem referantur, evulgentur. Quin etiam ad majorem fidelium pietatem & certiores notitiam, in singulis Ecclesiis quibus spirituales indulgentiarum gratiæ concessæ noscuntur, earundem index in publico loco affigatur, ut cœlestes Ecclesiæ thesauros cuncti cernentes ad pietatem moveantur.

Trid. sess. 25. de Ref. decreto de Indulg.

§. II. Non publicentur sine auctoritate Ordinarii.

Severè prohibemus Civitatis & Diocesis nostræ Pastoribus, Vice-Pastoribus, Concionatoribus & Catechistis, ne deinceps ullas indulgentias, aut alias spirituales gratias quibuscunque, etiam exemptis Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, Congregationibus, Confraternitatibus, Sodalitatibus, seu quibusvis aliis locis piis, sub quovis modo & forma, aut quacumque de causa concessas publicent, aut publicari procurent absque licentia & auctoritate Ordinarii, in quarum promulgatione earundem vim & efficaciam populo proponant, ut fructum consequatur uberiores.

Trid. sess. 24. de Ref. 49.

§. III. Sodalitates comperatorum abrogentur.

Sicubi verò Sodalitates ad celebrandum solummodò anniversarium convivium, non autem ad fovendum Dei Sanctorumque cultum deprehendantur institutæ, eas ab Ecclesia Dei prorsus removeandas esse censemus; & nè diutius similium Sodalitatum tituli atque insignia alicubi tolerentur, sub pœna interdicimus arbitrariâ.

L TITULUS

TITULUS VII.

De Sacramento Eucharistiæ.

CAPUT I.

s. I. SS. Eucharistia religiosè est asser-
vanda, pertractanda & susci-
pienda.

*Trid. sess. 13.
de Eucharist.
c. 1. 3. 6. &
can. 1.*

Sacro-sanctum Eucharistiæ Sacra-
mentum (quod non solum gratiam,
ut reliqua Sacramenta, confert, sed
ipsummet omnis gratiæ & sanctita-
tis fontem authoremque Christum Domi-
num admirabili modo reipsâ & substan-
tialiter continet) præ cæteris religiosè
habendum est, & administrandum, atque
à fidelibus Sanctè & devotè suscipien-
dum, reverenterque ad infirmos depor-
tandum.

s. II. Excellentia hujus Sacramenti populo
explicanda.

Quapropter quæ in Generalibus,
Provincialibusque Conciliis, ac
Synodalibus statutis ad cultum, venerationem,
ac majestatem hujus Sacramen-
ti sancita sunt, Pastores, Vice-Pasto-
res, Concionatores & Catechistæ audi-
toribus suis inculcent. Ecclesiarum au-
tem Prælati Superiores, aliique cleri ac
populi Rectores, Officii vocationisque
suarum memores opere compleant.

s. III. Hostiæ consecrata in Ecclesiis Pa-
rochialibus asservanda & reno-
vande.

*C. Sane de
celeb. Miss.
c. 1. de custod.
Euchar. Trid.
cit. c. 6. &
can. 7.*

Variis Conciliis & Canonibus ordi-
natum est, ut in singulis Ecclesiis
Parochialibus, aliisque curam anima-
rum habentibus hostiæ consecratæ in ta-
bernaculo elave obserato pro infirmo-
rum aliorumque fidelium Commu-
nionem asserventur, quæ, nè vetustate
corrumpantur, singulis saltem quinde-
nis, vel si loci humiditas requirat, sæ-
pius etiam renoventur, & novæ con-
secrentur.

s. IV. SS. Eucharistia asservanda in
loco sacro, non tamen choro
Monialium.

Sacro-sancta Eucharistia, nec ad-
rationis prætextu, nec infirmis suc-
currendi gratiâ fervetur alibi, quam in
loco sacro, non tamen intra chorum,
vel septa Monasterii Monialium, sed in
Ecclesia publica.

*Trid. sess. 25.
de Reg. 10.*

s. V. Excepto tempore belli, aut quo
hæreticorum irreverens timeretur
tractatio.

Si tamen in locis sacris aut mili-
tum deprædantium, aut hæretico-
rum hoc Sacramentum irreverenter tra-
ctantium timeretur incurfus, in loco quo-
cunque tuto eoque honesto asservari
posset, requisito desuper nostro, aut no-
stri in Spiritualibus Vicarii consensu.

s. VI. Tabernaculum sit firmum &
clausum, neque in eo olea sacra aut
reliquiæ serventur.

Tabernaculum, in quo Sanctissi-
mum Christi Corpus custoditur,
sit firmum, & juxta cujusque Ecclesiæ
facultates tam intus, quam foris de-
center exornatum, in medio altaris ma-
joris, vel alio venerationi tanti Sacra-
menti commodiori loco collocatum.
Chriftatis verò & oleorum Sanctorum
vascula, sicut & reliquiæ separatim asser-
ventur.

*C. Sane cit.
Stat. Sifridi
Archep. Colon.
pag. 41. col. 1.
in fine.*

s. VII. Pixides Tabernaculo imponende
quot, & quales.

In ipso Tabernaculo ciboria reclu-
dantur seu pixides duæ, in quarum
majore sacra Eucharistia asservetur in
minore ad infirmos deferatur: quas
aureas esse oportet, vel argenteas,
eburneas, aut minimum stanneas, eas-
que mundas & nitidas, nequaquam ve-
rò ligneas, testaceas, aut vitreas, ob peri-
culum fractionis, neque lapideas ob hu-
miditatem

*Stat. Sifridi
p. 40. c. 12.*

miditatem & gravitatem, neque æneas vel cupreas propter æruginem.

§. VIII. *Pixis sit clausa.*

N Unquam Corpus Domini in solo lineo extra clausam pixidem, ciborium, vel calicem, aut deferatur aut custodiatur, ipsiusque pixidis, ciborii, aut calicis operculum pixidi, ciborio, aut calici ita inhæreat, ut tamen ciborium, calicem aut pixidem cadere contingeret, non aperiretur.

§. IX. *Corporale subservnatur.*

P Ixidi, ciborio, calici, seu cuicumque alii vasculo, in quo sacrosancta Eucharistia conservatur, tam in tabernaculo, cui includitur, quam dum ad excitandam populi pietatem in altari exponitur, semper benedictum ac mundum Corporale sit suppositum.

§. X. *Clavis Tabernaculi à quo custodienda.*

C Lavis tabernaculi nunquam in ejusdem ostiolo, altari, aut loco vicino vel sacrario relinquatur; neque ulli unquam laico, vel ædituo, neque Moniali etiam credatur, quod sub excommunicationis pena prædecessor Noster HERMANNUS IV. vetuit; sed in Ecclesiis parochialibus à solo Parocho, vel alio Sacerdote cum ipsius licentia, in aliis autem Ecclesiis tam secularium, quam Regularium à Sacerdote per Superiorem speciatim deputato custodiatur, qui diligentissimè advigilet, ut tabernaculum semper sit clausum, nè temeraria cujuscumque manus ad horrenda sacrilegia consecratis Hostiis abutatur: neque unquam ab ullo in majoribus ordinibus non constituto aperiri seu claudi patiatur.

§. XI. *Eucharistiam negligenter custodiens pena.*

S I quis sacram Eucharistiam negligentius servarit, per tres Menses juxta Canonice sanctiones puniatur; & si per ejus incuriam aliquid nefandum contigerit graviori subiaceat ultioni.

§. XII. *Lumen ante Tabernaculum alendum.*

O B tanti Sacramenti reverentiam in quacunque Ecclesia, tam seculari, quam Regulari ubi asservabitur, perpetuum lumen (quo significetur præsens esse, qui *lucem inhabitat inaccessibilem*, & mentium nostrarum tenebras illustrat) noctu diuque ante tabernaculum ardeat; fundationes in eum finem factæ strictè impleantur: adimplere recusantes Superioribus debitè corrigendi deferantur.

1. Timoth. 6. vers. 16.

Stat. Adolph. 3. pag. 486. col. 1.

§. XIII. *Sacra vasa quoribus mundanda.*

M Onstrantiæ, pixides, calices & ciboria si argentea, aurea, vel inaurata sint; quotannis minimùm bis, circa festum Paschæ vel Pentecostes, ac S. Michaëlis: si verò stannea sint, singulis quindenis, aut mensibus saltem diligentissimè mudentur.

C A P U T II.

§. I. *Hujus Sacramenti Sanctitas frequenter populo exponenda.*

S I neminem ad sacras functiones accedere deceat nisi sancte, certè quo magis viro Christiano hujus Sacramenti comperta est sanctitas atque divinitas, eò diligentius, ne absque magna reverentia & sanctitate ad ejus perceptionem accedat, cavere debet. Quapropter Parochi & verbi divini præcones sapiùs, maximè festis celebrioribus, quanta sit Eucharistiæ excellentia, quantà religione, pietate, & humili etiam corporis habitu ad divinum hoc epulum (in quo omnis spiritualis dulcedo in suo fonte gustatur) sit accedendum, populo exponant, moneantque ut ita seipos probent, & præmissâ Sacramentali confessione panem illum substantialiè frequenter & devotè suscipiant, ut verè eis sit animæ vita & perpetua sanitas mentis.

Trid. sess. 13. de Euchar. cap. 7.

§. II. *Pueri, an, & quando ad communionem admittendi.*

P Astores etiam & concionatores hortentur parentes, ut liberos, qui per ætatis & judicii discretionem Dominici corporis mysterium intelligunt, ad ejus participationem inducant, ut cœlesti hæ

In stat. suis p. 274. co. 2.

C. qui bene 94. de consecrat. dist. 2. c. 1. de custod. Euchar.

§ 4 Decreta Synodalia D. Maximiliani Henrici

alimoniâ pastis omnium bonorum operum & meritorum capiant incrementa, erroneumque esse doceant, fideles ante decimum sextum ætatis annum, vel priusquam ad justam matrimonii contrahendi ætatem pervenerint, ad sumendum hoc Sacramentum non obligari. Advigilent tamen, ne eum admittant, quem prima fidei rudimenta, quidve in sacra continetur Eucharistia ignorare constat.

§. III. Preparatio ad communionem.

Admoneant quoque populum eam probationem necessariam esse, ut nullus peccati mortalis sibi conscius, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat, nisi in periculo mortis constitutus confiteri non possit, vel copia Confessarii desit; quodque communicare volentes naturale jejunium servare teneantur, ita ut à media nocte nihil omninò, nè quidem per modum medicinæ comederint aut biberint, infirmis tamen, de quorum periculo dubitatur, ne sine viatico è vita discedant; exceptis.

§. IV. Peccatoribus publicis neganda Eucharistia.

Concubinariis, Meretricibus, Usurariis, inimicitias palàm foventibus, aliisque peccatoribus, si tamen publici fuerint, neque concubinis, uluris & inimicitias respectivè renuntiaverint, aut renuntiare seriò parati fuerint, sacram Eucharistiam negandam esse decernimus.

§. V. Prout & amentibus.

Phrenetici seu amentes, dum rationis usu carent, aut à pietatis sensu sunt alieni, ab hoc Sacramento sunt excludendi, nisi lucida habentes intervalla piè & religiosè illud sumere desiderent: furiosis verò amentibusque in fine vitæ, si ante insaniam seu amentiam, vel habentes lucida intervalla Sacramentum hoc sibi administrari petierint, & reverentiam eidem exhibuerint, dummodo vomitus, vel alterius incommodi periculum absit, devotè ad illud sumendum præparatis non est denegandum; prout & energumenis, tùm ut ejus virtute contra Dæmonium, quo infestantur, muniantur, tùm ut ab eodem liberentur.

§. VI. Similiter ultimo supplicio afficiendis.

Ultimo supplicio afficiendis quamvis sacra Eucharistia denegari non debeat, reverentiæ tamen tanti Sacramenti convenit, ut ante supplicii diem ipsis ministretur.

§. VII. Quotannis publicanda Communio Paschalis.

Quilibet Pastor & Vice-Pastor per se vel per alium concionatorem è suggestu quotannis populo constitutionem Concilii Lateranensis sub INNOCENTIO III. denunciet, quæ jubet, ut quisque fidelis, postquam ad annos discretionis pervenit, omnia sua peccata, saltem semel in anno confiteatur proprio Sacerdoti, suscipiens reverenter ad minùs in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi fortè de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum, alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christianâ careat sepulturâ.

§. VIII. Eaque in propria sumenda Parochiâ, non verò in Ecclesiis Regularium.

Exponant etiam quod virtute hujus constitutionis omnes à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusivè, ut præcepto communionis Paschalis satisfaciant, de manu proprii Pastoris in Ecclesia Parochiali sacram Communionem sumere teneantur, ut Cardinalium Tridentini interpretum congregatio declaravit, quæ etiam decrevit non licere Regularibus in die Paschatis personis secularibus in ipsis etiam Monasteriis habitantibus administrare sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, etiamsi ipsæ personæ seculares alio die intra eandem quindenam præceptum Ecclesiæ de communionem Paschali adimplevissent. Quare Regulares aliud non præsumant, nisi speciali privilegio à Nobis tamen, Nostrochè in spiritualibus Vicario prius visò & probato sese munitos esse ostenderint.

§. IX.

C. is qui 26.
9. 6.

C. quæ sit
13. 9. 2. c. In-
res de furtiv.

C. omnis
utrusque de
Pœna &
romus. De-
clarat. carl.
sess. 12. de sa-
crof. Euchar.
sac. Can. 2.
Stat. Adolph.
7. p. 455. col. 1.
p. 486. col. 1.

Ad sess. 15.
post can. mes
de Euchar.
§. si tamen
§. congrega-
tio §. dubita-
tur §. famuli.

§. IX. Puerperæ à Communione Paschali non abstineant Dominicâ Palmarum, die Cœnæ Domini ac festo Paschalis nuptiarum tabernas frequentes.

Cum abusus quibusdam in locis irrepleverint, primò, ut puerperæ citra licentiam Pastoris statuto ab Ecclesia tempore Eucharistiam sumere negligant. Dein Communicantes maximè adolescentiores filii, filiæ, famuli & famulæ, Dominicâ Palmarum, die Cœnæ Domini, ac festo Paschalis publicas tabernas epulaturi iterum in sermone veteri malitiæ & nequitie frequentent. Mandamus ut illæ tempestivè prædicto Concilio Lateranensi satisfaciant, & Paschalem Communionem domi saltem sumant, neque donec in Ecclesiam introductæ fuerint eam differant, nisi Parocho aliud videatur; hi à Pastoribus temporalis etiam pœnæ comminatione, ut tabernas publicas non frequentent, seriò moneantur.

1. Corint. 5. vers. 8.

C A P U T III.

§. I. Sacramenta qualiter ministranda ægrotis.

Pastores seu Vice-Pastores ægrotis Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ Unctionis distinctis temporibus, nisi aliud exegerit necessitas, administrent, curentque, ut ægrotantis cubiculum ab omni prorsus sorde purgetur, & mensa, si non nitidâ mappâ, saltem alio linteo mundo honestè instratâ, & effigie Christi cruci affixi, luminaribus, duobus Vasculis, altero cum vino, altero cum aqua benedicta, & asperforio ac linteo mundo ante pectus communicandi ponendo instructa præparetur, in qua supposito Corporali pixis cum Sanctissimo Sacramento collocari possit.

§. II. Quo ritu.

Ægrotis parochianis, etiamsi extra præscriptos Paschales dies Sacramentum Communionem sumplerint, nihilominus Paschalibus diebus illam ministrent: nunquam verò hoc Corporis CHRISTI Sacramentum ad ægrotos, aut alios ullus Sacerdos quovis anni, etiam Adventus, Quadragesimæ, & majoris Hebdomada die, nisi decenter superpelliceo ac desuper stolâ indutus deferat; Custos quoque superpelliceo ornatus, lumen, librum Ritualem seu Pastorem, bursam cum Corporali, item linteolum purgatorium ad abstergendos digitos Sacerdotis, campanulam quoque

sonantem præferat, quo populus sui officium erga Sanctissimum Sacramentum, tum erga infirmum admoneatur; idque observetur, etiamsi infirmus frequentius in ægritudine sua sacrosanctam Eucharistiam sibi ex pietate deferri perat; sin secus facientes gravi pœnâ arbitrariâ animadvertetur.

§. III. Eucharistia ad ægros cum lumine deferenda.

Parochi seu Vice-Parochi sibi commissos sæpè hortentur, ut dum Sanctissimum hoc Sacramentum ad ægrotum deferatur, & ad Ecclesiam refertur, frequententer ac devotè tædas ardentes præferentes comitentur. Pastor autem, seu Sacerdos ejus vices gerens Sanctissimum Sacramentum ad ægrotum delaturus, signum campanæ, quo fideles ad Sacramentum comitandum invitentur dari jubeat, semperque duo, ut minimum, cum luminibus ex ægroti vicinis Presbyterum cum Custode à templo ad ægrotum reverenter deducant, & ad Ecclesiam reducant; ad quam pietatem promovendam singulis deducentibus & reducentibus quadraginta dierum indulgentiam autoritate nostrâ Archiepiscopali impertimur.

§. IV. Idque tempestivè si mortis imminet periculum.

Vaticum sacratissimi Corporis Domini ægrotantibus maturè & sollicitè ministrandum est, ne fortè contingat eos tanto bono Parochi incuriâ privatos decedere. Ægro dies aliquot sumpto viatico supervivente, iterumque communicari volente, pio ejusdem desiderio Parochus non desit.

§. V. Infirmus vi morbi oppressus monendus, ut spiritualiter communicet.

Parochus adveniens si infirmum vi morbi oppressum communicare nequeat, eundem ut fide vivâ, quæ per dilectionem operatur, desiderium seu votum cœlestem hunc cibum sumendi concipiat, admoneat.

§. VI. Eucharistia non deferatur de nocte nisi urgente necessitate.

Abusus, qui frequens esse solet, ut sub Vesperum ad ægros deferatur Sanctissimum Sacramentum, tollatur, & nisi necessitas aliud suadeat, jejuni tantum Eucharistiam sumant; nunquam tamen

L 3 Pastor

C. Sanè de cel. b. Miss. stat. Sifridi Archiep. Coloni. p. 40. col. 2. in fine stat. Wilhelmi Archiep. Coloni. p. 182. col. 2.

Pastor quovis etiam nocturno tempore vocatus, infirmo Sacramenta administrare intermittat, sciatque se gravissimè puniendum, si ejus culpà infirmus è vita excefferit tam necessariò non munitus Sacramento.

§. VII. *Duæ Hostiæ deferantur ad ægrum.*

Stat. W. Helmi Archiep. p. 182. col. 2.

Ordinariè non unica, sed duæ ad minimum Hostiæ consecratæ ad ægrum deferantur, ut, unâ infirmo porrectâ, altera ad Ecclesiam referatur, ne, Parocho ad Ecclesiam redeunte, inanem pixidem populus adoret.

§. VIII. *Equitantes & currui insidentes ad adorandam Eucharistiam descendant.*

Cum quis Sacerdoti ad ægros Eucharistiam deferenti, aut cum eadem inde redeunti equo vel currui insidens occurrerit, statim descendant, flexisque genibus Sacramentum adoret.

Stat. S. Frick p. 41. col. 1. sub fin.

§. IX. *Sacerdoti longius ituro pixis è collo pendeat.*

Quod si longius difficilisque iter ineundum, aut etiam equitandum fuerit, pixis cum sacra Hostia burfæ decenti collo appensæ pectori alligatæ includatur, ut neque decidere, neque è pixide sacra Hostia possit excuti.

TITULUS VIII.

De Sacrificio Missæ.

CAPUT I.

§. I. *De illicitè ad Ordines provolantibus.*

C. 2. 3. 8. 13. 14. 5. 16. de tempor. ordin. Trid. sess. 7. de Ref. c. 11.

Gravi animi nostri molestiâ compemimus, quod nonnulli suæ salutis immemores, Dei que timore postposito, ad Ordines sacros non legitime contendunt, partim quod ante præscriptam ætatem, vel extra tempora à jure statuta, & quidem diebus nec Dominicis, nec Festis, vel absque dimissoriis Antistitis sui Diocæsani literis, ab Episcopo alieno, sine dispensatione Apostolica, partim etiam specie tituli, seu beneficii Ecclesiastici, seu patrimonii fidei vel fiduciarii, aut etiam falsi contra Sanctiones Canonicas, cum maximo bonorum omnium offendiculo, & status clericalis opprobrio sese curaverint ordinari, imò quamvis taliter ordinati, à suorum Ordinum usu & exercitio ipso jure essent suspensi, in iisdem Ordinibus ministrando, præter alias, etiam irregularitatis pœnam incurrissent, nihilominus suam patriam, in qua facilius horum notitia potuisset haberi, fugiant, & in Civitate & Diocesi nostra sacrificent, divinis fungantur Officiis, & Ecclesiastica administrare Sacramenta non vereantur.

§. II. *De præsumptibus celebrare sine ordinatione.*

C. firmiter de sum. Trid. sess. 22. de Sacrif. Miss. c. 1. & 11.

Maximè autem detestabilis eorum est temeritas, qui Catholicam veritatem, quâ tam ex divina institutione,

& Apostolica traditione, quàm sanctæ matris Ecclesiæ sanctione soli Sacerdoti ritè consecrato potestas fit *pro vivis & defunctis sacrificium offerendi*, sacrilego facto oppugnant, dum sacro Presbyteratus Ordine minimè initiati sacrum celebrare, & abominabilem committere idololatriam non formidant.

§. III. *Sacerdotes ignoti ad Sacramentum non admittantur, nisi exhibito ordinationis testimonio.*

Nos innumeris, quæ ex hac celebratione, potissimum autem ex minis Canonica Clericorum ordinatione proveniant, malis, quantum in Domino possumus, maturè occurrere cupientes, quæcunque sacrum Oecumenicum Concilium Tridentinum, summi Pontifices & Prædecessores nostri Archiepiscopi Colonienses, de extraneo, vago, ignoto, seu peregrino Clerico seu Sacerdote à sacris administrationibus arcendo, ritè & rectè sanciverunt, ea firmiter observari mandantes, omninò interdiciamus, ne quis extraneus, vagus, ignotus, vel peregrinus, imò nec quisquam ratione seu originis, seu domicilii, seu beneficii Diocæsanus noster ab alio Episcopo ordinatus Sacerdos, etiam Regularis quomodocunque exemptus, in ulla Civitatis vel Diocæsani nostræ Ecclesia, sive Seculari, sive Regulari, ad celebrandum Missam, Sacramenta ministranda, aut etiam prædicandum verbum

Sess. 14. de Ref. c. 3. sess. 23. de Ref. c. 16. Stat. Henr. Archiep. Colon. p. 63. c. 10. Philip. p. 283. col. 2. Synod. Colon. celebrata sub Ernesto Anno 1598. tit. 4.

Verbum Dei, admittatur, nisi exhibito prius Episcopi sui, à quo ordinatus est, testimonio, vel Superioris sui commendatitii literis.

S. IV. *In aliena Diœcesi commoratus, Ordinarii commendatitias adferat.*

Quod si quispiam in aliena Diœcesi diu commoratus fuerit, testimoniales etiã Ordinarii Diœcesani illius loci literas adferat, quibus de ordinatione sua legitima, morum integritate, honestâ conversatione, & quòd nullo excommunicationis, irregularitatis, aliove Canonico impedimento ab executione Ordinis prohibeatur, fidem faciat.

S. V. *Cautela adversus literas obreptitias.*

Et ne aliquando pro Ordinis functione suppositivæ obrudantur literæ, omnium ac singularum Civitatis & Diœcesis nostræ Ecclesiarum Prælatis, Superioribus, Pastoribus, Vice-Pastoribus, Presbyteris, Sacristis, Aedituis, Custodibus, aliisque Ecclesiæ ministris quibuscunque præcipimus, ut deinceps nullum alterius, vel etiã nostræ Diœcesis ab alio Episcopo Ordinatam Sacerdotem ad sacro-sanctum Missæ Officium celebrandum admittant, nisi prius ipsis constiterit, quod hujusmodi testimonia & literæ commendatitiae omni fraude careant & suppositivæ non sint.

S. VI. *Decani à sibi commissis clericis documenta ordinationis exigant.*

Decani itaque omnes tam collegiatarum Ecclesiarum Civitatis & Diœcesis nostræ, quàm Rurales advigilent, quinam suis in Ecclesiis, vel sub sui Decanatus districtu degant Pastores ac Vice-Pastores, & hi, quales in suis Parochiis, seu Ecclesijs Sacerdotes, Sacellanos, Vicarios, clericosve habeant; Decani à sibi subjectis, Pastores & Vice-Pastores à suæ Ecclesiæ clericis documenta ordinationis & literas commendatitias exigant, & ad nos, vel nostrum Vicarium infra tres proximos menses, à die habitæ hujus nostri mandati notitiæ numerandos referant, vel fideliter referri faciant; ut delegitimo eorum, qui modò in Civitate & Diœcesi nostra in Ordinibus sacris ministrant, in Ecclesiam introitu, scientiã, vitã & moribus nobis constet.

CAPUT II.

S. I. *Facinorosi Sacerdotes sacris amovendi.*

Cum Episcopi etiã ex sanctione Concilii Tridentini curare debeant, ne quis publicè criminofus Sacerdos, aut sacro altari ministrare, aut sacris interesse permittatur; injungimus omnibus Ecclesiarum Prælatis, Superioribus, Ruralibus Decanis, aliisque animarum curam habentibus, Regularibus, Secularibus, ut publicos Concubinarios, Usurarios, Simoniacos, aliosque palàm excommunicatos, vel aliàs publicè criminofos Presbyteros ad altaris ministerium non admittant.

*Sess. 22. de
obscr. in celebr.
Missæ.*

S. II. *Amovendi etiam qui habitum & Tonsuram clericalem non gestant.*

Injungimus præterea omnibus & singularis Civitatis & Diœcesis nostræ Ecclesiarum tam Secularium, quàm Regularium Superioribus, & Ministris, ut nulli sacerdoti sacrificium Missæ suis in Ecclesiis celebrare, nullique Diacono vel Subdiacono solenniter intervire permittant, qui honesto clericali & Ecclesiastico habitu suo Ordini ac statui convenienti non sit indutus, capillisque decenter recessis, clericalem etiã justæ magnitudinis Tonsuram seu coronam in vertice capitis conspicuam non gerat: maximè cum pii etiam laicorum animi ministros CHRISTI, more militum comatos, & calamistratos sacris altare, vel intervire altaribus horreant: Et Concilium tam Oecumenicum Tridentinum, quàm Provincialia & Synodalia Colonienfia declarent, nullum primâ Tonsurâ initiatum, aut etiã in Ordinibus sacris constitutum fori privilegio gaudere, nisi Tonsurâ & habitu clericali à laicis distinguatur.

*Sess. 23. de
Ref. c. 6.
Synod. Colo.
sub Sifrido
p. 44. c. 9.
Sub Henri.
p. 86. c. 2. sub
Walramo
p. 111. c. 4.*

CAPUT III.

S. *Cæremoniarum in Missa uniformitas commendatur.*

Sicut una est Christi Ecclesia, sic omnia Ecclesiæ membra uniusmodi esse, & concordiam semper observare necessum, maximè in sanctissimo Corporis & Sanguinis CHRISTI Mysterio, quo multi, teste Apostolo, *unum sumus*. Quamvis ad præcavendam omnem varietatem, atque cæremoniarum ac rituum in sacre Missæ Officio

*C. 3. 4. de
clericis pere-
grinis.*

Officio confusionem, Episcopus Sacerdotes omnes à se recens ordinatos admonet, ut diligenter totius Missæ Ordinem, ac sacræ Hostiæ Consecrationem, Fractionem & Communionem ab aliis jam doctis Sacerdotibus ediscant, priusquam ad celebrandam Missam accedant; experientiam tamen cognovimus sæpè tam rudes & SS. Rituum ignaros reperiri Sacerdotes, ut in congruis cæremoniis populum magis offendant quàm ædificent.

S. II. *Cura & sollicitudo Archiepiscopi
Colonienfis.*

Quod cum ex defectu librorum, qui ritus & cæremonias dicendi Missam continent, magna ex parte provenire animadverteret Decessor Noster FERDINANDUS, ei malo ut occurreret, cæremoniarum & ritus uniformiter in Ecclesiis sibi subjectis observarentur, Missale Colonienfè Romano conforme edendum, eidemque Generales & Speciales Rubricas plenissimè inferendas curavit, & nè Ecclesia nostra piè intenti operis fructu defraudaretur, in Synodo sua Colonienfi postremam omnibus in virtute sanctæ Obedientiæ mandavit, ut amotis quibusvis aliis, sive jam antiquatis, sive peregrinis, vel privatis, & omnibus singularum Ecclesiarum propriis Missalibus, deinceps novo Missali uterentur: iussit etiam, ut in omnibus Ecclesiis collegiatis & Parochialibus, aliisque ubi plures sunt Clerici, unus constitueretur, qui Cæremoniarum, ac rituum curam gereret, novos Sacerdotes cæremoniis instrueret, ut omnia suo ordine, loco ac tempore fierent, advigilaret, & si quæ corrigenda vel emendanda observaret, desuper singularum Ecclesiarum Superiores, Decanos, Pastores Vice-Pastores & Rectores certiores redderet.

S. III. *Neomystæ in Cæremoniis instruendi.*

Cum verò hætenus salubre illud decretum minùs sit observatum, idcirco sub gravi etiam arbitrariâ pœna prohibemus, ne quisquam deinceps Sacerdos secularis primitias celebret, nisi prius generales & Speciales Rubricas & ritum celebrandi Missam, secundum præscriptum Missalis diligenter perlegerit, atque sacris Missæ ritibus & cæremoniis, ab aliquo pio & erudito, cæremoniarumque & ri-

tuum Ecclesiæ apprime perito Sacerdote, debite fuerit instructus; nec non easdem cæremonias & ritus se perfecte didicisse, Capitulo vel Decano, aliivè Superiore, cui subest, testimoniò instructoris sui legitime probaverit.

S. IV. *Cæremonia tantum præscripta adhibenda.*

Etiam pariter, ne vllus Civitatis vel Dicecesis nostræ Sacerdos in utilitate cæremoniis ac ritibus in Missæ Sacrificio utatur, plures scilicet Cruces, benedictiones, aut genuflectiones faciat, quàm Missalis prædicti Rubricis ac Regulis præscribuntur, sed omnes juxta ejusdem normam tremendum illud Missæ Sacrificium reverenter pièque peragant, modeste ac religiosè in omnibus ejusdem ritibus ac cæremoniis sese accomodantes.

Trid. sess. 22. de obser. in celeb. Miss. §. postremo.

C A P U T I V.

Damnatur Tabaci usus ante Sacrificium.

Indecorum est ante Missæ Sacrificium tabacum sumere, idcirco constitutioni URBANI VIII. Pontificis Maximi insistentes sub pœna gravissima arbitrio nostro imponenda prohibemus, ne ullus omninò Clericus, seu Laicus, multòque minùs quisquam Sacerdos per tubulos ante Missæ Sacrificium, aut sacram Communionem tabacum hauriat vel percipiat; nam ut S. Augustinus ait: *Placuit Spiritui Sancto, ut in honorem tanti Sacramenti, prius in os Christiani Corpus Dominicum intraret, quam cæteri cibi.*

Constit. 161. Tom. 4. Bullarii editi Lugduni Galliarum.

Epist. 118. ad Ianuarium.

C A P U T V.

Excommunicari & criminosi sacris arcendi.

Cum manifesti Clericorum percussores etiam non denunciati, vel ob quamcunque causam excommunicati declarati, item Usurarii, & alii criminosi publici, ab omnibus Christi-fidelibus præsertim in Missæ Sacrificio vitari debeant, caveant Sacerdotes, ne illis præsentibus rem sacram peragant sub pœnis suspensionis à divinis eo ipso incurrendæ, & aliis nostro arbitrio infligendis. Quod si moniti ab Ecclesia discedere noluerint, id statim Superioribus insinuetur.

Trid. 22. sess. in decreto de observand. in celeb. Missæ.

C A P U T

90 Decreta Synodalia D. Maximiliani Henrici

puli nomine Sacrificanti respondeat, ac vinum aquamque porrigat, isque pro reverentia divini sacrificii sit honestè vestitus, pallio vel superpelliceo indutus. Novam idcirco consuetudinem, quæ in quibusdam Diocesis nostræ locis invaluit, ut Sacerdotes tum Seculares, tum Regulares, maximè in pagis Missam sine Ministro respondente celebrent, tanquam ab Ecclesiæ traditione, & Apostolicis Constitutionibus alienam sub gravissima pœna omninò abrogari, nullamque prorsus scœminam cuiusvis ætatis aut conditionis, Sacrificanti ministrare mandamus.

C. Inhabendis de cohab. Cler. Stat. S. Fridi p. 36. col. 1.

s. II. Ministrorum habitus & actio.

Stat. Conradi Archiep. Colon p. 12. col. 1. Stat. Wilhelmi p. 153. col. 1. Stat. Freder. p. 215. col. 2. in fine.

DUm Missa in quacumque Civitate & Diocesis nostræ Ecclesia Subdiacono & Diacono ministrantibus cantatur, hi debitâ Clericali Tonsurâ, sacris vestibus juxta ordinem quique suum ab aliis sint distincti, nec unquam à Sacerdote, cui inserviunt, ne quidem ut chorum cantu juvent, recedant: sed ad finem Sacrificii eidem ad Altare assistant, aut si celebrans sedeat, hinc inde utrumque ejus latus confidentes claudant.

C A P U T IX.

s. I. Officia Dominicalia propria retinenda in Sacrificio.

Quoniam sancta Mater Ecclesia Spiritus Sancti instinctu singulis Dominicis & festis diebus, singula ac peculiariter assignavit Officia, mos ille improbandus est, quo Dominicis diebus inter Festum Paschæ & Pentecostes, omisso proprio Dominicæ diei Officio Missæ diei Resurrectionis Dominicæ: & à Festo Pentecostes usque ad Adventum Domini alternis vicibus, vel de Sanctissima Trinitate, vel de Sancto Spiritu cantatur; quare in virtute sanctæ Obedientiæ præcipimus, ut non obstante contrariâ fundatione, institutione, Consuetudine etiam immemorabili, deinceps in dicendis vel cantandis Missis servetur ordo breviarii, ac proinde Missa quotidie, præsertim verò diebus Dominicis, cum diei Officio conveniat.

Arg. C. d. de celeb. Miss. Concil. Prov. Colon. de anno 1536. pag. 352. cap. 16.

s. II. Hostia major in Sacro adhibenda.

Celebraturi Missam, nullâ aliâ, quam majori Hostiâ utantur: & quia quidam Sacerdotes ex crassa ignorantia unicam duntaxat Hostiam, quam Monstrantiæ seu Hierothecæ imponant, consecrant, vereri, quæ in ea fuit, in Sacrificio sumptâ: ad integritatem autem Sacrificii Hostiæ oblatae consumptio pertineat, ideò ad eandem in divinissimo Missæ Sacrificio conservandam mandamus, ut quotiescunque Hostia, quæ Monstrantiæ imponatur fuerit consecranda, Sacerdos celebraturus duas majores consecret, quarum unam sumat, & alteram Hierothecæ sive Monstrantiæ imponat.

C. Relatum 11. de consecr. dist. 2.

s. III. Ejus in Monstrantia expositæ usus.

Vetus autem Hostia à Celebrante ex Monstrantia seu Hierotheca exempta, vel statim cum eâ, quam consecravit, vel in ipsum Calicem, si fuerit nimis humida, injecta, cum Sanguine, vel certè (quod satiùs est) post sumptum Christi Sanguinem ante ablutionem sumatur, vel seponatur à Celebraturo sequenti die sumenda. Extra Octavam Festi Corporis Christi, quia durante eadem, Hostia in Monstrantia sive Hierotheca remanens postridie diei octavæ sumi poterit, durante autem dicta Octavâ collocetur Hierotheca in tabernaculo sacratissimi Sacramenti, quod si ejus non sit capax, extrahatur sacra Hostia, & in Ciborium, calicem, seu pixidem reponatur, nunquam verò dicta Hierotheca seu Monstrantia cum sacra Hostia in armarium, sacristiam, vel alium locum minùs decentem, vel non satis munitum referatur.

C A P U T X.

s. I. Vinum in Consecratione adhibendum.

EX Concilii Florentini definitione constat, Materiam Consecrationis Calicis Christi, esse Vinum naturale de vite, cui aqua modicissima, non verò alii liquores admisceri debent; proinde ad Sacrificium adhibeatur Vinum incorruptum, purum, non acescens, neque Hispanicum, nisi genuinum, non verò ex melle aliisque aromatibus confectum esse constiterit.

In decreto Eugeni. 4.

s. II.

§. II. In musto non consecrandum.

C. cum omne
crimen §. 2. de
de consecr.
dist. 2.

C Ravis porro irreverentia est extra necessitatem in musto seu vino ex uvis recens expresso, propter ejus impuritatem consecrare, proinde solas uvarum primitias in calicem expressas certo anni die consecrari prohibemus.

§. III. Genusflexio Sacerdotis.

Joan. 4. v. 23.

Q Uoties Sacerdoti ex præscripto Missalis, aut libri Ritualis genuflectendum est, ut adorantem Deum vivum, & verum in Spiritu & Veritate decet, profundissimè ad terram sese in dextrum genu demittat, ut internam animi sui demissionem & adorationem externâ hac reverentiâ Deo omnipotenti profiteatur.

§. IV. Partes sacri per cantum vel Organum non mutilandæ.

Pag. 352.
col. 1. & 2.
pag. 481. col. 1.

C Urent quoque Ecclesiarum Superiores, ut quæ à Provincialibus Conciliis sub Prædecessoribus Nostri HERMANNO V. & ADOLPHO III. præscripta sunt, executioni demandentur, & tam in summâ, quàm defunctorum Missæ Sacrificio, Epistola, Symbolum Fidei, Præfatio, & Oratio Dominica, Cantorum vel Organorum concentu non mutilentur aut intercipientur, multo minùs reliquum decantandæ Missæ Sacrificium post elevatam Hostiam lectione submissâ absolvatur, sed tota Missa distinctè & articulatè canatur, nihil Organo vel vocali cantui lascivum aut impurum admisceatur, omnisque cantus non aliud, quàm quod audientium corda in Deum rapere queat, personet; Invigilent quoque ne Concensus Organi, vel nimia properatione vel brevitate Majestati cultus divini aliquid detrahat, aut Clero aut astanti populo nimia protractione tædium aut fastidium pariat.

§. V. Canon Missæ secretè legendus, nihilque in eo addendum.

Trid. sess. 22.
de Sacrific.
Missæ. c. 5.

S ANCTA Mater Ecclesia, ut quædam submissâ, alia verò elatiore voce in

Missâ pronuntientur, instituit; proinde singuli Sacerdotes, Sacrum Missæ Canonem secretò pronuntient, nihilque in eo, vel pietatis, vel reverentiæ causâ unquam addant vel omittant, nequè preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Ecclesia probatæ, ac frequenti & laudabili usu receptæ fuerint, illasquè duntaxat Missas, quæ in Missali reformato continentur, legant.

Trid. cit. loco
de reto de ob-
serv. & evit.
in celebrat.
Miss.

§. VI. Ad promovendam devotionem signum campanæ detur ad elevationem.

D UM Corpus & Sanguis Domini nostri JESU CHRISTI elevatur, cantica & organa quiescant, omnesquè in genua procumbant ac facie & animo ad Sanctissimum Sacramentum conversi, Deum omni pietate adorent & venerentur: quem in finem ad elevationem signum detur cum majori campana.

§. VII. De duplicanda Missa & Missis siccis.

E XTRA casus jure permisos, nullus uno die duas Missas celebret, nequè quicquam ad duas Missas unâ die celebrandas consuetudinem sine Apostolica, vel Nostra facultate sibi posse suffragari opinetur. Eadem lege Missas siccas, in quibus Corpus Domini nec consecratur, nec sumitur, interdiciamus, ac penitus abrogamus; noverintque deinceps Missam hujusmodi siccam, vel ad purificandam mulierem, vel celebrandum conjugium, vel ullum alium finem celebraturi, quod Nostram non effugient animadversionem.

C. Consulisti C. Te referente de celeb. Miss.
Stat. Sifridi p. 26. col. 1.
Stat. Walrami p. 114. col. 1. in fine.

§. VIII. Semihoræ spatium ad Missam communem sufficit.

U T porro omnia decenter circa Missæ Sacrificium peragantur, Sacerdos semihoræ circiter spatium Missæ privatim celebrandæ impendat, eamquè in vultu, moribus & gestibus modestiam, in cæremoniis peragendis gravitatem inter sacrificandum ostendat, quam tanti Mysterii majestas requirit.

TITULUS IX.

De Sacramento extremæ unktionis.

CAPUT I.

§. I. *Extrema unktionis utilitas.*

Trid. sess. 14. de extr. unct. c. 1. 2. & can. 1. in procem.

Sacramentum extremæ unktionis non modo Pœnitentiæ, sed & totius Christianæ vitæ consummativum est, ad hoc speciatim à Christo Domino institutum, & per Jacobum Apostolum fidelibus commendatum atque promulgatum, ut sub finem vitæ, si quæ restent, peccatorum reliquias, & omnia, quæ animam mox è corpore migraturam, ab ingressu cœli remorari possunt, impedimenta tollat: adedque hominem ad introitum regni cœlestis: nisi saluti animæ sanitas corporis magis expedierit præparet atque expeditam reddat; unde Sacramentum hoc à nemine negligendum est.

§. II. *Tempestivè suscipienda.*

Ideirco populus tam publicè in concionibus, quàm privatim à Pastoribus, Vice-Pastoribus & Concionatoribus frequenter moneatur, ut adultus quisque in veri-simili mortis periculo propter infirmitatem constitutus, tempestivè hoc Sacramento, dum sensus & ratio adhuc viget, muniatur, ut majore cum reverentia illud suscipiat, & ad actus pietatis, amoris & fiduciæ in Dei misericordiam eliciendos virtute hujus Sacramenti excitetur.

CAPUT II.

§. I. *Quis sit minister extremæ unktionis.*

Clem. 7. de priv.

Minister hujus Sacramenti est Sacerdos jurisdictionem habens, unde graviter peccat, qui cum nec proprius sit Pastor infirmi, nec ab Episcopo Diœcesano, ejusve in Spiritualibus Vicario, nec à proprio Pastore licentiam obtinuerit, hoc Sacramentum administrare præsumit; Religiosi verò, nisi & ipsi sint Parochi sententiam excommunicationis Sedi Apostolicæ reservatam ipso facto incurrunt, si Clericis, vel Laicis Sacramentum unktionis, sine Episcopi Diœcesani, vel Parochi proprii licentia ministrarint.

§. II. *Quando Sacerdos simplex possit inungere.*

Quod si proprius Parochus absit, vel non possit, aut hoc Sacramentum periculosè ægrotanti ministrare nolit, neque etiam ad Nos, Nostrumvè in Spiritualibus Vicarium aut saltem Archidiaconum ob loci distantiam, aut aliud impedimentum pro petenda licentia facilis detur accessus, tunc quivis alius idoneus autoritate Nostrâ approbatus Sacerdos, non excommunicatus, neque suspensus licitè ministrat; cum Sacramentum hoc animæ in extrema lucta perquam utile, firmissimumque contra Dæmonis infestationes sit præsidium. Sacerdos si per errorem in extrema unktionem infirmum unxerit sacro Chrismate, vel Catechumenorum Oleo, postquam errorem adverterit, Olei sacri, quod proprium infirmorum est, unktionem adhibeat, formâ repetitâ, cum ex defectu materiæ Sacramentum fuerit invalidum.

Trid. cit. loc.

§. III. *Sacerdoti longius eunti quid faciendum.*

Quod si propter peragendum longius iter effusio timeatur, vas Sancti Olei sacculo honesto, aut bursæ Violacei coloris inclusum Sacerdos è collo suspendat, ut omne periculum evitetur.

§. IV. *Sacramentum Eucharistiæ & unktionis simul ad infirmum deferendum.*

Si infirmo post peccatorum suorum confessionem mors imminere videatur, tunc cum sacro viatico Oleum infirmorum ad eum per ipsum Sacerdotem unâ cum sacra Eucharistiâ deferri poterit, nisi alius Presbyter vel Diaconus, qui Oleum sanctum deferat haberi possit, qui superpelliceo indutus cum Oleo sacro occultè delato sequatur Sacerdotem viaticum portantem, ut postquam infirmus viaticum sumpserit, à Sacerdote inungatur.

CA-

CAPUT III.

s. V. *Contemptor hujus Sacramenti Ecclesiasticâ privatâ Sepulturâ.*

s. I. *Pueri an hujus Sacramenti capaces.*

Cum solus baptizatus ratione utens hujus Sacramenti sit capax; idcirco pueris, aut amentibus, qui ab ipso ortu nunquam mentis fuerunt compotes, non est extrema unctio ministranda, cum fructus hujus Sacramenti non sint capaces.

s. II. *Qui modo violento perimuntur, non sunt inungendi.*

Sacramentum hoc iis conferri non potest, quibus extrinsecus gladio, suspendio, submersione, aut aliâ vi, mors est inferenda, quia non dicuntur infirmi; vulneratis tamen lethaliter, cum infirmis accenseantur, dari debet.

s. III. *Utronee Pastor infirmum accedat.*

Si Pastor quempiam ex suis infirmum esse reseiverit, de quo veretur, ne forte negligentia aut malitia domesticorum aut propinquorum Sacramentis non munus moriatur, adibit ædes infirmi etiam non vocatus, eumque de Sacramentis suscipiendis & cura salutis suæ monebit. Quod si per occupationes non liceat Pastori adesse morituro, submittat ipse, aut moneat infirmum, ut alium Sacerdotem vel Religiosum advocari curet, qui morti propinquum in lucta contra Serpentem salutis insidiantem animet & consoletur.

s. IV. *Timor suscepto hoc Sacramento citius moriendi improbat.*

Pastores & Vice-Pastores graviter quoque reprehendant parùm Christianum quorundam timorem, quo sibi persuadent, si inungantur, eò se citius morituros, susceptoque hoc Sacramento Testamentum condi non posse.

Quod si quis hoc Sacramentum contempserit, vel in extremis constitutus compos mentis, impendi sibi noluerit, juxta constitutionem Concilii Provincialis sub Decessore Nostro AD O L P H O III. Archiepiscopo habiti, Ecclesiasticâ careat sepulturâ.

pag. 456. col. 1.

s. VI. *Post susceptam sacram Unctionem infirmo petenti rursus Sacramentum Eucharistiæ & Pœnitentiæ est administrandum.*

Consuetudo quidem ubique firmè obtinet, ut Sacramentum Extremæ Unctionis, ultimo loco inter Sacramenta morituro conferatur, quia est Sacramentum exeuntium: nihilominus post acceptam Extremam Unctionem, si infirmus aliquanto tempore vivat, & viaticum iterum petat, ei administrari debet, at quoties voluerit, à peccatis absolvi. Item quibus ob insaniam, furorem, gravem casum, vel alium morbum usu sensuum destitutis Sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ administrari nequeunt, extrema tamen unctio dari potest, quamvis antequam insanirent, aut loquelam amitterent, non petierint, dummodo aliâ bonæ vitæ fuerint.

Trid. c. 3.

s. VII. *In novo mortis periculo denuò quis potest inungi.*

Ad moneatur etiam populus, Extremam Unctionem toties utiliter iterari posse, quoties quis in gravem & periculosum morbum relabatur, præmissâ tamen semper Sacramentali Confessione & Communionem, si fieri queat; non tamen in eadem ægritudine cum eodem mortis periculo, etiam ad plures menses permanente, nisi jam semel inunctus melius habere cœperit, & medicorum iudicio extra probabile seu propinquum mortis periculum fuerit constitutus.

TITULUS X.

De Sacramento Ordinis.

CAPUT I.

§. I. Decreta ordinandis præscripta ab eis relegendæ.

QUæ in conferendis & suscipiendis Ordinibus requiruntur, tam sancta Tridentina Synodus, quàm Provinciales & Diocesanæ Colonienfes Constitutiones accuratè quidem sunt complexæ, verùm cum non ab omnibus ea observentur, hinc universos ac singulos ordinandos seriò duximus admonendos, ut quo sunt studio præscripta, eo fervore legant, observent & exequantur.

§. II. Ordines à proprio suscipiantur Episcopo, & quis ille.

C. 1.2.3. de temporib. ord. Trid. sess. 6. de Ref. c. 1. sess. 7. de Ref. c. 11. sess. 14. de Ref. c. 2. sess. 23. de Ref. c. 8.

SCiant omnes ad Ecclesiasticos Ordines aspirantes, unumquemquè à proprio Episcopo seu Originis, seu beneficii Ecclesiastici, seu domicilii in sua Diocesi residente, aut pro eo ibidem Pontificalia exercentè Ordinari debere; & si secus fiat, Ordinantem à collatione Ordinum per annum, & ordinatum ab executione Ordinis, quem ab alieno Episcopo, sine proprii sui Antistitis expressa licentia, aut literis dimissoriis acceperit, quamdiu proprio Ordinati Episcopo expedire videbitur, ipso jure esse suspensum, idemquè in prima tonsura observandum.

§. III. Ordinandorum qualitates à suffraganeis explorandæ.

1. Timoth. 5. v. 22. Trid. sess. 23. de Ref. c. 7. de anno 1536. pag. 341. o. 1.

Vicarius Noster in Pontificalibus sive suffraganeis, præcepti Apostolici, decretorum Ecclesiasticorum, Provincialium nostrorum statutorum memoratissimum caveat, ut manus citò nemini imponat, sed ascitis sibi Sacerdotibus & aliis prudentibus viris, divinæ legis, ac sacrorum Canonum peritis diligenter prius Ordinandorum natales, fidem, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, cæterasque qualitates, ad suscipiendos Ordines requisitas investiget & examinet, ne

si indignos ad sacros Ordines promoverit, alienorum fiat particeps peccatorum, nullumquè Ordinet, nisi quem Ordinarii testimonio de sufficienti titulo provisum compererit.

§. IV. Dimissorias ordinandis dare ad Suffraganeum spectat.

Quemadmodum ex speciali Apostolicæ Sedis, & Nostræ delegatione jus & potestas ordinandi quosvis Civitatis & Diocesis Nostræ subditos tam seculares, quàm Regulares, quantumvis exemptos, est penes Suffraganeum, in Pontificalibus vices Nostras gerentem, tanquam Ordinarium ministrum Sacramenti Ordinis, ita quoquè ad eundem vel maximè spectat, literas dimissorias iisdem Nostris subditis dare, qui ab alieno Episcopo petunt ordinari. Quare nemo Civitatis vel Diocesis Nostræ prædictæ, vel Secularis, vel Regularis etiam quoquo modo exemptus, ad primam Tonsuram, aut Ordinem aliquem Ecclesiasticum alieno se Episcopo sistat nisi de expressa Nostra, Nostrivè Vicarii in Pontificalibus licentia in scriptis obtenta.

Concil. Trid. sess. 7. de Ref. cap. 11. sess. 14. de Ref. cap. 3. & sess. 23. de Ref. cap. 5. 8. & 10.

§. V. Aliis prohibetur.

Verum enim verò, annis Superioribus non rarò fuit animadversum, quosdam ex Nostris Diocesanis indoctos, ac vitæ non satis probatæ, nec aliis requisitis à sacris Canonibus, & Concilio Tridentino dotibus & qualitatibus præditos, absque Nostris, Nostrivè in Pontificalibus Vicarii dimissorialibus literis ab alienis fuisse Episcopis ordinatos, alios verò, ut ejusdem Nostrivè in Pontificalibus Vicarii inquisitionem & examen subterfugerent, quin & minùs idoneos, rudes & ignaros ab eodem tanquam inhabiles, & indignos rejectos, dimissoriales literas variis modis ab aliis extorsisse, & earum vigore in exteris Diocesibus sacros Ordines furtivè, & in steritiis minimè servatis, suscepisse. Nos pro muneris Nostrivè debito, tanto post-hac

Expressus
textus in C.
cum nullus de
tempo. Ord. in
6. C. signifi-
cavit de officio
Archidiaconi.
Declarat.
Card. in cit.
caput 10.
§. quantum-
vis exemptus.
§. etiam im-
memorabili-
bus. §. nec
in Abbatibus
§. & alii
exempti.

hac malo mederi cupientes, omnibus & singulis Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis tam Collegialibus, quàm Ruralibus, Officialibus, Commiffariis, atque Ministris Nostris, quocumquè nomine vocentur, ne illorum quispiam deinceps ulli Civitatis, vel Diœcesis Nostræ Coloniensis subdito, quantumlibet exempto, literas dimissoriales ad primam Tonsuram, Ecclesiasticumvè Ordinem, seu minorem, seu majorem ab alieno Episcopo suscipiendum, quantumvis gravi ac legitimâ causâ urgente concedat, severè prohibemus.

§. VI. Diœcesanis nè primam Tonsuram, aut Ecclesiasticum aliquem Ordinem ab alieno Episcopo accipiant, inhibetur.

Insuper sub pœna suspensionis Diœcesanis Nostris quibuscumque, etiam exemptis, ne quisquam illorum ab alieno Episcopo Clericalem Tonsuram, vel Ecclesiasticum aliquem Ordinem absque speciali Nostra, Nostrivè Vicarii in Pontificalibus licentia in scriptis obtenta, accipere præsumat, inhibemus. Noverint quoque Abbates & alii quicunquè, intra fines Nostræ Diœcesis consistentes, etiam si nullius Diœcesis, vel exempti esse dicantur, literas dimissoriales ullis secularibus, quantumvis ad suam jurisdictionem spectantibus, aut Regularibus sibi non subditis, ut ab aliis ordinentur dare, sibi non esse permissum.

§. VII. Formula dimissorialium.

Modum quo Abbates & alii quorumcumquè Regularium Superiores, quamvis nullius Diœcesis, seu exempti sint, Regularibus sibi subditis literas dimissorias dare possint, ex sententia sacræ Congregationis Cardinalium explicationi dubiorum Concilii Tridentini præfectorum CLEMENS VIII. præscripsit in hæc verba:

DE mandato S. D. N. Clementis divina providentiâ Papa VIII. tenore præsentium mandatur omnibus & singulis quorumcumque Regularium Superioribus, ut de cætero observent & Observari faciant ea, quæ in decreto Sacræ Congregationis Concilii Tridentini continentur, cujus tenor est talis.

Sacræ Congregatio Concilii Tridentini censuit, Superiores Regulares posse suo subdito iidem Regulari, qui præditis qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, literas di-

missorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius Monasterii, in cuius familia ab eis ad quos pertinet, is Regularis postus fuerit: & si Diœcesanus absuerit, vel non esset habiturus ordinationes, vel Episcopalis sedes vacaret, ad quemcumquè alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissorialium in ad tempus, quo Episcopus Diœcesanus vel absurus, vel nullas esset habiturus ordinationes. Verùm cum à Superioribus Regularibus Episcopo Diœcesano absente, vel ordinationes non habente literæ dimissoriæ dabuntur, in eis utique huiusmodi causam absentia Diœcesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum exprimendam esse. Quod si Regulares ordinandi morentur in Monasterio nullius Diœcesis, huiusmodi dimissorias concedendâs esse per Episcopum Viciniorem, in eoquè procedere omnia, quæ de Episcopo Diœcesano superius præscripta sunt. Quod qui non fecerint, officii & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ & passivæ privationis, ac alias arbitrio ejusdem S. D. N. Papæ reservatas pœnas incurrant. In quorum &c. Datum Romæ 15. Martii 1596.

§. VIII. Decretum prædictum inviolatè servandum.

Quod decretum in Civitate & Diœcesi Nostra Coloniensi diligenter & inviolatè à Regularibus quibuscumquè præcipimus observari, sub pœnis in eodem expressis.

§. IX. Quibus primam Tonsuram & minores Ordines possint conferre Abbates, sequens habet declaratio.

Sacræ Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, utraqùe parte informantè, ore & scriptis, & rationibus hinc inde deductis maturè examinatis, inherendo decisioni Rotæ Romanæ sub die 27. Aprilis 1529. coram bon. mem. Cardinale Seraphino de ordine fel. record. Clementis VIII. factæ, nec non declarationibus ejusdem Sacræ Congregationis dictæ decisioni conformibus subsequutis, censuit, improbatâ opinionè contrariâ Abbates Regulares benedictos Congregationis Cassinensis, seu alterius Congregationis, vel Ordinis, aut Instituti, habentes etiam jura Episcopalia, seu quasi Episcopalia, usumque Mitræ, & Baculi & benedicendi, & facultatem primam Tonsuram & mi-

Ext et hoc
decretum
apud Pfäfer.
præxi Episc.
par. 1. c. 1.
art. 2. n. 11.

mi-

minores Ordines conferendi, non posse dictam primam Tonsuram, vel alios Ordines minores, nisi suis subditis Regularibus conferre, non autem Regularibus alterius Congregationis, Ordinis, vel instituti, etiamsi habeant literas dimissoriales suorum Superiorum Regularium, & consensum Ordinariorum, intra quorum Dioecesum fines ipsi Regulares ordinandi existunt. Et multò minus personis secularibus etiam habentibus literas dimissoriales à suis Ordinariis. Ac propterea inhibuit Archiepiscopus, Episcopus, & aliis Prælati inferioribus tam Secularibus, quàm Regularibus, ut in futurum concedere non audeant supradictas literas dimissorias huiusmodi Abbatibus directis, nec ab istis recipere: quod si secus fiat, tam concedentes, quàm Ordinantes à collatione Ordinum suspensi remaneant, præter alias pœnas arbitrio ejusdem Congregationis reservatas. Quam declarationem Sanctissimus D. N. die 17. Januarii 1642. ad se delatam approbavit, & inviolabiliter observari iussit.

§. IX. *Dicta observari jubentur.*

Quæ quidem præmissa omninò volumus & jubemus in Civitate & Dioecesi Nostra Coloniaensi exactissimè observari.

C A P U T II.

§. I. *Illegitimus num ad Ordines admittendus.*

Quod verò ad Ordinandorum qualitates spectat, nòrint omnes, eum, qui non est de legitimo matrimonio natus, à susceptione primæ Tonsuræ & Ordinum rejcti, nisi à bona indole, vitæquæ & morum probitate, ac pietate ita commendetur, ut non paternum incontinentiæ crimen sectaturus, sed vitâ & exemplo suo pietatem & cultum Dei promoturus speretur; quo casu ad primam Tonsuram, minores Ordines, atquæ simplex beneficium Ecclesiasticum autoritate Nostrâ Ordinariâ interveniente; ad majores verò Ordines, & alia beneficia Ecclesiastica, non nisi per Sedis Apostolicæ dispensationem poterit admitti.

§. II. *Ordinandi testimonium Ordinis suscepti producant.*

UT de cujuslibet Ordine certius securiusquæ constet, singuli tam Re-

gulares, Ordinum etiam Mendicantium, quàm seculares de prima Tonsura & Ordinibus susceptis, testimonio Episcopi Ordinatoris per literas à Notario ipsius Episcopi subscriptas, & sigillo saltem ejusdem Episcopi communitas docebunt, antequam ad altiorem Ordinem provehantur.

§. III. *Qualitates initiandi primâ Tonsurâ.*

N ullus nisi sit origine, vel domicilio Dioecesanus Noster, baptizatus, sacri Chrismatis unctione confirmatus, legitimo thoro natus, Fidei Catholicæ rudimenta edoctus, legendi & scribendi, etiam linguæ latinæ jactis fundamentis peritus, quique non habeat de his requisitis, ac de vitæ morumquæ probitate & literatura sufficiens testimonium à proprio Parocho loci, ubi baptizatus fuit, & notabili tempore degit, insuperquæ paratus sit coram Nobis vel Nostro in Pontificalibus Vicario testari se non judicii secularis fugiendi fraude, sed ut Deo liberius serviat, hoc primo Clericorum caractere insigniri velle, primâ Tonsurâ initiatur.

§. IV. *Qualitates initiandi minoribus Ordinibus.*

AD minores Ordines promovendus, non solum præditus sit omnibus qualitatibus ad primam Tonsuram suscipiendam requisitis; sed etiam eadem Tonsurâ insignitus, & si non origine aut domicilio, saltem Ecclesiastico beneficio Dioecesanus Noster, aut proprii sui Ordinarii Dioecesani literis dimissorialibus munitus, linguam latinam intelligat; nec minor sit duodecim annis; bonum quoquæ à Parocho suo, & Magistro Scholæ, in qua studuit, de vitæ morumquæ probitate, doctrinâ, ingenio, & indole testimonium producat, eorumquæ commendatione se eâ voluntate, ingenio & indole præditum doceat, ut non commoditatis suæ gratiâ, sed Dei tantum causâ ad capeffendos Ordines aspirare credatur.

Trid. sess. 23.
de Ref. c. 4.
Stat. Sifridi
p. 38. col. 2.
in fine.

Trid. loc. cit.
c. 5. Concl.
Province. Co-
lon. de an-
no 1539.
p. 345. col. 1.

C. is qui de
filiis presb.
in 6.

§. V.

§. V. *Interstitia in minoribus Ordinibus servanda.*

Trid. cit. c. 11.

Nullus ad plures se Ordines minores simul suscipiendos (nisi aliud Episcopo magis expedire videatur) presentet; cum Concilium Tridentinum temporum interstitia in minoribus non minus, quam majoribus Ordinibus servari: nec quemquam ad sacrum Subdiaconatus Ordinem ante annum elapsam ab Acolytatus susceptione promoveri voluerit, ut eò accuratius in unoquoque Ordine se possit exercere, idque in ea, cui ascriptus erit, Ecclesia (nisi fortè causâ studiorum absit) atque ita de gradu in gradum ascendat, ut in ipso cum ætate vitæ meritum & doctrina major accrescat, quod & bonorum morum exemplum, & assiduum in Ecclesia ministerium, atque major erga Presbyteros & superiores Ordines reverentia, & solito crebrior Corporis Christi communio maximè comprobabunt.

§. VI. *In iisdem ministrandum.*

Loc. cit. c. 17.

Sancta Tridentina Synodus summo flagrans desiderio, ut minorum Ordinum functio reflorescat, & ubi Ministrorum frequentia, & Ecclesiæ facultas permittit, jugiter vigeat, decernit, ut nullius Ordinis ministerium per alios, quam per constitutos in ipso Ordine exerceatur, qui habitum & tonsuram deferant Clericalem. Porro ubi Clerici cælibes non inveniuntur, etiam conjugati vitæ probatæ, ad ea munia obeunda idonei, & qui tonsuram atque habitum Clericalem in Ecclesia gestent, modo bigami non sint, subrogari possunt.

§. VII. *Qualitates majoribus Ordinibus initiandorum.*

Loc. cit. cap. 11. 12. 13.

Qui verò ad Ordines majores se presentare voluerint, multò magis confiderent, sibi in re tanti momenti non esse festinandum; sed ea, quæ in Sacrosancto Concilio Tridentino de singulis Ordinibus per temporum interstitia conferendis, & ordinatis in unoquoque Ordine exercendis ac probandis sancita sunt, exactissimè esse servanda. Quia etiam ad singulos majores Ordines assumendi, per mensam ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho, aut alteri cui magis expedire videbitur, committat, ut nomi-

Cit. sess. Cap. 5.

nibus ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum Ordinandorum Natalibus, ætate, moribus & vita à fide dignis diligenter inquireat, & literas testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat. Volumus pariter in statutis Dicecesanis circa proclamationes præmittendas præscripta accuratè observari.

Statuta Adolphi 3. pag. 432. Cap. quoniam non oportet, & pag. 486. §. an sciant quomodo.

§. VIII. *Quid in quatuor temporibus à Deo petendum?*

Universus similiter Populus à Pastoribus, Vice-Pastoribus & Concionatoribus Dominico die quamlibet sacram Ordinationem generalem proximè antecedente commoneatur, ut cum plerumque ad utilitatem populi disponatur Ordinandorum electio, jejuniis quatuor temporum jam inde ab initio nascentis Ecclesiæ in hunc finem ante singulas Ordinationes indictis, nec non piis sanctisque precibus, toto corde ad Deum convertatur, suaque demissione, & conversione, ab eo impetret, ut Episcopi eorumque adjutores in examinandis, deligendis & ordinandis Ecclesiæ Ministris, suo ritè Officio fungantur, ac tales Deus in messem suam mittendos operarios subministret, qui ei secundum eorum sum, in omni sanctitate, & justitia omnibus diebus vitæ suæ in munere suo fideliter serviant.

C A P U T III.

§. I. *Ordinandorum examini Suffraganeus præsit.*

Quoniam igitur Apostolo præcipiente, manus eorum nemini imponenda est, & ab Ordinandorum examine eorumdem prorsus pendet electio, Vicario Nostro in Pontificalibus, tanquam ad hoc munus in partem sollicitudinis Nostræ potissimum vocato, vel maximè cordi debent esse ea, quæ ad examen hoc ritè instituentium, in Conciliis cum Oecumenico Tridentino, tum Provincialibus ac Synodalibus sub Decessoribus Nostris HERMANNO V. ADOLPHO III. & aliis Archiepiscopis Colonienfibus laudabiliter sancita sunt & decreta. Et quamvis Concilia hæc permittant, ut idem Noster Vicarius adiutores, & socios in hoc examinationis munere habeat, volunt tamen omninò, ut primas sollicitudinis partes teneat; nè si indignos sacro Ordine initiaverit, alieni cri-

1. Tim. 1. v. 22.

Sess. 7. de Reform. c. 11. Sess. 23. de Ref. c. 7. 12. Concil. Provinc. sub Hermann. par. 1. c. 1. & seq. Statuta Adolphi pag. 431. §. quoniam vero. §. mandamus. §. porro quo pius.

N minis

minis confors fiat. Quare inherentes decretis eorundem Conciliorum volumus omnino, & seriò mandamus, ut Ordinandum examini Noster in Pontificalibus Vicarius, cum cæteris Examinatoribus deputatis non tantùm interfit (quando per alias suas occupationes graviores commodè potuerit) sed & eidem examini vice, & auctoritate Nostrâ præsit, & quæ ex antiquis & novis Patrum sanctionibus, de qualitatibus Ordinandorum in œcumenica Tridentina, atque Provincialibus & Diœcesanæ Synodis ordinata sunt, studiosè magnâque cum diligentia observari faciat.

§. II. *Quid Ordinandorum Examinatores jurare debeant.*

Examinatores autem ad examen Ordinandorum assumendi ne à recto devient, atque favore vel munere corrupti peccent; quilibet eorum, antequam recipiatur, coram Nostro in Pontificalibus Vicario, se munus suum quacunque affectione sepositâ fideliter executurum, jurabit. Nullus porò Examinatorum valeat sui loco alium substituere, nisi & ipse substitutus similiter juramentum præstiterit.

§. III. *Ordines gratis conferendi, soli Testimonialium scribæ 16. albi assignantur.*

Cum nihil pro collatione quorumcunque Ordinum, etiam Clericalis Tonsuræ, nec pro literis dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacunque causa exigendum sit; nec etiam sponte oblatum accipiendum, & Oecumenica Synodus Tridentina omnem contrariam consuetudinem etiam immemoriam tanquam corruptelam, & abusum simoniacæ pravitati suffragantem expressè condemnens; idcirco caveant non tantùm Ordinum Collatores, sed etiam omnes & singuli Ordinandorum Examinatores, eorumque famuli, Ministri, scribæ & Notarii, nè ab examinandis ad sacros Ordines suscipiendos, ante, vel post illorum examen, seu Ordinationem, occasione examinis prædicti, vel Collationis Ordinum quicquam prorsus exigant, nè sponte etiam oblatum accipiant. Scriba tamen, sive Notarius Episcopi Ordinatoris, si ipsi nullum aliàs salarii pro eo Officio exercendo sit constitutum, accipiet, juxta Concilii Tridentini permissionem, pro singulis dimissoriis, aut testimonialibus literis, decimam dumtaxat partem unius aurei, quam ad sexdecim albos monetæ Colonienfis, taxamus.

§. IV. *Ætas promovendorum ad Ordines sacros.*

Nullus ad Subdiaconatus Ordinem ante vigesimum-secundum, ad Diaconatus antevigesimum-tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum-quintum ætatis suæ annum inchoatum promoveatur.

§. V. *Ante ætatem ordinati suspenduntur.*

Si quis autem vel secularis, vel Regularis, absque speciali dispensatione Apostolica, ante hujusmodi ætatem ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerit promoveri, ab ipsius Ordinis usu & exercitio ipso jure est suspensus; & si ejusmodi suspensione permanente, in eodem Ordine ministraverit, eo ipso irregularitatis pœnam incurrit.

§. VI. *Tituli Ordinandorum discutiendi.*

Tituli quoque Ordinandorum, sive beneficiales sint, sive patrimoniales diligenter discutiantur, & nemo sacris Ordinibus ad titulum beneficii quantumvis opimi initietur, nisi Canonicam institutionem seu collationem, & pacificam possessionem ejusdem se obtinere antea probaverit; prout à Concilio Tridentino definitum est, cujus verba cum alia præterea contineant, hic duximus inserenda: *Statuit sancta Synodus, ne quis deinceps Clericus secularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, scientiâ & ætate ad sacros Ordines promoveatur, nisi priùs legitime constet eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere; id verò beneficium resignare non possit, nisi factâ mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus; neque ea resignatio admittatur, nisi constiterit, quod aliunde vivere commodè possit; & aliter facta resignatio nulla sit.* Idcirco qui ad Ordinem Subdiaconatus se præsentare voluerint, maturè priùs examinata illius muneris, ad quod aspirant, dignitate, & si opus, quod ultrò appetunt (nempe perpetuam castitatem servandi, Tonsuram & habitum Clericalem deferendi, Horas Canonicas quotidie recitandi, & Dei servitio, atque Ecclesiæ Ministerio se totos mancipandi) vires suas, Deo adjuvante, non excedere sperent, aliquot diebus ante ipsam Ordinationem coram Nostro in Pontificalibus Vicario cum documentis sufficientis ad Ordines suscipiendos tituli compareant, quæ si legitima & legalia reperiantur ad ulterius examen vitæ & doctrinæ remittantur.

§. VII.

Trid. S. S. 21.
de Ref. c. 1.

Loc. cit.

Trid. S. S. 23.
de Ref. c. 12.

Pii 11. Constitutio 7.

Sess. 21. de Ref. c. 2.

§. VII. *Idem seruetur, quoad titulum Patrimonii seu pensionis.*

§. VIII. *Titulus minimum sit 25. aureorum annui redditus.*

Loc. cit.

E Adem similiter ab illis, qui titulo Patrimonii seu pensionis Ordinari petunt, diligenter & inuolatè præcipimus observari. Insuper cum Synodus Tridentina de forma eisdem ad sacros Ordines admittendi disertè loquatur, ut sequitur: *Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes Ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicaverit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum, eoque prius perspecto, patrimonium illud vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint: atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint, antiquorum Canonum pœnas super his innovando: & alibi, cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius suis Ecclesiis, sancta Synodus vestigiis sexti Canonis Concilii Chalcedonensis inherendo statuit, ut nullus imposterum ordinetur, qui illi Ecclesie aut pio loco, pro cuius necessitate aut utilitate assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus. Quod si locum inconsulto Episcopo deseruerit, ei sacrorum exercitium interdicitur: Propterea magnus est abusus, quo libet indistinctè ad titulum patrimonii ordinare. Imitari proinde deberent Episcopi sanctos Pontifices, qui in primordiis Ecclesie parcellissimi erant in Clericis ordinandis: nam ut ait S. CLEMENS, Papa & Martyr: Tales ad Ministerium eligantur Clerici, qui dignè possint Dominica Sacramenta tractare; melius est enim Domini Sacerdotium paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus grave Ordinatori adducant. Eapropter severe prohibemus quemquam deinceps ordinari titulo patrimonii, seu pensionis, nisi servitio certæ alicujus Ecclesie se prius adscripserit, in qua suscipiendi Ordinis Officium & functiones obeat, aliaque juxta præscripta Synodi Tridentinæ & Decessoris Nostri WALRAMI Archiepiscopi Coloniensis decreta præstiterit. Veramus quoque ordinatum aliquem ad ulteriorem Ordinem admitti, nisi prius Ordinis suscepti publicum fecerit exercitium in Ecclesia, cujus servitio se adscripsit, desuperque sufficiens testimonium exhibuerit.*

Ess. 23. de Ref. c. 16.

C. tales dist. 23.

Pag. 109. col. 2.

T Itulus beneficalis, vel patrimonialis, omnibus etiam deductis oneribus, sit deinceps viginti quinque, ut minimum, florenorum aureorum rhenensium annui redditus, à quovis Ordinandorum coram Episcopo Ordinatore documentis publicis, seu literis debita in forma expeditis, ante omnia probandus, qui non solum in registro ejusdem Episcopi Ordinatoris, sed & ipsius Ordinati literis disertè exprimitur.

§. IX. *Testimonium doctrinæ & exercitii in susceptis Ordinibus exhibendum.*

P Ræter dictas porrò tituli probationes, quisquis majoribus Ordinibus insigniendus secularis, si in Ecclesia Collegiata, eivè subjecta resideat, à Decano illius Capituli, vel eo absente, ab ipsomet Capitulo: si in Collegio, vel Gymnasio aliquo degat, ab illius Præfide seu Regente, aliàs à proprio Parocho adferat testimoniales literas laudabilis vitæ anteaactæ, doctrinæ, & exercitii in Ordinibus susceptis, etiam quoad vestium usum quotidianum, quæ Clericos decent, & speciatim, an ritè & piè, quæ ipsum agere conveniebat, fecerit, an Horas Canonicas recitaverit, habitum & Tonсурam Clericalem gestaverit, prout etiam, quod nullâ censurâ, nullâ irregularitate, nulloquè alio Canonico impedimento sit irretitus.

C A P U T I V.

§. I. *Ad Ordines Superiores non promoveatur, nisi in inferiorum functionibus & ceremoniis exercitatus.*

V Erùm nè qui paulò ante totus adhuc secularis erat, mox Clericus, imò cum gravi ipsius populi admiratione & offensione sacerdos appareat, antequam probatus, & in unoquoque munere juxta præscriptos à Romana Ecclesia ritus & ceremonias satis sit exercitatus: volumus, ut nemo deinceps Subdiaconus, vel Diaconus ad Superiorem Ordinem promoveatur, nisi in examine ordinandorum eandem rituum & ceremoniarum sacrificii Missæ sufficienter gnarum esse constiterit.

S. II. Clerici beneficiati quoties communicare debeant.

Trid. sess. 23.
de Ref. c. 13.

Insuper omnes Clerici beneficiati, quamdiu nullo ordine sacro insigniti fuerint, saltem in quinque majoribus annis festiuitatibus, videlicet Paschatis, Pentecostes, Assumptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ, Omnium Sanctorum, & Natiuitatis Domini, sacram Eucharistiam reuerenter sumant, salvâ consuetudine earum Ecclesiarum, ubi frequentior Communio esse solet; sciantque Subdiaconi & Diaconi maximè decere, ut singulis diebus Dominicis & solemnioribus Festis altari ministrantes sacram communionem percipiant.

S. III. Ordinandi quando comparebunt in domo Suffraganei.

Loc. cit. c. 7.
sub Herman-
no c. 22. &
24. & sub
Adolpho 3. §.
mandamus
pag. 432.

Quotquot ad primam Tonsuram, minores, maioresque Ordines aspirant, cum requisitis documentis manè feriâ tertiâ, quartâ, vel quintâ, ante ipsam sacram Ordinationem in domo Vicarii Nostri in Pontificalibus se sistant, & nomina sua inscribi curent, ut præhabitâ ab eo in scriptis licentiâ, deinde iuxta præscriptum Concilii tam Tridentini, quàm Provincialis ac Diocæsani Colonienfis, horâ & loco ad id constitutis examinentur: ad examen verò nullus, qui honesto non fuerit indutus habitu, nequè conuenienti pro Ordinis sui ratione Tonsurâ insignitus Clericali admittatur.

S. IV. Ratio cantus Gregoriani in examine habebitur exacta.

ET quia hætenus in cantu Ecclesiastico addiscendo magna Ordinandorum negligentia, non sine gravi offediculo populi fuit animadversa, ut aut muti sint multi in Choro Clerici, cantus Ecclesiastici imperiti, aut ob cantus inconcinnitatem mutis deteriores reperiantur. Idcirco seriò mandamus omnibus ad sacros ordines aspirantibus, ut Cantum Gregorianum seu Choralem addiscant: quia & huius in examine posthac rationem accuratam haberi, pro ratione personarum & instituti volumus.

S. V. Sixtina Constitutio de Tonsura & habitu Clericorum observanda.

Quicumquè Clericalem Tonsuram, vel aliquem Ordinem minorem susceperint, sicut & singuli majoribus Ordinibus initiati, in Vertice Capitis coronam sibi radi curent, pro uniuscuiusquè Ordinis, gradus, ac status conditione latam, eamquè conspicuam semper gerant, non minùs quàm vestem habitumquè Clericalem, sub pœnis in Constitutione SIXTI V. quam severè observari volumus saluberrimè comprehensis.

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

S. I. Exordium Constitutionis.

Cum Sacro-sanctam Dei Ecclesiam, quam Tom. 2. Bul-
laru, const. 92. saluator Noster suo pretiosissimo sanguine acquisiuit, sponsam sibi elegerit, & Nobis licet indignis custodiendam tradiderit, eidem sine ruga, sine macula, atque in omnibus suis membris placentem conservare debemus, ut in ea omnia ordinata, singula distincta, cuncta interius exteriusque pietatem & devotionem redolentia inveniantur, & ut ineffabilibus circumamicta varietatibus, speciosa in oculis suis appareat, quantum favente Deo valeamus, id ipsum munus exequi decrevimus.

S. II. Causa.

Quare animadvertentes, quod qui in sortem Domini ad eisdem Ecclesie decus & ornamentum sunt vocati, & ex eo Clerici nomen consecuti, quicumque censu Ecclesiastico vivunt, singulari aliquo signo, à reliquo populo distingui debent, ne cui eorum iure dici possit: Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? & ad hoc ipsum sollicitudinis nostræ obrutus dirigentes, ne sanguis eorum de manu nostra requiratur, cum ingenti cordis nostri dolore invenimus complures suprascriptâ Domini sententiâ iuste redarguendos. Nam eorum plerique Clericali honore neglecto, in vestibus Laicalibus incedentes, eo se mirifico indignos privilegio reddiderunt. Quapropter licet sacris Canonibus, Conciliis Generalibus, & Apostolicis Constitutionibus certus circa eorum, qui Clericali charactere

insigniendi sunt, habitum, etatem & alias qualitates sit præscriptus modus, & contra Clericos in habitu Clericali, & Tonsura non incedentes imposta pœna, nempe ut gratis, immanitatibus, & aliis privilegiis Clericalibus minimè gaudeant, tamen cum injuria temporum, & forsan dormientibus Pastoribus, inimicus homo lethifera transgressionis rixania superseminaverit.

S. III. Tonsura & habitus Clericis præscribitur.

Nos propterea his & aliis Rationalibus de causis adducti, nè quis nimia, sive Pastorum sive temporum indulgentia & impunitate, seu oscitantia, cum religionis dedecore, nominis Dei contemptu, & propria salutis dispendio de cætero abutatur; hac nostrâ perpetuò valiturâ constitutione præcipimus & mandamus, omnibus & quibuscunquè Clericis, non solum in sacris, sed etiam aliis minoribus Ordinibus constitutis, & Clericali tantum Tonsurâ insignitis, & necdum beneficia Ecclesiastica qualiacunquè etiam simplicia, nunc & pro tempore obtinentibus, & in illis, vel ad ea jus habentibus, verum etiam pensiones super quibusvis fructibus, redditibus, aut proventibus quarumvis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum quarumcunquè Ecclesiarum, seu Abbatialium, Capitularium, & Conventualium Mensarum, nec non Monasteriorum, Præpositurarum, Præposituratum, Prioratum, Præceptoriarum, Hospitalium, Canoniarum, Præbendarum, dignitatum, personatum, administrationum, Officiorum & beneficiorum quorumcunquè Ecclesiasticorum, secularium, & quorumvis Ordinum Regularium, seu illorum distributionibus quotidianis, ac juribus, emolumentis, & obventionibus universis sibi reservatis, aut fructus ipsos, prædiave aut bona Ecclesiastica loco pensionum sibi assignatos, vel assignata ex quacunque concessione, seu dispensatione Apostolica percipientibus, etiam conjugatis, præsertim si iidem Clerici conjugati juxta constitutionem præmem. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri in Concilio Tridentino innovatam, privilegiis Clericalibus uti velint, tam in Romana Curia degentibus, quam extra eam ubilibet gentium & locorum constitutis, ut ipsi & eorum quilibet quantumvis exempti existant, & quovis privilegio vel immunitate gaudeant, quacunque dilatione, aut tergiversatione postpositâ, debeant omninò qui in urbe presentes fuerint, intra quindecim dies, qui verò citra montes intra quatuor menses, qui denique ultra montes

constituti sunt, intra octo menses, à die publicationis presentium literarum in Romana Curia faciendæ, Tonsuram & habitum Clericalem, vestes scilicet talares, aut Milites infra dicendi, quibus pensiones, aut fructus, aliave bona Ecclesiastica reservata sunt, suæ Militiæ convenientem, quacunque remorâ excusatione, assumere, & jugiter deferre. In futurum autem non nisi aëlu Clericis in habitu Clericali & Tonsura, & Militibus infra dicendis in Militari incedentibus, suæ Militiæ propria, aut alia quacunque Ecclesiastica etiam simplicia beneficia respectivè conferantur aut commendentur, aut pensiones fructusvè aut bona Ecclesiastica reserventur.

S. IV. Non parentium pœna.

Alioquin ipsos & ipsorum quemlibet, qui quo-ad gestandum habitum Clericalem & Militarem supradictum, lapsi hujusmodi tempore eorum unicuique ut supradictum est, præfixo, nostris hujusmodi præcepto & mandato nunc & impofterum perpetuis futuris temporibus cum effectu non obederint, præter alias pœnas contra eosdem instictas, etiam quibuscunquè dignitatibus, administrationibus, Officiis, Canonicatibus & Præbendis, ac beneficiis etiam simplicibus & præstimonis per eorum quemlibet in titulum, commendam, vel alias pro tempore obtentis, nec non pensionibus & fructibus ac prædiis, bonisque Ecclesiasticis hujusmodi quocunquè modo eis reservatis, vel reservandis, omnique jure sibi in eis vel ad ea quomodolibet competenti, harum serie ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine privamus; ac sine ulla alia monitione, citatione, judicis decreto, aut ministerio, ipso facto privatos declaramus, ac tam beneficia ipsa per privationem hujusmodi vacare, & liberè aliis conferri posse, quam etiam pensiones cassatas, extinctas esse & fore, ac fructuum, vel aliarum rerum reservationes cessare, & quemquam ulterius ad illorum solutionem minimè teneri, & ob non solutionem, censuras & pœnas aliquas incurrere non posse, nec debere decernimus; ipsasque dignitates, personatus, administrationes, officia, nec non Canonatus & Præbendas, & beneficia sic pro tempore vacantia, collationi, provisioni & dispositioni nostrâ, & Romani Pontificis pro tempore existentis perpetuò reservamus.

S. V. Decretum irritans.

Statuentes sic in præmissis universis & singulis per quoscunque iudices & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Audito-

tores, & S. R. E. Cardinales, sublatâ eis & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, in quavis causa & instantia iudicari & definiri debere, nec non irritum & inane, quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

s. VI. Declaratio circa Milites & alios Romanæ curiæ Officiales.

Ceterum Milites quarumvis Militiarum sub regula aliqua approbatâ Canonice institutarum, vel alios Romanæ Curie Officiales, qui non uti Clerici, sed potius tanquam Milites iuxta privilegia & dispensationes Apostolicas eis in genere vel in specie per Nos aut prædecessores nostros nominatim concessa, & sub sel. recor. Pii Papæ V. prædecessoris nostri constitutione, quæ incipit; Sacrosanctum &c. huiusmodi privilegiorum forsitan revocatoria minimè comprehensa, beneficia Militiæ, quam professi sunt, Regularia obtinent, seu pensionis super quibusvis fructibus, redditibus & proventibus Ecclesiasticis, etiam prædictarum Ecclesiarum & beneficiorum secularium, aut fructus ipsos sibi reservatos percipiunt, aut obtinebunt, vel percipient in futurum, sive Clericali Characterè insigniti sint, sive non sint, qui verò Clerici sunt, etiamsi ab initio tempore reservationis pensionum, seu fructuum huiusmodi, Regularem habitum nondum susceperint, nec Militiis Officiorum Romanæ Curie adscripti fuerint, sed post factas eorum cuique reservationes, ante vel post publicationem presentis constitutionis, Milites effecti extiterint, sub præcepto & mandato præfatis, de habitu & tonsura Clericali deserendis, nolumus comprehendere; sed iis permittimus, ut Regulari habitu Militiæ, quam professi sunt, convenienti, vel si ipsi Milites Romanæ Curie Officiales fuerint, qui pensiones, aut fructus, alia vel prædicia aut bona Ecclesiastica ex dispensatione seu privilegio Apostolico percipiant, habitu Militari supra scripto absque alicujus censuræ vel pœnæ Ecclesiasticæ incursum licitè uti valeant; & nihilominus tam beneficia suæ Militiæ Regularia retineant, quam etiam pensiones super Ecclesiarum & beneficiorum prædictorum etiam secularium fructibus, seu bona vel fructus præfatos sibi pro tempore reservatos percipiant.

s. VII. Clausula derogatoria.

Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non consuetudinibus, etiam longissimo & immemorabili

tempore observatis, quæ abusus & corruptelæ potius censenda sunt; privilegiis quoquè, indultis & literis Apostolicis quorumcunque tenorem existant, quæ omnia nolumus cuiquam adversus præmissa in aliquo suffragari.

s. VIII. Constitutionis mandatur publicatio.

Mandamus verò universis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & aliis Prælatiis, ac locorum Ordinariis, ut in suis quisque Ecclesiis, Civitatibus & Diocæsibus currentes presentes literas, earumquè exempla publicari & inviolatè servari.

s. IX. Locus publicationis Romanæ.

Et nè quis presentium literarum ignorantia se valeat excusare, jubemus illas ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis & Principis Apostolorum de urbe, & in acie Campi Floræ, & in Cancellaria Apostolica affigi & publicari, earumquè exempla inibi affixa relinqui, & deinde in eadem Cancellaria Apostolica in libro Quinterno appellato, inter ceteras constitutiones perpetuas describi & registrari. Decernentes publicationem in Basilicis præfatis, & in acie Campi Floræ faciendam, post lapsum temporis superius præfixi unumquemquè arctare & afficere, perinde ac si ipse presentes literas singulis personis præfatis personaliter intimatæ fuissent.

s. X. Transumptorum fides

Volumus quoquè earundem presentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, plenam & indubitaram fidem in iudicio & extra adhiberi, quæ ipsis Originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo octuagesimo nono, quinto idus Januarii, Pontificatus nostri, anno quarto.

s. VI. Professio fidei ab ordinandis quando facienda.

Omnes admissi ad sacros Ordines suscipiendos, generalis Ordinationis die ad medium horæ octavæ matutinæ in Metropolitana Nostra, vel aliâ Ordinibus conferendis ab Episcopo Ordinatore designata Ecclesia adfint, honestâ induti veste talari, nec non coronâ justæ ac decentis pro

pro Ordine atque gradu suo magnitudinis insigniti, & coram Vicario Nostro in Pontificalibus, vel alio per ipsum ad id deputato, Catholicae Fidei professionem juxta formulam à Pio Papa IV. præscriptam, palàm emittant sub pœna rejectionis pro illa vice à susceptione Ordinis.

Constit. 88.
Bullarii
Tom. 2.

§. VII. *Ordinandorum paramenta.*

Pontificale
rit. de Ordini-
bus, conferen-
pag. 7 §. Or-
dinandi.

Parata quoque habeant paramenta Ecclesiastica coloris sacrosancto Missæ officio sacrarum Ordinationum convenientis, atque cereum: & cum à Secretario seu Notario Episcopi, ordinatoris fuerint nominati, respondeant *Adsum*, factâque eidem Episcopo debitâ reverentia ad locum ordinationis, secundum descriptionis ordinem accedant.

§. VIII. *Eorundem ad Communionem præparatio.*

Singuli majoribus Ordinibus initiandi, præviâ Sacramentali Confessione, ad Sacram Communionem, eodem Sabbatho Ordinationis reverenter ac devotè sumendam sese præparent.

§. IX. *Primitiæ quando celebrandæ.*

Sacerdotes, intra quadraginta dies ab Ordinatione sua, juxta antiquam consuetudinem, primitias suas celebrent: & si qui præscripto tempore id non præstiterint, denunciarentur ac debitè puniantur; sed nè quisquam fortè à susceptione Ordinis sacerdotalis rejectus, ad evitandam apud suos confusionem, ministerium Sa-

cerdotale Sacrilegâ temeritate usurpare attemptet, districtè præcipimus, ut nemini primitias celebrare permittatur, antequam Superiori Ecclesiastico Seculari, vel Regulari ejus loci, ubi primitias celebrare intendit, literas suscepti Sacerdotii exhibuerit: atque Sacros Missæ ritus & cæremonias ab aliquo cæremoniarum & rituum Ecclesiæ perito Sacerdote se didicisse testimonio instructoris sui legitimè probaverit.

§. X. *Neo-mystrarum Convivia sint honesta & frugalia.*

Um omnia Christianorum Convivia frugalia atque honesta esse, & sobrietatem sapere deceat, tum ejus præcipuè, qui primitias celebraturus est, ideo ad evitandum immoderatum luxum, & ea quæ ipsum comitari solent inconvenientia, seriò mandamus, ut Sacerdos primitiis sacræ operaturus ab immoderatis Conviviis instituendis absteineat, in iisque omnes Comestationum & potationum in seram usquè noctem protractiones, Saltitationes, ac quævis aliæ levitates & insolentiæ caventur.

§. XI. *Ordinati Dominicis diebus & festis solemnibus celebrent.*

Deniquè Sacerdotes in domino hortamur, ut omnibus diebus Dominicis, festisque solemnibus, nisi legitimâ gravique causa sint impediti, sanctissimum Missæ Sacrificium Deo pro suis, ac totius populi peccatis offerant.

TITULUS XI.

De Sacramento Matrimonii.

CAPUT I.

§. I. *Sponsalium obligatio.*

Quotidiana docet experientia, Matrimonia temerè & præproperè contracta infinitas parere difficultates, & infelices sæpè exitus sortiri; proinde rectè ordinatum est, ut sponsalia, quæ futuri Matrimonii promissionem & reciprocam

C. Noftrates
30. 9. 5.

utriusque obligationem continent, præmittantur. Quæ quamvis per copulam carnalem, ut olim, non transeant in Matrimonium, certum tamen est ea, sive publicè, sive privatim absque præsentia Parochi & testium contracta valida esse, nec sine peccato, deficientibus causis in jure expressis posse violari; quod proinde Pastores, Vice-Pastores, Concionatores & Confessarii suis auditoribus sapiùs explicare &

& seriò inculcare non intermittant; nè quod multi leviter spondent, faciliùs retractent, & sic plurimorum inde emergentium incommodorum auctores existant.

s. II. *Sponsalia ubi, & coram quo contrahenda.*

UT sponsalia majore cum deliberatione & judicio celebrentur, monemus, ut coram proprio alterutrius contrahentium Parocho, seu Vice-Parocho & duobus testibus in Ecclesia, locovè sacro, aut domo saltem aliqua honesta, nunquam verò in cauponis, seu tabernis contrahantur. Secùs facientes trium florenorum aureorum rhenensium: ipse verò Parochus aut Vice-Parochus contraveniens duplicem pœnam, Fisco solvendam subeat. Severè quoquè inhibemus, ne potu obrutis sponsalia contrahere volentibus Curati seu Vice-Curati assistant.

s. III. *An consensu parentibus?*

Curet etiam Parochus, seu Vice-Parochus, ut parentum quoquè consensus sponsalibus accedat; què si justis ex causis denegent, non temerè procedat, sed liberos moneat, nè invitis & insciis ipsis, vel tutoribus aut amicis sponsalia ineant. Admoneat pariter parentes, tutores vel amicos, ne austeritate nimia liberorum, vel sibi commissorù tardiùs equo differant connubia: ut incontinentiæ vel fugæ, vel inconsultæ rei aggrediendæ pœnitendam non præbeant occasionem; hortetur similiter parentes, ne invitas proles ad Matrimonium adigant; infelicissimos siquidem coacta Matrimonia producant effectus, & ut de plena libertate contrahere volentium constet, eandem coram Pastore vel Vice-Pastore declarent.

s. IV. *Sponsi de quibus examinandi.*

Priusquam sponsalia contrahantur, Pastor seu Vice-Pastor seorsim inquirat, an despondendi noverint Catholicæ Fidei rudimenta, an Sacro Chrismate sint confirmati, an ullius sibi conscii sint impedimenti Canonici; quod si rudimenta fidei ignorare, aut non confirmatos vel Canonice impeditos deprehendat, antequam Matrimonio jungat, ignorantes orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, præcepta Decalogi & Ecclesiæ doceat; non confirmatos, ut ante Matrimonium se confir-

mari curent, admoneat; Canonice impeditis impedimenta dirimentia exponat, alia verò ut amoveant, hortetur.

s. V. *Matrimonium post sponsalia non diu differendum.*

Graviter peccant, qui ante solemnizationem Matrimonii carnaliter se cognoscunt; quare Parochus seu Vice-Parochus admoneat desponsos, ut, quamprimum commodè possunt, præmissis juxta Concilii Tridentini præscriptum proclamationibus Matrimonio solemniter copulentur: ad evitandum verò periculum ante Sacerdotis benedictionem in templo suscipiendam, eodem non utantur domicilio, nisi ante sponsalia cohabitaverint.

s. VI. *Suspecti in Parochia non tolerantur.*

Parochus seu Vice-Parochus non facile quempiam ignotum cujusvis status, gradus & conditionis in suam Parochiam ex aliena Dicecesi commigrantem ibidem cum muliere, quamvis eam suam uxorem asserat, habitare patiatur.

C A P U T II.

s. I. *Decretum Tridentini de Matrimonio publicandū in locis ubi nondum publicatum est.*

Comperimus decretum Concilii Tridentini de clandestinis Matrimoniis juxta præscriptum ejusdem non ubivis, præsertim in Ecclesiis, Ducatibus, Comitatus, Territoriis & Dominiis in Dicecesi quidem Nostra existentibus, sed temporali nostræ jurisdictioni & Dominio non subjectis esse publicatum, & inde gravissimos abusus oriri; quibus ut efficaciter occurramus, seriò præcipimus omnibus ac singulis Civitatis & Dicecesis Nostræ Pastoribus & Vice-Pastoribus, tam sub temporali nostra jurisdictione, quam extra eam in Nostra Dicecesi constitutis, ut, in quocunque loco dictum decretum non est publicatum, id ipsum intra mensis spatium à die habitæ præsentium notitiæ, promulgent: ac deinceps semel aut bis in anno, aut quoties opus fuerit, repetant ac populo inculcent, factæque promulgationis literas testimoniales Nobis seu Nostro in Spiritualibus Vicario Generali aut saltem Archidiacono loci consignent; volumus pariter publicationem ejusdem in locis etiam, in quibus hæctenus promulgatum fuit, reiterari.

DECRETUM
CONCILII TRIDENTINI
DE REFORMATIONE
MATRIMONII.

T Ametsi dubitandum non est, clandestina Matrimonia, libero contrahentium consensu facta, rata & vera esse Matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit; & proinde jure damnandi sunt illi, ut eos Sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata esse negant, quique falso affirmant, Matrimonia à filijs-familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata vel irrita facere posse, Nihilominus Sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Verùm cum Sancta Synodus animadvertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam jam non prodesse; & gravia peccata perpenderit que ex eisdem clandestinis conjugij ortum habent; præsertim verò eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio vivunt. Cui malo cum ab Ecclesia, quæ de occultis non judicat, succurri non possit, nisi efficacius aliquod remedium adhibeatur: Idcirco Sacri Lateranensis Concilii sub Innocentio III. celebrati vestigiis inhaerendo præcipit, ut in posterum, antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solemnias publicè denuntietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum. Quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii in facie Ecclesie procedatur, ubi Parochus, viro & muliere interrogatis & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: Ego vos in Matrimonium conjungo, in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti: vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque Provincie ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, Matrimonium malitiosè impediri possit: tot præcesserint denunciations, tunc vel una tantùm denunciatio fiat, vel saltem Parocho & duobus vel tribus testibus presentibus Matrimonium celebretur, deinde ante illius consummationem denunciations in Ecclesia fiant; ut si aliqua subsunt impedimenta, faciliùs detegantur, nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denunciations remittantur: quod illius prudentiæ & judicio Sancta Synodus relinquit. Qui aliter quàm præsentem Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia & duobus vel tribus testibus Matrimo-

nium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos & nullos esse, decernit, prout eos præsentem decreto irritos facit & annullat. Insuper Parochum, vel alium Sacerdotem, qui cum minore testium numero, & testes, qui sine Parocho vel Sacerdote hujusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahentes graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit. Præterea eadem Sancta Synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, statuitque benedictionem à proprio Parocho fieri, nequè à quoquam nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alii Sacerdoti concedi posse, quacunquè consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstante. Quod si quis Parochus, vel alius Sacerdos, sive Regularis, sive Secularis sit, etiamsi id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochie sponsos, sine illorum Parochi licentia Matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tam diu suspensus maneat, quam diu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absolvatur. Habeat Parochus librum, in quo conjugum & testium nomina, diemque & locum contracti Matrimonii describat, quem diligenter apud se custodiat. Postremò Sancta Synodus conjuges hortatur, ut, antequam contrahant, vel saltem triduo ante Matrimonii consummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistie Sacramentum piè accedant. Si quæ Provincie aliis, ultra prædictas, laudabilibus consuetudinibus & ceremoniis hac in re utantur, eas omnino retineri Sancta Synodus vehementer optat. Nè verò hæc tam salubria præcepta quæquam lateant, Ordinarius omnibus præcipit, ut cum primum potuerint, curent, hoc decretum populo publicari ac explicari in singulis suarum Diocesium parochialibus Ecclesiis, idque in primo anno quàm sepius fieri; deinde verò quoties expediri viderint. Decernit insuper, ut hujusmodi decretum in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat à die primæ publicationis in eadem Parochia factæ numerandos.

§. II. In visitationibus inquirendum, an hoc decretum sit publicatum.

Q Uapropter mandamus omnibus Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, & Decanis tam Collegialibus, quàm Ruralibus, ut in visitationibus singularum

larum Ecclesiarum Parochialium sedulo inquirant, num prædictum decretum publicatum sit; & in suarum Visitationum actis expressè aurent, an huic Nostro mandato satisfactum sit, ut inobedientes debitè puniantur.

s. III. *Transseuntes per loca publicati huiusce decreti ad alia ubi non est publicatum, invalidè ibidem sine præsentia Parochi & testium Matrimonium contrahunt.*

QUAMVIS jure antiquorum Canonum Matrimonium clandestinum libero contrahentium consensu initum, verum fuerit Matrimonium, novo tamen Tridentini decreti jure illud irritum est, adeò etiam, ut quotquot ex locis, ubi decretum istud est promulgatum, per loca transeunt, in quibus illud nondum est publicatum, retinentes idem domicilium, ibique absque proprio Parocho & testibus Matrimonium contrahunt, horum Matrimonium irritum prorsus sit ac nullum; prout sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum hac super re à FERDINANDO Archiepiscopo Decessore nostro consulta respondit: Idemquè URBANUS VIII. Pontifex per suas literas confirmavit, quarum verba hæc sunt:

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi nuper Nobis fecit Venerabilis Frater Archiepiscopus Colonienfis, quod habito nuper per eum ad Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales, sacri Concilii Tridentini Interpretes recursu supra infra-scriptis dubiis, videlicet; Primo, An incola tam masculi quàm femina loci, in quo Concilium Tridentinum in puncto Matrimonii est promulgatum, transeuntes per locum, in quo dictum Concilium non est promulgatum, retinentes idem domicilium, validè possint in isto loco Matrimonium sine Parocho & testibus contrahere. Secundo, quid si eò prædicti incola tam masculi quàm femina solo animo sine Parocho & testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutant. Tertio, quid si iidem incola tam masculi quàm femina eò transferant habitationem illo solo animo, ut absque Parocho & testibus contrahant. Iidem Cardinales ad primum & secundum, non esse legitimum Matrimonium inter sic se transferentes, & transeuntes cum fraude.

Ad tertium verò dubiorum huiusmodi, si domicilium verè transferatur, Matrimonium esse validum responderunt & resolverunt, prout in decreto desuper emanato plenius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Archiepiscopus responsum seu dubiorum prædictorum resolutionem huiusmodi pro illius subsistentia & validitate firmioribus, Apostolica nostra Confirmationis robore communitè summopere desideret; Nos eundem Archiepiscopum specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; Responsum seu dubiorum prædictorum resolutionem huiusmodi autoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus & confirmamus, illisq; inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus. Decernentes illud seu illam, nec non præsentem literas, valida, firma & efficacia existere & fore, suosquè plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, sicquè & juxta illa per quoscumquè judices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari & definiti debere, ac irritum & inane, si secùs super his à quoquam quavis autoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumquè. Datum Romæ, apud S. Mariam majorem sub annulo Piscatoris, die 14. Augusti 1627. Pontificatus Nostri anno quinto.

s. III. *Matrimonio trina promulgationes præmittende.*

DECRETIS Conciliorum tam Generalis Tridentini, quàm Provincialium, Diocesano- rumquè Colorniensium inhærendo severè prohibemus, ne deinceps ulli ad Matrimonium per verba de præsentem contrahendum admittantur, nisi priùs tær à proprio Parocho, vel de ejus licentia ab alio Sacerdote, nullà verò ratione à Custode seu Ædituo (quod non rarò factum esse cognovimus) tribus continuis Dominicis seu in foro Festis diebus (ita ut aliquot, saltem duorum vel minimum unius diei intervallum inter unam & alteram denuntiationem, & etiam Matrimonii celebrationem semper intercedat, ne ob temporis angustias impediat detectio impedimenti) in Ecclesia sub summo Sacro vel Concione publicè denuntiati fuerint; nisi per Nos vel aliàs autoritate Nostra certis ex causis fuerit dispensatum. Nullus verò Parochorum, Vice-Parochorum aliorumquè Sacerdotum ulla omninò proclamationes

*Trid. sess. 24.
de Ref. Ma-
trim. c. 1.
Sess. 24. Trid.
p. 45. col. 1.*

nes Matrimoniales aliquo die feriali, licet in Ecclesia seu choro Officium divinum ritu solemniter celebretur, & frequentissimus populus adsit, aut duas simul, aut omnes uno Dominico, vel foris festivo facere præsumat, sub triginta aureorum Rhenensium pœna secus facientibus infligendâ.

s. IV. De quibus sponsi interrogandi.

Parochus seu Vice-Parochus de contracturis Matrimonium in sua Parochia admonitus, nomina, cognomina, parentes, patriam, statum, gradum & conditionem utriusque diligenter inquireat: prout & an inter ipsos sit aliquod Canonicum impedimentum, utrum sponte & liberè velint contrahere, utrum ætatem habeant legitimam, & uterque sciat rudimenta Fidei, sub qua Parochia majori parte vitæ habitaverint, sedulo investiget.

s. V. Sponsis diversarum Parochiarum quid faciendum.

SI Matrimonium contracturi diversarum sint Parochiarum, in utraque fiant proclamationes, nec antè Parochus unius ad Matrimonii solemnem actum, nisi habito ab alterius Parocho testimonio, quod præscriptæ à Concilio Tridentino proclamationes in sua Parochia legitime factæ fuerint, & de nullo constet impedimento, procedat.

s. VI. Die ultimæ proclamationis factæ Matrimonium non celebretur.

SI quando super una trium proclamationum dispensetur, eodie, quo secunda facta fuerit, Matrimonium contrahi vetamus; idemque multò magis servetur, quando unica tantum proclamatio faciendâ est, reliquis duabus ob causam legitimam remissis.

s. VII. Alienos copulantis pœna.

SI quis autem Parochus, Vice-Parochus vel alius Sacerdos qualiscunque five secularis five Regularis existat, etiam cujuscunque privilegii vel consuetudinis prætextu alios, quàm suos Parochianos Matrimonio conjunxerit absque Nostro, vel à Nobis facultatem habentis, aut alterius contrahentium Parochi consensu,

præter pœnam à Concilio Viennensi specialiter contra Regulares ab eadem per se dem Apostolicam duntaxat absolvendos, & suspensionis contra transgressores à sacro Concilio Tridentino decretam, etiam gravi multatâ pecuniariâ (ut spirituales pœnæ quæ passim contemni solent, eò sint efficaciores, magisque formidentur) punietur.

s. VIII. Licentia præsumpta non sufficit.

SCiant quoque Sacerdotes omnes, non sufficere licentiam proprii Pastoris, seu Vice-Pastoris solum præsumptam, ut Parochianos non suos Matrimonio jungere possint; sed necessariò requiri expressam.

C A P U T III.

s. I. Matrimonii impedimenta nôrint Curati.

Pastores pariter ac Vice-Pastores impedimenta Matrimonii exactè nôrint, doceantque populum, cognationem spirituales tantum contrahi ex Baptismo inter Patrimum & Baptizatum ipsum, & illius Patrem ac Matrem, nec non inter baptizantem ac baptizatum, baptizatique Patrem & Matrem. Eam autem cognationem, quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illiusque Patrem & Matrem, ac tenentem non egredi; inter alias personas impedimenta esse sublata. Nullum insuper ex sponsalibus per verba, ut vocant, de futuro contractis, ex quacunquè ratione invalidis oriri impedimentum; valida verò primum gradum non excedere. Præterea ex Matrimonio per verba de præsentem contracto nondum consummato, etiam hodie nasci impedimentum publicæ honestatis ad quartum usque gradum juxta Pii V. constitutionem, quâ definitur, Concilii Tridentini duntaxat intelligendum esse de sponsalibus in futurum, non autem de Matrimonio per verba de præsentem, ut præfertur, contracto, sed in hoc durare adhuc impedimentum in omnibus casibus & gradibus, quibus de jure veteri antè Concilium Tridentinum introductum erat. Impedimentum item quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, ad eos tantum, qui primo vel secundo æquali seu inæquali gradu

Clem. 1. in fine de privil.

Sess. 24. de Ref. Matrim. c. 1. §. quod si quis.

Tom. 2. Bullarum constit. 14. Trid. cit. c. 3.

Trid. cit. c. 4.

Trid. cit. c. 6.

gradu conjunguntur, se extendere, Prohibitionem similiter Matrimonii inter Consanguineos & affines ex copula licita ad quartum gradum inclusivè redactam esse: nullum quoque Matrimonium inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit posse subsistere. Eapropter animarum Curatores omnes, sub pœna suspensionis ab officio & beneficio caveant, ne quos Consanguinitate vel affinitate sibi in gradu aliquo prohibito conjunctos, seu alio hujusmodi impedimento Canonico detentos ad sponsalia aut Matrimonium admittant; alia pariter Matrimonii impedimenta, veluti sunt frigiditas, votum solemne, sacer Ordo, crimen, cultus disparitas, error personæ, vis seu coactio & ligamen &c. non solum contrahendum Matrimonium impediunt, sed etiam dirimentia contractum à Parochis & Vice-Parochis subinde volumus populo explicari.

s. II. *Matrimonia Eunuchorum invalida.*

Constit. 59. Bullarii Tom. 2.

SCiant præterea SIXTUM V. speciali constitutione declarasse, Eunuchos & spadones Matrimonia contrahere non posse & contracta irrita esse.

s. III. *Solemnitates Matrimonii certo tempore prohibita.*

Loc. cit. c. 10.

TAmetsi nuptiæ sive contractus matrimoniales nullo unquam tempore interdicti sint, tamen solemnitates & hilaritates Matrimonii celebrandi causâ adhiberi solitas ex antiquis Canonibus, Sacrum Concilium Tridentinum certis anni temporibus his verbis interdicit: *Ab Adventu Domini Nostri JESU CHRISTI usque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum usque in octavam Paschatis inclusivè antiquas solemnum Nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus observari Sancta Synodus præcipit: in aliis verò temporibus nuptias solemniter celebrari permittit: quas Episcopi ut eâ, quâ decet, modestiâ, & honestate fiant, curabunt. Sancta enim res est Matrimonium, & Sancte tractandum.* Quod decretum inviolatè volumus observari: insuper in Domino hortantes, ut jam dictis temporibus, quæ tum publico luctui ac pœnitentiæ, tum humili desiderio Adventus & Resurrectionis Domini dicata sunt à minùs solemnibus quoque nuptiis abstinatur, nisi

fortè urgens causa per superiores probanda moram non patiat.

s. IV. *Ad secunda vota transeunti quid faciendum.*

AD secundas nuptias transire desiderans, Matrimonio non jungatur, nisi priùs coram legitimo iudice mortem prioris conjugis probaverit, aut conjugem obiisse notorium sit: quamobrem si quis etiam sub ementito nomine vel cognomine primâ adhuc uxore vivente ad secundas nuptias transire fuerit ausus, gravissimâ eum pœnâ plectendum censemus ex URBANI VIII. Constitutione, quæ sic habet: *Cum itaque sicut non sine magna animi nostri molestia accepimus, ii iniquitatis filii reperiantur, qui sub mentito nomine, seu cognomine, adhuc primâ uxore vivente ad secundas nuptias transire audent. Nos nefariam improborum hominum hujusmodi temeritatem juxta creditum Nobis desuper Apostolica servitutis Officium, quantum cum Domino possumus, reprimere volentes, habitâ priùs super hoc cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in universa Republica Christiana contra hereticam pravitatem generalibus inquisitoribus ab hac Sancta Sede deputatis, deliberatione maturâ hac nostrâ perpetuò valiturâ constitutione decernimus, ut hujusmodi delinquentes, ultra pœnas, quibus ipsi Ordinariè puniri solent, damnentur ad triremes in perpetuum, quod si inhabiles reperti fuerint, publicè fustigentur, & damnentur ad carceres in perpetuum: si verò pro qualitate & enormitate delicti graviore, pœnas meruerint etiam Curie seculari arbitrio eorundem præfate Congregationis Cardinalium puniendi tradantur &c.*

Tan. 4. Bullarii Constit. 149.

s. V. *Matrimonium contentiosum ad Officialem remittatur.*

SI ineundo Matrimonio se quispiam opponat, aut Canonicum impedimentum denuntiet, aut etiam dubium sit & controversum an Matrimonium subsistere possit, per Parochos seu vice-Parochos ad ultiores proclamationes, aut Matrimonii celebrationem non procedatur, sed desuper Nostra, vel Officialis Nostri Ordinatio per patentes literas expectetur, etiamsi Opponens ab oppositione desistat, aut denuntiator se ex errore vel malitia impedimentum denuntiasse asserat; nullatenus verò Parochi seu Vice-Parochi de causis hujusmodi oppositionis, justanè sint, an injustæ, cognoscant.

s. VI

s. VI. Falsa allegantis vel vera tacentis pœna.

Qui autem falsum impedimentum sciens prudensquè ad impediendum Matrimonium detulerit, quiquè verum sciens reticuerit, pœnâ arbitrariâ castigetur.

s. VII. Peregrini & vagi non facillè copulandi.

UT multis quoquè periculis, quæ ex hominum malitia & fraude circa Matrimonia provenire possunt, occurratur, inhibemus omnibus, & singulis Pastoribus, eorumquè vicem gerentibus sub pœna suspensionis à divinis, ne ullos alterius regni vel regionis, aut peregrinos aut ignotos, aut incertis sedibus vagantes Matrimonio jungant, nisi diligenti priùs inquisitione factâ, & re superioribus significatâ licentiam (quæ non nisi præviâ maturâ deliberatione concedatur) scripto obtinuerint.

s. VIII. Vi coacti non copulentur & cogentium pœna.

Quia coactæ nuptiæ tristes plerumquè solent sortiri exitus, si Pastores vel Vice Pastores compererint, alterutrum ad contrahendum vi adactum esse, nullo modo illos Matrimonio jungant, nequè alteri Vices suas committant sub pœna suspensionis à beneficio & Officio Pastoralis. Eos verò, qui quovis modo directè vel indirectè quoscunque cogunt, quò minùs liberè Matrimonia contrahant, ipso facto anatematizant, juxta Concilii Tridentini Sanctionem se norint subjacere.

C A P U T I V.

s. I. Matrimonium inœatur sub sacro.

Laudabilis est hujus Nostræ Diœcesis consuetudo, quod Matrimonia & in Ecclesia, quæ Sacramentorum proprius locus est, & inter Missarum solennia celebrentur. Quare cum Concilium Tridentinum ejusmodi consuetudines optet retineri, præcipimus nè quis absque speciali Nostra licentia eam transgredi audiat, alioqui arbitrio Nostro graviter puniendus. Quin & Pastores & Vice-Pastores

explicent conjugibus non tantùm esse honorificum, sed & auspiciatum, si res sacra, cujusmodi Matrimonium est, in loco sacro celebretur, & uberiorem divinæ benedictionis fructum iis expectandum, qui piè ac religiosè ritum Ecclesiæ observant.

s. II. Conjuges in secundis nuptiis non benedicantur.

Quoniam intelligimus quosdam Parochos seu Vice-Parochos in solenni celebratione Matrimonii, nullam facere distinctionem inter primas nuptias & secundas, volumus, ut juxta Canonicas Sanctiones, laudabilemquè Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem conjuges in secundis nuptiis non benedicantur, illæ verò nuptiæ, quibus ducitur vidua secundæ, primæ verò, quotiescunque etiam virgo ducitur, censentur.

*C. Capellanum
C. Vir autem
de secund.
nupt.*

s. III. Conjugum & testium nomina in libro notanda

Habeat unusquisque Pastor, seu Vice-Pastor librum, in quo conjugum ac testium nomina, diem, Mensem & annum, locumque contracti Matrimonii ipsemet accuratè describat, eumquè diligenter custodiat, & completum ad Archivum Ecclesiæ reponat. Quod si Sacerdos alius, Parochi seu Vice-Parochi loco astiterit Matrimonio, is suum Parochiquè nomen eodem in libro annotet, nec unquam hoc custodi vel ædituo, ut pluribus in locis observatum intelleximus permittatur. Præcipimus etiam Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis & Decanis Ruralibus, ut in suis visitationibus hujusmodi librum diligenter inspiciant, & errores, si qui sint, corrigant.

s. IV. Divortium non fiat absque sententia Officialis.

Severè inhibemus, ne ulli conjuges auctoritate propriâ, etsi causa legitima & jure permessa subsit, separationem thori absque Nostra, vel Nostri Officialis sententia attentent.

s. V. Matrimonii usum impediendum pœna.

Cum inrelligamus Matrimonia nunquam ligaturis impediri, non obstante, quod perniciosissimum hoc facinus

Loc. cit. e. 9.

Loc. cit. c. 1.

Greg. XV.
const. 46. Bul-
lariis tom. 3.

cinus severis excommunicationis, aliisque pœnis sit prohibitum, Nos eandem prohibitionem sub iisdem pœnis renovantes seriò injungimus omnibus & singulis Civitatis & Diœcesis Nostræ Pastoribus, Vice-Pastoribus & Concionatoribus, ut de prædicti flagitii gravitate populum admoneant.

§. VI. *Curati nuptialia dona & choreas non urgeant.*

Curatis deniquè & Vice-Curatis omnibus prohibemus, nè in nuptialibus

conviviis circumeant mensas, excitando & adhortando invitatos, ut liberaliter contribuant ad instruendam familiam novorum conjugum, vel gratias agendo pro donativo oblato; multò minùs in iis choreas agant: hoc enim ut levitatem, ita istud manifestas & Sacerdote indignas sordes sapit; quin potiùs Ecclesiastici omnes omninò caveant nuptiali convivio se ipsos ingerere. In Matrimonii etiam celebratione ab omnibus tanto Sacramento indignis actionibus planè abstineant.

TITULUS XII.

De Ecclesiis, Altaribus & Cœmeteriis.

CAPUT I.

§. I. *Ecclesiæ divino cultui dicata.*

Cum Ecclesiæ divino cultui dicata propriè sint Sacramentorum locus, meritò de illis nunc agendum, eaque ordinanda sunt, quæ à sacris Canonibus, Concilio Tridentino & majoribus Nostris accepimus, ut per eorum observantiam profana quælibet & indecentia ab omnibus Civitatis & Diœcesis Nostræ Ecclesiis procùl arceantur.

§. II. *In solis Ecclesiis extra necessitatem celebrandum.*

Ecclésiæ autem nomine hîc vulgariter sumpto, intelligitur ædificium divino cultui exercendo, ac præcipuè sacrificio Missæ Apostolicæ vel Episcopali auctoritate deputatum; si Ecclesiæ sit diruta aut combusta, eo casu donec instauretur, in Capellis; similiter in magno populi conventu, quem Ecclesiæ non capit, item in bello pro exercitu, in longa peregrinatione per loca infidelium, sub dio vel in loco aliquo decente, super viatico tamen, ut vocant, altari lapideo & consecrato, Apostolicæ vel Nostræ licentiæ interdum sacrificare permittitur.

§. III. *In Oratoriis privatis an liceat celebrare?*

Etiam si cuilibet domi suæ liceat habere privatum Oratorium, in eo ta-

men celebrari non debet, nisi sit ad divinum tantummodò cultum dedicatum, & autoritate Nostrâ designatum; in Oratoriis intra privatos parietes, constitutis absque Summi Pontificis Nostrovè consensu celebrantes debite punientur.

Trid. sess. 22.
in decreto de
obs. in celeb.
Missæ.

§. IV. *Absque Diœcesani licentiâ non licet ædificare Ecclesiam.*

Nemini porrò in locis Ordinariæ Nostræ jurisdictioni subjectis, absque consensu Nostrò, Nostrivè Vicarii in Pontificalibus Ecclesiam novam construere, nequè aliter quàm constituturâ dotè pro luminaribus & Ministris Ecclesiæ, atquè oneribus aliis persolvendis conceditur: si absque consensu Nostrò seu Nostrivè Vicarii quispiam Ecclesiam construxerit, nec alteri noceat, destrui quidem non debet, sed ædificans jure patronatus non gaudebit. Ecclesiam ædificari curans pro constituenda dotè rectè convenitur: Episcopus pariter Ecclesiam non dotatam consecrans ad dotem tenetur.

C. nemo de
Cons. dist. 1.
C. cum si. ut
de consecr.
Eclésiæ.

§. V. *Ecclesiæ cum præjudicio Parochialis non facillè ædificanda.*

Cavendum similiter, ne nova Ecclesiæ etiam Parochialis, in præjudicium antiquæ ædificetur, nisi justa causa subsit, veluti si numerus parochianorum ita creverit, ut una parochialis omnes non capiat, vel nimia sit distantia parochianorum sine magno incommodo & difficultate

C. ult. de Ecclésiæ ædific.
Trid. sess. 21.
de Reform.
cap. 4.

C. sicut C. con-
cedimus de
cons. dist. 1.

tate antiquam Ecclesiam parochialem adire non valentium, aut si tam frequens sit populus, ut unus Pastor non sufficiat; tunc enim auctoritate Nostra nova Ecclesia etiam invito antiquæ Ecclesiæ Rectore extrui, quin & portio competens ex reditibus & proventibus Ecclesiæ antiquæ sine præjudicio possidentis, relicta tamen ejusdem Rectori debita competentia, alioquæ modo eam dotandi deficiente, novæ Nostræ arbitrio potest assignari: imò necessitate exigente, populus ad subministrandum novo Parocho honestam vitæ sustentationem compelli potest. Illo tamen casu antiquæ Ecclesiæ jus hoc accrescit in novam, ut hujus dicatur Matrix, eiquæ à nova honos exhibendus sit; pars verò populi, quæ novæ Ecclesiæ subjicitur, à subjectione prioris absolvitur.

§. VI. Leprosi propriam possunt habere Ecclesiam.

C. 2. de leprof.

Leprosi propriam Ecclesiam seu Capellam cum cœmeterio & Presbytero, sine præjudicio tamen antiquarum parochiarum habeant.

CAPUT II.

§. I. Ecclesia ab Episcopo dedicetur.

C. 2. de consecr. Eccles. c. 1. de Relig. domi.

Ecclēsia extructa quantocyus à Nobis seu Vicario Nostræ in Pontificalibus, vel alio Episcopo ex commissione Nostræ consecratur; Altaria similiter in Ecclesia constituta, quæ lapidea, fixa, & stabilia esse debent, sive plura, sive unum, sive eodem die & simul cum Ecclesia, sive diversis diebus & seorsim possunt ac debent dedicari; consecrata enim Ecclesiâ hoc ipso Altaria consecrata non censentur.

§. II. Quo die Ecclesia dedicanda, & dedicationis anniversarium servandum.

C. 2. de.

Quolibet die sive Dominico, aut Festo, sive feriali, Ecclesia vel Altare potest consecrari. Dedicatio porrò Ecclesiæ quotannis solemniter est recolenda, nisi Episcopus justa de causa, dum consecrat, alium diem anniversariæ dedicationis constituat.

§. III. Ecclesia vel Altaria quando reconsecranda.

Ecclēsiæ vel Altaris consecratio non reperitur, licet Ecclesia illæis saltem parietibus magna ex parte corrueret. Quod si dubitetur, an Ecclesia vel Altaria consecrata sint; nec desuper scripturæ appareant, vel testes existant, consecrari debent.

C. 1. de consecr. Eccles. C. solemnitates C. Eccles. de consecr. dist. 1.

CAPUT III.

§. I. Altare aliud fixum, aliud mobile.

Porrò Altaria alia sunt mobilia, quæ de loco ad locum portantur, ideo Viatica dicta; & fixa seu stabilia, quod ex lapide duro, vel opere lateritio, vel gypso, admixto cœmento constructa alicui loco, seu basi calce similivè modo affixa sint. Differunt: nam illa per se consecrantur, hæc verò quatenus basi affixa sunt; ideo consecrationem amittunt, si vel loco moveantur, vel lapis seu mensa consecrata ab inferiori structura seu stipite removeatur, quia consecratio attingit conjunctionem superioris mensæ seu aræ, & inferioris stipitis. Viaticum altare non execratur à ligno, cui inclusum est, separatim, nisi in ipso ligno sigillum, seu locus Sacrarum Reliquiarum includeretur.

C. si motum de consecr. dist. 1. C. lignis C. quod in dubiis de consecr. Eccl.

§. II. Consecrationem amittit per notabilem fractionem.

Tam portatile, quam fixum Altare amittit consecrationem notabili fractione, qualis est, si in nulla Altaris parte calix cum patena possit consistere. Ad retinendam consecrationem sufficit, si patenam capiat. In aliis licet quid fractum & ipsis etiam cornibus, in quibus unctio, fit, additum aut detractum sit, non amittitur consecratio, nisi media mensa fracta esset, quæ parte calix & patena collocatur.

§. III. Reliquiæ Altaribus includendæ.

Iuxta Pontificalis præscriptum, in Altari quolibet sit locus, qui sacras contineat Reliquias, & sigillum; proinde ab omnibus Ecclesiarum Prælatibus, Superioribus & Rectoribus providendum, ut (remotis aliis cujuscunque dignitatis & conditionis personarum corporibus, si quæ sub Altaribus sepulta sunt) antiqua consuetudo

fuetudo in omnibus altaribus sacras recondendi Reliquias perseveret: id enim in introitu Missæ significatur per verba: *Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum Reliquiæ hic sunt &c.*

s. IV. *In Ecclesiis pollutis non est celebrandum.*

Pag. 102.
col. 2. n. 12.

Innovando decretum Synodi Diœcesanæ sub Decessore Nostro HENRICO habitæ, gravissimè interdiximus, nè quispiam in ullis Ecclesiis, Capellis seu Sacellis pollutis & profanatis, Sanctissimum Missæ Sacrificium ante eorum reconciliationem offerat; nè verò Ecclesiæ, Sacella vel cœmeteria ejusmodi diutiùs maneant polluta, injungimus omnibus Ecclesiarum Superioribus, Pastoribus, Vice-Pastoribus, Custodibus, Ædituis & aliis quibuscunque de violatione & profanatione notitiam habentibus, ut eandem Nobis Nostroverè Suffraganeo significent.

C A P U T I V.

s. I. *Altaria portatilia ex necessitate permittuntur.*

Altarium portatiliùm usum luctuosissimâ præteritorum motuum tempestate ad populi commoditatem aliquando permisisimus, sed re, quod gravi tunc urgente, nunc per Dei clementiam cessante causâ, indultum fuit, in corruptelam degeneret, præcipimus, ut sicubi altaria sint violata, vel profanata, ea comprimùm fieri poterit, instaurentur; & sacris usibus Pontificali consecratione restituantur, altarium mobilium usu penitùs interdicto.

Stat. Hermannus IV.
Archiep. Colon. pag. 275.
col. 1. in princ.

s. II. *Quantæ debeant esse capacitatis.*

Quod si deinceps ex gravi causâ portatiliùm altarium ulus erit pernitendus, ea debent esse tantæ magnitudinis, ut hostiam & calicem commodè contineant. Attendant verò singuli Sacerdotes, quibus in altaribus consecrent, nè dum in lapideis consecrare existimant, in appositis lapidi altaris asseribus sacrificent; ideo remorâ mappâ lapidem priùs inspiciant, ut nòrint, quo loco calix & patena sit collocanda; vetant enim sacri Canones, Sacramentum Corporis & Sanguinis Domini Nostri JESU CHRISTI in alio quàm lapideo altari confici.

C. Altaria 1.
de consecr.
dist. 1.

s. III. *Altaria ubique obstruantur, & bene muniantur.*

Cum altaria sint mensæ Sacrificii Domini & Sanctorum Martyrum sepulchra, maxima eis debetur mundities ac reverentia; quocirca oportet eadem undequaque taliter esse firmata, ne esculentorum, & poculentorum, ac nè vestium quidem sacrarum armaria sint, nequè cerei, vasa, ornamenta & suppellex sacra ibi recludantur; proinde severè præcipimus, ut in quibuscunque Ecclesiis non modò à fronte, sed à posteriori quoque parte, & utroque latere ubique obstruantur, & omni ex parte bene muniantur, ut nullis foradibus pateant.

s. IV. *Altaria servantur munda.*

Ne item canes antependia seu pallia scædent, singula cancellis æneis, ferreis aut ligneis cingantur: qui semper clausi teneantur, ut nulli unquam, præterquam Sacerdoti cum sacrificio Missæ offeret, ejusquè Ministris ad altare pateat accessus, adeoque tempore divini Officii nulli ad presbyterium admittantur laici; neque altare propiùs accedant, quam decet, multò minùs eidem capite, brachiis, aut aliâ corporis parte incumbant.

s. V. *A privatis Sacerdotibus Paramenta assumantur in Sacrificia.*

Observandum diligenter illud Sacre Rituum Congregationis insertum Romano Missali decretum: *Paramenta non debent sumi de altari pro celebratione Missarum, cum id tantùm competat Episcopis, sive solemniter, sive privatim celebrent; inferioribus verò habentibus usum Pontificalium, non nisi quando in Pontificalibus celebrant.* Quamobrem volumus omninò, ut in singulis Ecclesiis Collegiatis, Parochialibus & aliis quibuscunque (ut primùm fieri poterit) Sacristia communis, sicubi nondum est erecta, construatur; quod si angustia loci non patiatur, in eadem Ecclesia locus alius, ab altari semotus huic usui accommodetur, in quò Sacerdotes omnes Sacrificaturi, ac Diaconus & Subdiaconus in Missa ministraturi, sacris se vestibus induant, & inde ad altare procedant.

s. VI.

§. VI. *Ornatus Ecclesie.*

AUtais, floribus, frondibus aliisque decentibus ornamentis templi parietes, pulvinaribus sedilia, cum solemniora Festa postulaverint, exornentur, & ad cultum ornatumque domus Dei, populi pietatem & religionem excitandam conducentia ab Ecclesiarum Custodibus sedulo procurentur; illis autem ornandis peristromata, quæ vanas & turpes historias exhibent, nullatenus adhibeantur.

CAPUT V.

§. I. *In Ecclesiis Parochialibus elemosynæ colligantur, & Gazophylacium collocetur.*

QUoniam nonnullarum Ecclesiarum Parochialium proventus adeo sunt exiles, ut necessariis expensis non respondeant, juxta antiquam & laudabilem consuetudinem, diebus Dominicis & Festis solemnioribus, collectæ in Ecclesiis elemosynæ ad istum finem applicantur; Præfetti verò unâ cum Pastore receptorum curam habeant, de iis tempore præfinito, exactam rationem reddituri. Ad eundem finem in dictis Ecclesiis Parochialibus collocetur Gazophylacium serâ duplici clausum, cujus clavium alteram Pastor, Senior Ædilis alteram custodiat.

§. II. *Ab Ecclesiis amovenda Stuppellestilia & frumenta.*

TAmetsi propter hostiles incursus, repentina incendia, aliove casus inopinatos stuppellestilia, resque profanas Ecclesiis inferri non sit illicitum, ut nihilominus Ecclesia, non solum nomine, sed reipsa domus Dei, & orationis censeatur, INNOCENTII III. Pontificis in Concilio Lateranensi decretum jubemus exactè observari, ut periculo & necessitate cessante rursus efferantur, nec lino, frumento, lanâ, panno, cibariis, cistis, hastis, ensibus, sclopetis, signis militaribus, aliisque impedimentis Tempia, Sacella, Sacraria per annum repleta, ut in quibusdam locis apparet, maneant, multò minùs Sacella in equorum aut alia stabula convertantur.

C. sm. de custod. Euchar.

CAPUT VI.

§. I. *Mendici e templis arceantur.*

ABusus est, quod pauperes tempore Missæ, Concionum, aliorumve divinatorum Officiorum in Ecclesiis stipem colligant, siquidem ipsi orantium pietatem frequenter interrumpunt.

§. II. *Idque ab hominibus conductis.*

QUapropter ad valvas Ecclesiæ stare jubeantur: certæ verò personæ ab omnibus ubique Superioribus vel Administratoribus aut Præfectis Ecclesiarum, quæ mendicos arceant ab Ecclesia & expellant, deputentur, stipendio vel honorario ex bonis mensæ pauperum, seu fabricæ Ecclesiæ eis attributo. Quod Pius V. Pontifex omnibus & singulis Ecclesiarum Superioribus, Rectoribus, Capitulis & Parochis, ac quibuscunque etiam Regularibus injunxit verbis sequentibus: *Pauperes quoque mendicantes, seu elemosynas petentes per Ecclesias tempore Missarum, Prædicationum, aliorumque divinatorum Officiorum ire non sinant, sed eos ad valvas Ecclesiarum stare, faciant sub pœna duorum aureorum Capitulis instigendâ pro qualibet vice, nisi eos eici curaverint, & Parochis dimidii aurei; Religiosis etiam claustralibus sive Regularibus præcipimus in virtute Sanctæ obedientiæ, ut in Ecclesiis suis deputent aliquem, qui tales eiciat, & si negligentes fuerint, gravissimè ab Ordinario corripiantur, quod si illi parere recusaverint, gravissimas pœnas incurrant, & pro qualitate personarum etiam corporaliter puniantur arbitrio Nostro si ve Superiorum.*

Tom. 2. Bullar. 1. constit. 5.

CAPUT VII.

§. I. *Cœmeteria muniantur & custodiantur.*

CŒmeteria muris, fossis aut sepibus, de nocte etiam portis claudantur & muniantur, nè contentiosis ac dissolutis hominibus, qui eadem sæpè profanant, nec equis, vaccis, porcis, aliisque bestiis aut feris ad illa pateat ingressus; sed nec vitibus aut oleribus plantandis serviant, neque herbas cœmeteriorum Pastoris seu Vice-Pastoris animalia depascantur; si animalia ibidem reperta fuerint, detineantur, nec suis possessoribus, nisi floreno Colonienfi pro singulis exsoluto, restituantur.

Stat. Sifride p. 45. col. 2.

P In

ULIUTIT

In Ecclesiarum vestibulis vel cœmeteriis à colloquiis, conventionibus, cachinnis, ambulationibus, jurgiis & id genus insolentis absterneatur.

s. II. *Non plantandæ in ipsis arbores.*

IN Cœmeteriis nullæ deinceps arbores fructiferæ vel aliæ plantentur; plantatæ ab Ecclesiis quibusvis ita remotæ sint, nè vel radices dilatatæ parietum fundamentis, vel frondes diffusæ tectis aut fenestris officiant; alioquin excidantur. Vites quoque & hederæ, quæ Ecclesiarum parietibus adhærent, evellantur.

s. III. *Neque transitus, trituration aut lignorum strues in iis tolerentur.*

NEc sine gravi loci sacri injuriâ tolerari potest, ut Ecclesiæ & Cœmeteria sint viæ quasi publicæ, per quas res profanæ & onera deferantur; cum nec vas aquæ per Salomonis Templum ferre licuerit, vel ut in iis frumentum, hordeum, legumina, instrumenta rustica, vel alia suppellex profana recondantur: neque ut in Ecclesiarum vestibulis aut Cœmeteriis frumenta, quasi in area tritentur, fruges expandantur, strues lignorum fiant, lignavè congerantur.

s. IV. *Nequè mercatus, ludi, judicia &c.*

SEverissimè pariter ullis in Ecclesiis seu Cœmeteriis judicia secularia haberi, vel forenses denunciationses quarumcunque venditionum, aut rerum venalium deinceps fieri vetamus; ludi verò histriorum, convivia, prandia publica, symposia, tripudia, nuptiæ, Sagittariorum conventus, tympanorum pullus, ejaculatio Sclopetorum prorsus à Cœmeteriis eliminantur.

s. V. *Nequè laicorum ades.*

ANimadvertimus etiam in multis Diœcesis Nostræ Cœmeteriis habitationes & ædes laicorum contra Sacrorum Canonum prohibitionem & Ecclesiasticam immunitatem erectas, quas posthac in Cœmeteriis ædificari nolumus; ædificatas verò dejici, prout & simeta vaccarum aut porcorum stabula, equilia & caulas ex Cœmeteriis removeri mandamus.

s. VI. *Ossuariorum structura.*

Ossuaria intra Cœmeterium muro seu pariete, vel saltem cancellis undiquè septa, tectoquè ac fornice, sicubi potest, operta, constituantur; in his mortuorum ossa educta tumulis ordine ponantur, nè vel à canibus aut porcis rodantur, vel ab hominibus conculcentur.

C A P U T VIII.

s. I. *Altaria absquè Episcopi licentia non destruantur.*

Nullum altare consecratum absque legitima causa & expressa Episcopi licentia, nec nisi certis precibus ac cæremoniis adhibitis destrui debet.

s. II. *Quid faciendum si ab Ecclesia destruenda transferantur Reliquia.*

QUod si Ecclesia aliqua seu Capella præhabita à Nobis vel Suffraganeo Nostro licentiâ, destruenda sit, Sacræ Reliquiæ, Corporavè Sanctorum in ea recondita, aliquot ante ipsius destructionem diebus, diligenter recognita, ad aliam Ecclesiam à Nobis, Nostrovè Suffraganeo constitutam solemnè ritu transferantur; convocato ad hujusmodi etiam translationem (si corpora sint, seu insignes Reliquiæ) Clero vicino & populo, ac dein Ecclesiæ seu Capellæ altaria, adhibitis precibus & cæremoniis, amoveantur.

s. III. *Amotis altaribus fidelium ossa deportentur.*

Altaribus amotis ossa fidelium exhumantur, & collecta simul reponantur, antequam exhumationis fiat initium, ante altare majus submissè oretur: postea Clero & populo concomitante ossa ad locum destinatum cum Psalmis & precibus pro defunctis efferantur, & si tempus permittat, Missæ Sacrificium pro iisdem celebretur. Deniquè Ecclesia seu Capella diruatur ab operariis, & in loco Ecclesiæ seu Capellæ dirutæ Crux, quæ nunquam amoveatur, erigatur, juxta Concilii Tridentini præscriptum. Idem fiat in Cœmeteriis profanandis.

*Sess. 21. de
Ref. c. 7. in
fine.*

TITULUS

TITULUS XIII.

De Testamentis, & eorum executione.

CAPUT I.

§. I. *Testamenti ad mortem dilatio noxia est.*

EXperientia docet, quàm sit periculofum, quantumquè detrimenti afferat, testamentariam difpofitionem ad extremum vitæ terminum differre; quapropter volumus & injungimus omnibus Civitatis & Diœcefis Noſtræ Paſtoribus, Vice-Paſtoribus & Concionatoribus, ut ſubindè auditores ſuos ſeriò moneant, ut ultimæ voluntatis tabulas maturè condant: atquè tempeſtivè domui, rebus & bonis ſuis temporalibus conſulant, nè inſtante morte ægri & anxii circa mox relinquenda magnis conſiciantur moleſtiis non ſine periculo ſapè ſalutis æternæ amittendæ.

§. II. *Testamentum condentes ſint in ſtatu gratiæ.*

Hortentur Similiter, ut testamentum ſuum extra gravioris noxæ conſcientiam faciant, totamquè diſpoſitionem ad bonum finem dirigant, nè vanitate potiùs memoriæ poſt mortem relinquendæ, vel quovis alio ſiniſtro ducti affectu, quàm Dei & proximorum amore permoti operis boni merito ſpolientur.

§. III. *Reconciliationis cum adverſariis meminert.*

Quod ſi teſtamenta condere volentes cum aliquo vel aliquibus publicas habeant inimicitias, non ſolùm animitùs ignoſcant, ſed in præſentia aliorum, quòd ignoverint, teſtatum faciant, ut cum odore virtutis decedant. Quod ſi alios offenderint, expedit, ut ad veniam petendam amicos deſtinent, & pro modo offenſæ ſatiſfaciant, reconciliatioquè ſubſequatur. An verò inter præſentes ea ſit conſicienda, prudentis judicio æſtimandum relinquatur; cum inter præſentes aliquando controverſias componi non ſit conſultum; occulta inimicitia ſecretò quoquè dirimantur.

§. IV. *Chriſtum faciant cohæredem.*

Quamvis teſtatores numeroſam habuerint prolem, vel cõſanguineos, meminerint tamen Chriſtum ſcribere cohæredem, niſi hæreditas fortè ſit adeo tenuis, ut neceſſariis hæredibus ſeu liberis ad ſuſtentionem honeſtam neceſſaria videatur & legatis minuenda non judicetur.

§. V. *Recordentur Orphanorum & pauperum.*

Si teſtatoribus nulli fuerint fratres, ſorores aliivè cognati indigentes, liberalioribus legatis ad pias cauſas animarum ſuarum ſaluti optimè conſulent, benefaciendo ſcilicet pupillis, Orphanis, viduis, pauperibus, captivis, peregrinis & ægris, Eccleſiis quoquè earumque Miniſtris penuriâ laborantibus. Inſuper laudabile erit debitoribus vix ſolvendo exiſtentibus integrum debitum vel partem ejuſdem remittere.

§. VI. *Nec non amicorum.*

Etſi autem teſtatores cognatos aut amicos aliàs locupletes magnis legatis honorare non intendant, conveniens tamen fuerit, eorundem in benevolentia ſignum vel exiguo legato recordari, ne decedentibus inviſi aut odio fuiſſe æſtimentur.

§. VII. *Parochiæ aliquid legetur.*

Cum D. Hieronymus veriffimam cenſeat vulgi ſententiam, quâ dicitur: *Divitem eſſe aut iniquum, aut iniqui hæredem*: Idcirco quilibet dives Deum timens animæ ſuæ bene providebit, ſi aliquam partem ſubſtantia piis uſibus teſtamento relinquat; imprimis autem ut Matricem & parochialem ſuam Eccleſiam Majorum conſuetudine & pietate pro ratione fortunarum ſuarum pio legato honoret: ſicquè ignorantiam etiam quaſtùs iniqui ſibi diſplicere oſtendat.

Epift. 150.

§. VIII. *Confessarii opera pietatis in genere tantum commendent.*

Confessarii, præsertim Religiosi, ut majori spiritus libertate, & fructu animas juvare possint, scriptioni testamentorum non inter sint, aut testatori nominatim suadeant, cui aut quibus hæreditatem, vel legata relinquat; præsertim verò propriarum Ecclesiarum, Collegiorum aut Conventuum importunum patrocinium non suscipiant; pro consilio requisiti in genere opera pietatis commendent, & electionem testatori omninò liberam relinquunt.

C A P U T II.

§. I. *Ecclesiastici in condendo testamento Ecclesie & pauperum memores sint.*

Meminerint Ecclesiastici, quòd singulariter lex charitatis exigat, ut Ecclesie & pauperibus beneficiant, proinde in suprema voluntate declaranda non propinquitate & sanguinis inclinatione moveantur, sed Ecclesie Dei utilitatem pauperumquè sublevamen sibi proponant.

§. II. *Amicis bona Ecclesiastica non relinquunt.*

Considerent etiam periculum suum, si mox ad tribunal CHRISTI rapiendi, deque omnibus usquè ad extremum quadrantem rationem reddituri facultates sibi creditas ex patrimonio CHRISTI & bonis Ecclesiasticis provenientes maluerint propinquis & consanguineis, quàm CHRISTO & ejus Ecclesie atquè pauperibus relinquere.

§. III. *Seminarium Archiepiscopale habeant commendatum.*

Concilii Tridentini decretis conformiter seminarium Clericorum seu Pastorum Coloniae per Decessorem Nostrum FERDINANDUM Archiepiscopum aliàs fuit institutum nonnullis annuis redditibus assignatis. Quam piam pro totius Nostræ Diocesis necessitate & utilitate intentionem promovere, seminariumquè congruentibus redditibus ac proventibus dotari cupientes, illud ipsum inter cæteras pias causas, & Sancta opera

omnibus testari volentibus commendamus.

§. IV. *Et fabricam Ecclesie Metropolitanæ.*

Receptam pariformiter consuetudinem certum quid relinquendi fabricæ Nostræ Metropolitanæ, tanquam omnium per Diocesin Nostram Mattici Ecclesie, Pastores & Vice-Pastores auditoribus suis notam faciant, Executoresquè moneant, ne in legato hoc solvendo negligentes sint.

C A P U T III.

§. I. *Quomodo Ecclesiastici testamenta sua condere debeant.*

Archiepiscopali quidem privilegio Venerabili Clero Nostrò in & extra Civitatem Nostram Coloniensem testamenta condere, & de redditibus etiam beneficiorum absquè solemnitatibus à jure civili requisitis validè & licitè disponere permittitur; inhærendo tamen Canonicis Sanctionibus, Decessorumquè Nostrorum statutis & Ordinationibus, volumus, ut omnes Ecclesiastici Civitatis & Diocesis Nostræ Colonienlis testamenta sua in præsentia Notarii vel Pastoris duorumquè ad minùs testium condant, vel in scriptis voluntatem suam proprià manu subscriptam, signatam & oclusam Notario vel Pastori coram duobus testibus exhibeant, & in charta hujusmodi contineri ultimam suam voluntatem, declarent; Notarius verò aut Pastor in dorso chartæ hunc actum scribat & subsignet: dispositiones aliter factas nullas & invalidas; legata tamen ad pias causas proprià testatoris manu scripta vel subscripta sine Notario & testibus subsistere declaramus.

Statut. Frider. Archiep. Colon. §. de testam. Cleric. fol. 200. ejusdem Frider. §. item quod Clerus Secularis fol. 202. Statut. Hermannus fol. 296.

§. II. *Testamenta per Executores infra triginta & unum dies pro approbatione exhibeantur.*

Ne testamenta Ecclesiasticorum casusquè ab intestato diu detineantur & occultentur; interea verò hæreditates expilentur, Executores post mortem Ecclesiasticorum (etiamsi eisdem de speciali gratia taxa Nobis competens remissa sit) testamenta infra triginta & unum dies Officiali ac Sigillifero majori exhibeant, approbationem petant, & juramentum de fideliter exequendo præstent; alioquin præ-

Statut. Hermannus §. & Milonius fol. 297.

præter multam decem aureorum per Executores solvendam, autoritate Officialis & Sigilliferi majoris Promotores Officii & Sententiarum Notarius elapso jam definito tempore hæreditates consignent, & expensis earundem describant.

§. III. *Sedulò attendatur, ut testamentaria dispositiones adimpleantur.*

Concil. Trid.
sess. 22. de Re-
form. cap. 8.

Quandoquidem omnium ultimarum voluntatum & piarum dispositionum supremi Executores & Tutores sunt Episcopi, per illos vel maximè providendum est, ut testatorum Ordinationes fideliter executioni demandentur; non rarò autem accidat, quòd tam Clericorum, quàm Laicorum extreme voluntates & testamenta ad pios etiam usus, legata & relicta dolosis machinationibus variè impediuntur, retardentur, aut in alios usus expendantur; idcirco Officialis & Sigillifer Noster major sedulò advigilent, accuratamquè curam gerant, ut testatorum desiderio & voluntati plenè satisfiat, nec ad pios usus destinata in alios impendantur.

§. IV. *Quid ante testamentorum approbationem observari debeat?*

Sigillifer Noster major testamenta, Codicillos & dispositiones Ecclesiasticorum diligenter examinet & inquiret, an in forma, institutione & legatis subsistant, quales sint hæredes & legatarii, an capaces & legitimi, vel in fraudem Fisci Concubinæ seu spurii directè vel indirectè instituti; si maturo examine præviò testamenta confirmanda duxerit, desuper Officiali Nostro fidelem relationem faciat, qui absque ulteriori inquisitione approbationem sub sigillo Curia & manu Notarii sententiarum expediri demandet.

§. V. *Tempus reddendarum rationum determinatur.*

Statuta Hermann
loc. cit.

Executores intra triginta & unum dies post obitum defuncti numerandos statum hæreditatis sub quadraginta aureorum Sigillifero Nostro majori solvendorum, nequè sine expresso Nostro mandato remittendorum vel moderandorum pœna, statum hæreditatis sive Inventarium legale dicto Nostro Sigillifero exhibeant, consuetamquè & ab HERMANNO V. Decessore Nostro constitutam taxam

Loc. cit.

juxta vires inventarii solis funeralibus & debitis liquidis, vel infra mensis spatium liquidandis detractis persolvant, & testamentum infra annum continuum à die mortis computandum exequantur, ac de executione per ipsos fideliter gesta legales rationes cum debitis justificationibus exhibeant; de annis verò gratiæ & restantiis post earundem receptionem respondeant; anno elapso Sigillifer Noster executionem velut ad Nos ipso jure devolutam suppleat; in grave enim piarum causarum & Creditorum damnum; opprobrium status Ecclesiastici & dispendium salutis animarum vergit, quòd Executores legalia inventaria exhibere, rationesquè receptorum & expositorum multis sæpè annis reddere negligant.

Statuta Hermann
IV. fol. 269. pag. 2.
§. cum nihil
pius. Statuta
Adolphi 3.
fol. 530.

§. VI. *Executorum infra annum executionem non perscientium pœna.*

O mnes pariter testamentorum Executores, qui intra annum executionem sibi commissam non perfecerunt, infra mensis spatium à publicatione horum Nostrorum decretorum Synodaliū coram Officiali aut Sigillifero Nostro compareant, & computum legalem de rebus & bonis per eos receptis & expositis reddant, alioquin ultra pœnam centum aureorum quam elapso præfixo termino incurrent, ad excommunicationem contra eosdem procedemus.

Statuta Philipp
II. §. de
exequent.
testam. p. 486.

§. VII. *Bona Ecclesiasticorum ab intestato decedentium quibus cedant.*

SI Clericus quispiam planè intestatus, vel sufficiens, & legitimo testamento non condito decesserit, ejus hæreditas per Notarium Sententiarum, in præsentia tamen Promotorum Officii describatur, ex beneficiis Ecclesiasticis provenientia juxta ordinationem HERMANNI V. per Sigilliferum Nostrium majorem administrantur, solutisque funeralibus & debitis ad usus pios in refrigerium animæ defuncti à Nobis præscribendos applicentur; patrimonialia verò hæredibus ab intestato relinquantur.

Statuta Hermann
V. fol. 297.

§. VIII. *Executorum obligatio.*

Executorum Officiū quamvis passim appetatur, grave sane est & molestum; tenentur siquidem Executores non solum ultimam testatorum voluntatem

accuratissimè temporibus præscriptis exequi; verum etiam in obligationem eorundem succedentes, testamenta, quorum Executores deputati fuere, debitæ executioni propiissimè demandare.

s. IX. *Quid Executores circa funeralia & debitorum solutionem observare debeant.*

Iustam conquerendi Creditoribus præbent occasionem Executores, dum statum & vires hæreditatis defuncti ignorantes multos minùs necessarios sumptus in funeralia profundunt, & sine decreto iudicis propriis ducti affectibus, quin etiam proprio lucro moti nonnulla debita persolvunt; unde sæpissimè provenit, ut Creditores privilegiati, tenuioris quandoquæ fortunæ defraudentur; gravissimæ huic corruptelæ, imò manifestæ iniquitati opportunum adhibere remedium cupientes, omnibus & singulis testamentorum Executoribus severissimè inhibemus, nè viribus hæreditatis non perspectis, ullis ad honestam sepulturam omninò non necessariis expensis eandem minuant, nequè an-

tequam legitimum inventarium confectum fuerit, ex illoque constiterit, quòd hæreditas omnibus debitis solvendis sit sufficiens, vel minutissimam etiam summam, in cuiusvis quantumvis privilegiatissimi debiti solutionem absque ordinatione Officialis Nostri exponant; contravenientes ad restitutionem factarum non necessariarum expensarum & pecuniæ cuiusquæ Creditori solutæ teneri, & ultra multam iisdem pro qualitate transgressionis infligendam opportunis juris remediis volumus compelli.

s. X. *Officiali & Sigillifero approbatio testamentorum committitur.*

Archidiaconi eorundemquæ Officialis, ac Decani Collegiatarum & Christianitatum examen testamentorum & approbationem sibi non arrogant, nequæ sub quocunquæ prætextu ulla jura ab Executoribus vel hæredibus exigant; vires enim nostras in approbandis & examinandis testamentis Officiali & Sigillifero privativè committimus.

TITULUS XIV.

De Sepultura & Exequiis.

CAPUT I.

s. I. *Defuncti juxta morem patriæ vestiendi.*

Corpora Christianorum, qui nequæ in annis innocentie decefferunt, nequæ Clericali militia aut sacris Ordinibus adscripti fuere, juxta receptum in hisce regionibus morem veste lineâ induti, componantur in lectulis aut feretris sive tumbis; aut si Illustres fuerint, pro ratione conditionis vestiantur: Infantes autem & pueruli indui poterunt, priusquam in tumba recludantur, veste convenienti, iisque Coronæ è floribus vel herbis odoriferis contextæ virginitatis & integritatis indices imponi.

s. II. *Sepultura Ecclesiastica quinam priventur.*

ET si autem Ecclesiastica Sepultura juxta illud Ecclesiastici: *Mortuo non*

prohibeas gratiam sciens quoniam omnes morimur; nemo videatur privandus: nonnullis tamen justè negatur, ut infidelibus, paganis, judæis (quibus annumerantur infantes sine Baptismo mortui, nec non catechumeni, quamvis pro iis oret Ecclesia, si credentes decefferint) item hæreticis, etiamsi eorum hæresis primùm post mortem publicetur, ipsorumquæ receptoribus & fautoribus, cæterisque excommunicatis nominatim denunciatis, quorum etiam ossa, si internosci possint, eruenda sunt, & procul à Sacris locis abjicienda, nè ea polluant; quibuscum enim non communicamus viventibus, cum iis nec mortuis communicare debemus: & qui tales scienter sepeliunt, ipso jure è cætu fidelium exturbantur.

Cap. 7. v. 37.

C. Ecclesiam de cons. dist. 1.
C. Sacris de sepult. c. 2. de heret. in 6. C. Consulisti de consecr. Eccles.

s. III. *Usurariis publicis negatur sepultura.*

Insuper Ecclesiastica sepultura negatur Usurariis publicis, licet testamento

C. 2. de usura in 6.

usura-

usuratum restitutionem imperarint, nisi actu & re ipsa pro facultatum magnitudine, de iis restituendis idoneam cautionem juxta juris dispositionem praestiterint.

§. IV. *In torneamentis mortuis & seipfos necantibus.*

Pius V. constit. 48.

Arcendi sunt etiam a sepultura sacra in equestribus certaminibus vulgo torneamentis morientes, vel sibi ex proposito & sponte, vel ex desperatione, vel iracundia mortem inferentes, nisi ante mortem signa poenitentiae dederint. Secus si casu, ex insania, aut fatuitate seipfos interemerint; item in duello occumbentes, licet ante mortem signa poenitentiae ostenderint.

§. V. *Blasphemis, in duello occisis, &c.*

Trid. sess. 24. de Reform. c. 19.

Praeterea Ecclesiastica sepultura negatur blasphemis, impoenitentibus, raptoribus, furibus & latronibus in flagranti crimine, sicut & in duello occisis.

§. VI. *Peccata in anno non confitentibus, Eucharistiam in Paschate non sumentibus.*

C. Omnis de Paenit. & remiss. c. 19.

Similiter illi, quos publice constat peccata sua semel in anno non expiisse, neque tempore Paschali Sanctissimo Eucharistiae Sacramento refectos esse, vel absque poenitentiae signo obiisse, Ecclesiasticam sepulturam privandi sunt.

§. VII. *Ultimo supplicio affectis.*

Ultimo etiam supplicio damnatis, si abique poenitentia moriantur, sepultura non conceditur: alioquin sepeliuntur, accedente tamen Principis aut judicis autoritate, qui subinde in exemplum & terrorem aliorum, cadavera eorum in loco supplicii inhumata remanere jubet.

§. VIII. *Tempore interdicti mortuis.*

Sed & tempore interdicti generalis omnibus in loco interdicto sepultura denegatur, exceptis Clericis servantibus interdictum, qui sine campanarum pulsatione & cessantibus solemnitatibus omnibus possunt in Coemeterio sepeliri; sin jure prohibiti funerentur, Ecclesia vel Coemeterium polluitur, reconciliarique debet, priusquam alii ibi tumultentur, & ossa eo-

rum si discerni queant, jubentur exhumari: haec tamen intelligenda sunt de iis, qui abique poenitentia decesserint, nec in articulo mortis Ecclesiae fuerint reconciliati: nam si quis dum in extremis ageret, legitime absolutus fuerit, ei Ecclesiastica sepultura aliaque Ecclesiae suffragia minime sunt neganda; pariformiter si Ecclesia vel Coemeterium subiaceat interdicto nemo inibi sepeliri potest.

§. IX. *Extra duellum occisorum exequiae non differendae.*

Extra duellum occisorum exequiae differendae non sunt, quousque inter homicidam & defuncti haeredes conventum fuerit, ne animae eorundem subsidio salutarium suffragiorum tam diu careant.

§. X. *Exequiae non celebrentur pro iis, quibus sepultura non conceditur.*

Nemo autem pro iis, quorum cadaveribus Ecclesiastica denegata est sepultura exequias celebret, sub poena suspensionis, & alias arbitrariae.

C A P U T II.

§. I. *Corpora defunctorum quando & quomodo tumulanda.*

Nullum defuncti corpus, praesertim si mors repentina intervenerit, nisi post debitum temporis intervallum (nempe viginti quatuor horarum) terrae mandetur. Interim corpus, donec efferatur, de more honeste compositum loco decenti cum lumine collocetur. Crux parva super pectus inter manus defuncti ponatur, aut sicubi crux desit, manus in modum crucis componantur: interdum aspergatur aqua lustrali, praesentes vero Sacerdotes, vel alii pro defuncto orare meminerint.

Ritual. Rom. tit. de exequiis §. nuncius corpus.

§. II. *Vulgares excubiae abrogantur.*

Minime tolerandus est mos pessimus, qui in nonnullis Civitatis & Dioecesis Nostrae locis inolevit, ut cadaver antequam ad sepulturam deferatur, a vicinis utriusque sexus adolescentulis vespere, ac nocte tota custodiat; quamvis enim praesentia cadaveris mortalitatis hominem admonere deberet, ea tamen occasione multae levitates, petulantiae, lasciviae

civæ & enormia sæpè flagitia committuntur. Præcipimus proinde Pastoribus, Vice-Pastoribus & Concionatoribus omnibus, ut seriò prohibentes tales nocturnas vigiliæ aut custodias doceant, magis expedire, ad defuncti corpus unam vel alteram piam personam, vel Religiosos vigilare & preces pro anima defuncti ad Deum fundere, quàm sub prætextu harum vigiliarum divinam majestatem non rarò gravissimè offendi.

§. III. *Innocentes ubi tumulandi.*

Parvulorum baptizatorum corpora ob vitæ innocentiam, quâ adultos antecellunt, juxta vetustam & laudabilem quarundam Ecclesiarum consuetudinem non in communibus cœmeteriorum & Ecclesiarum tumulis promiscuè funerentur, sed in Ecclesiis aut illarum cœmeteriis, si commodè fieri poterit, specialis & separatus locus designetur, in quo tumulentur. Ordo porrò sepeliendi parvulos in Rituali Romano præscriptus, à Parochis, Vice-Parochis & aliis Ecclesiasticis omnibus diligenter & inviolatè observetur.

§. IV. *Ubi Sacerdotes & Clerici.*

Rit. Rom. tit. de exequiis §. sepulchra Sacerdotum. Sepulchra Sacerdotum & Clericorum cujuscunque Ordinis à tumulis laicorum convenit esse separata, ac decentiori loco sita, eoquè discrimine, ut alia pro Sacerdotibus, alia pro inferioris Ordinis Ecclesiæ Ministris sejungantur.

§. V. *Ustus sepultura locus sit cœmeterium benedictum.*

Rit. Rom. loc. cit. §. ubi viget. Ubi viget antiqua consuetudo mortuos in cœmeteriis sepeliendi, retineatur, & sicubi exolevit, restituatur. Quapropter cœmeterium loco honesto autoritate Nostrâ ad Christianorum ibidem corpora sepelienda destinato, ritequè benedicto, constituatur, ut mortuorum cadavera minùs ab immundis vexentur spiritibus, & defuncti Sanctorum patrocinii, quorum nomini consecrata est Ecclesia, in cujus cœmeterio sepulti sunt, commendentur, participesquè fiant precum, quæ pro defunctis ibidem funduntur; insuper defunctorum proximi & amici, quoties cœmeterium transeunt, ad orandum pro illis excitentur.

§. VI. *Extra quod fideles non sepeliantur.*

Quamquam nullus Communionis fidelium particeps extra Ecclesiam aut cœmeterium ritè benedictum debeat sepeliri: si tamen necessitas aliud postulet, opera detur, ut eâ cessante quamprimum corpus in locum Sacrum transferatur; interim crux capiti apponatur, ad significandum, illum in CHRISTO quievisse.

Rit. Rom. loc. cit. §. cœmeterium nemo.

§. VII. *Ubi mortui sepeliendi sint, & quid sit portio Canonica.*

Communiter sepeliendi sunt mortui in Ecclesia parochiali, vel ejusdem cœmeterio, in qua receperunt, aut recipere debuerunt Sacramenta, nisi vel elegerint alibi sepulturam, aut alibi monumentum Majorum extet; liberum enim est cui libet, quietis locum sibi deligere, quibus casibus detur *portio* ut vocant, *Canonica* Ecclesiæ parochiali. *Portio* autem *Canonica* quandoque est quarta pars bonorum, quæ defunctus reliquerit Ecclesiæ, in qua vel juxta quam sepeliri voluit, quandoquè tertia, quandoquè media, quandoquè minor: ideoque in ejus quantitate definienda, loci cujusquè spectanda est consuetudo, eoque sine Sancta Tridentina Synodus decernit, ut quibusquè in locis, jam ante annos quadraginta, quarta, quæ funèralium dicitur, Cathedrali aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolvi, ac postea fuerit ex quocunque privilegio, aliis Monasteriis, hospitalibus, aut quibuscunque locis piis concessa, eadem posthac integro jure & eadem portione, quæ antea solebat Cathedrali seu parochiali eisdem Ecclesiæ persolvatur, non obstantibus Concessionibus, gratiis, privilegiis, etiam *magni nuncupatis*, aut aliis quibuscunque. Ecclesiastici porrò seculares, nisi aliter disposuerint, in Ecclesia in qua fuerunt beneficiati, sepeliendi sunt.

C. 4. §. 10. de sepult. c. 2. eod. in 6. Clem. dudum eod. Trid. sess. 25. de Reform. c. 10.

Loc. cit.

§. VIII. *Non baptizati ubi sepeliendi.*

Et si pueruli, vel quorumcunque, etiam piissimorum hominum liberi, itè Cathæchumeni, & quicunque ex hac vita sine Baptismo migrantes in Ecclesia seu quovis alio loco Sacro minime sepeliantur; eorum corpora tamen more belluarum non sunt abjicienda, sed pro ipsis extra Ecclesiam &

cœ-

cœmeterium, vel saltem in aliqua cœmeterii parte locus deputandus, in quo sine ullis precibus ac solemnitate à Laico deponantur; nec quisquam ex Clero, etiam vocatus interfit profanæ ejusmodi sepultura. Abolendus etiam abusus est, quo istiusmodi in parentum aliorumvè privatorum hortis vel domibus terræ mandantur.

s. IX. *Vespillones quid observare debeant.*

Qui humum sepeliendo in Ecclesia cadaveri egerit, caveat ne Sacerdotibus, aut oranti populo, fabulis, clamore, vel tumultu molestus sit: sed ante lucem, vel prandii, aut cœnæ tempore, finitivè vespertinis precibus sepulchrum aperiat, nec sepulcorum exuvias, quas fodiendo offendit, minùs religiosè tractet, nevé loculos integros stimulante avaritiâ comminuat, tabularumquè vendendarum, aut comburendarum causâ cadaver excutiat.

s. X. *Sepulchrorum dispositio.*

Sepulchra aliquantulum remota sint ab Ecclesia, præsertim pro eorum cadaveribus, qui peste moriuntur, nè sepulta cadavera aërem corrumpant, aut gravem per templa, aut cœmeteria diffundant odorem; liberaque sint à bestiis & canibus; vespillones & fossores sepulchrorum illa ut minimum sex pedes profunda fodiant, ita ut saltem duos vel tres pedes supra defuncti loculum terra congeri possit. Et in templis quidem lapidibus, in cœmeterio autem vetustissimo Christianorum more, cruce ferræ, lapideâ, aut saltem ligneâ, cum defuncti nominis, cognominis, tituli, diei, mensis & anni, obitus inscriptione, velut monumento sepulchra muniantur. Quibus in Ecclesia conceditur sepultura, illorum tumulus ultra terram non elevetur, remotiorquè sit ab Altari, nullatenùs verò sub eodem ejusvè gradibus quispiam funeretur.

s. XI. *Quâ horâ sepeliendi defuncti.*

Nullus nisi contagioso morbo defunctus, nocturno tempore, vel horis aliquot post occasum, aut ante ortum Solis sine expressa Superiorum licentia sepeliatur, sed corpus defuncti in Ecclesiam ante meridiem efferatur, & Missa celebretur, antequam sepultura tradatur, ac dein precum & aliarum cæremoniarum solem-

nitas adhibeatur. Quod si illius deportatio Ultra undecimam producat, Pastores & Clericos funus comituros sine ullo respectu personarum ad Ecclesiam properare & divinum Officium inchoare sub pena arbitraria volumus, ut tandem tot annorum corruptela sepulturas tam tardè instituendi abrogetur.

s. XII. *Cerei funeribus adhibendi, & pauperes gratis sepeliendi.*

Antiquissimus ritus Ecclesiasticus cæreos accensos in exequiis & funeribus deferendi observetur; pauperes verò gratis omninò sepeliantur, necessariaquè luminaria in eorundem sepultura suis impensis Pastores, Vice-Pastores aliivè Sacerdotes ad quos defuncti cura pertinet, suppeditent, vel piæ sodalitates, ubi reperiuntur, juxta loci consuetudinem subministrent.

Rit. Rom. tit. de exequiis.

C A P U T III.

s. I. *Cæremonia probata in sepulturis serventur.*

Sacros ritus & Cæremonias, quas ex antiquissima traditione, atque summorum Pontificum institutis Sancta Mater Ecclesia in filiorum suorum sepulturis & exequiis adhibere consuevit, tanquam veræ religionis Mysteria Christianæquè pietatis signa, ac fidelium mortuorum saluberrima suffragia, Parochi omnes & Vice-Parochi summo studio servent.

s. II. *Innocentes Ecclesiæ precibus non indigent.*

Parvuli, qui post Baptismum ahtè usum rationis decedunt, oratione Ecclesiæ non indigent; occasione tamen sepultura parvulorum, qui in albis ad Dominum rapiuntur, oretur pro defunctis precibus Ecclesiæ indigentibus.

s. III. *Ritus celebrandi exequias pro adultis.*

Cum verò exequiæ pro adultis celebrantur, Officium *defunctorum* juxta præscriptum Ritualis ac Missalis Romani integrum semper paramentis nigris peragatur.

Q

s. IV.

s. IV. *Dominicis & Fectivis diebus Missa primaria non sit funebris.*

Rit. Rom. tit. de exequis. Concil. Provinc. Colon. p. 382. cap. 28.

Siquis ob urgentem necessitatem Dominico seu Festo die sit sepeliendus, Missa propria pro defunctis celebrari poterit, dummodo ipsius Dominicæ diei seu Festi Missa Conventualis, seu principalis & Officia divina non impediatur; nunquam enim primaria seu Conventualis Missa diebus Dominicis aut fori Fectivis debet esse funebris, aut pro defunctis, sed proprio diei Dominici vel Festi Officio conformis; proindeque tunc duæ Missæ, una pro defunctis, altera de Dominico vel Festo die dicantur.

s. V. *Iusta funebria ultra sex septimanas non differantur.*

Iusta funebria, ultra sex septimanas à die obitus, nisi gravibus de causis per Nos aut Superiores approbandis non differantur, quibus elapsis si hæredes aut consanguinei defuncti à Pastore seu Vice-Pastore præmoniti & requisiti illa persolvi non curent, hæc negligentia Fiscalibus denuntietur. Hortentur etiam serio Pastores & Vice-Pastores Parochianos suos, nè convivia exequiarum, vel anniversariarum memoriarum in multas horas protrahant, nimioque potu exorbitent.

s. VI. *Quando ad feretrum servandæ ceremoniæ.*

Quod si die sepulturæ parentetur quidem, sed ob contagii metum, corruptionis periculum, aut fetoris horrorem, corpus in Ecclesiam non deferatur, tunc corpore sepulturæ tradito, in medio Ecclesiæ feretrum, in funeris representationem erigatur, circa quod exequiarum ceremoniæ servabuntur.

s. VII. *Sermones, quibus defuncti laudentur, non habendi, bene tamen breves Concionæ adhortatoriæ.*

In exequiis aut sepultura sermone funebri defunctos sine Nostro aut Superiorum præcitu deprædicare prohibemus; permittimus tamen & probamus breves adhortationes, quæ totæ ad humanam miseriam fidelium oculis proponendam, peccatorum fugam, assiduamque vigilantiam inculcandam diriguntur.

CAPUT IV.

s. Un. *Jura funeralia à quibus determinanda.*

Tamet si jura funeralia per totam Diocesim Nostram nequeant esse uniformia; multis enim in locis sunt magna pars congruæ portionis Pastorum seu Vice-Pastorum; in quibusdam verò Pastoribus seu Vice-Pastoribus aliunde de honesta competentia provisum est; curent tamen in proximis Ecclesiarum parochialium Visitationibus Archidiaconi, Decani Rurales, ut in singulis Parochiis, præviâ cum Pastore seu Vice-Pastore ac Magistratu, Ædilibus atque Provisoribus mensæ pauperum cujusque loci communicatione, jura tam funeralia, quàm alia pastoralia determinentur.

CAPUT V.

s. I. *Semel ritè sepulcorum, etiam Sancto- rum corpora sine Episcopi licentia non transferantur.*

Quoruncunque mortuorum corpora sub dio jacentia quantocyus humentur; nullius verò defuncti corpus sepulturæ semel traditum sine expressa Nostra, aut Superiorum licentia exhumetur, vel ad alium locum transferatur, multò minùs Sanctorum Corpora, cum ea non possint sine licentia Summi Pontificis vel Episcopi Diocesani adhibitis precibus, ritibus & ceremoniis in Rituali Romano præscriptis, erui vel transferri.

Rit. Rom. tit. de exeq. & tit. de transl. Reliq.

s. II. *Quid faciendum in casu dubio.*

Corpora seu Ossa mortuorum, dum fundamentum novi ædificii foditur, vel aliàs loco profano reperta, si post debitam inquisitionem dubium maneat, num Gentilium vel Christianorum fuerint, in ignem aut alium sordidum locum non abjiciantur; sed eodè seu alio profano loco rursùs inhumantur. Reliquiis autem loco Sacro recens inventis, de quibus non constat, utrùm sint veræ alicujus Sancti, ab earum quidem veneratione etiam privata omninò abstineatur, neque aliis Sanctorum Reliquiis propter periculum superstitionis permisceantur; loco tamen decenti asserventur.

P A R S



P A R S III.

De Statu personarum.

TITULUS I.

De vita & honestate Clericorum.

CAPUT I.

s. II. Præsertim Laicis.

s. I. Clericorum vita aliis sit exemplo.



Nihil propè optabilius, quam ut Clerici omnes CHRISTI militiæ, Sponsæquè ejus Ecclesiæ ministeriis adscripti, eâ vitæ probitate, morum honestate & pietate præcellerent, ut non modò pùtillos non offenderent; sed cunctis exemplò virtutis prælucerent. Hoc sensu Sacrosancta Tridentina Synodus, nihil est, ait: quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita & exemplum, qui se divino ministerio dedicaverunt: Cum enim à rebus seculi in altiorem sublari locum conspiciantur, in eos, tanquam in speculum, reliqui omnes oculos conjiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum ac religione plenum præferant: levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem.

Sess. 22. de Re-
form. c. 1.

HUc spectat & illud ejusdem Tridentinæ Synodi: Cum propriè Episcoporum munus sit, subditorum omnium vitia redarguere, hoc illis præcipuè cavendum erit, nè Clerici præsertim ad animarum curam constituti, criminosi sint, ne vè inhonestam vitam, ipsis coniventibus ducant. Nam si eos pravus & corruptis moribus esse permittant, quo pacto Laicos de ipsorum vitiis redarguent, qui uno ab eis sermone convinci possent, quod Clericos ipsis pariantur esse deteriores? quâ etiam libertate Laicos corripere poterunt Sacerdotes, cum tacitè sibi ipsi respondeant, eadem se admisisse quæ corripunt? Monebunt propterea Episcopi suos Clericos, in quocunque Ordine fuerint, ut conversatione, sermone, & scientiâ commisso sibi Dei populo præeant memores ejus quod scriptum est: Sancti estote quoniam ego Sanctus sum. Et juxta Apostoli vocem; nemini dent ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium eorum: sed in omnibus exhibeant se, sicut Ministros Dei; nè illud Prophetæ dictum impleatur in eis: Sacerdotes Dei contaminant Sancta, & reprobant legem.

Sess. 14. de
Reform. in
procem.

Levit. 11.
v. 25.
1. Pet. 1.
v. 16.
2. Corinth.
6. v. 3.

s. III. Unde proveniat, quòd Clerici non honorentur.

ET sanè quod Sacrorum Ministris debitum non tribuatur honos, non nisi vitæ

vita nimis dissoluta & depravata Clericorum moribus est imputandum; quos ut pro debito pastoralis Officii ad Ecclesiae primitivae integritatem & laudabilem normam, quantum cum Domino possumus, reducamus, sancte à Majoribus statuta diligenter recolenda & serio inculcanda duximus.

CAPUT II.

§. I. Clerici Tonfuram & habitum statui congruum gestent.

Clem. quoniam de vita & honestate Cler. Trid. sess. 14. de Reform. c. 6. Statuta Henrici Archiep. Colon. p. 72. c. 14.

Omnes Clerici potissimum qui Ecclesiastico funguntur ministerio, aut Ecclesiae bonis sustentantur, ut verè Clerici sint, & peculiari quadam ratione Dominum possidere, & à Domino possessi videantur, terrenis cupiditatibus & voluptatibus non indulgeant. Huius eos admonet Clericalis Tonfura, Regale decus CHRISTI Regis Nostri, Nostraque militiae insigne: idcirco omnes & singuli Orami & gradui suo convenientem gerant coronam, eamque saepius faciant renovari, habitumque honestum statui suo congruentem gestent.

§. II. Vestis Clericorum sit coloris nigri ad genua promissa.

ET licet proprius habitus Clericorum antiquo jure nusquam determinetur, speciatim tamen Clerici omnes vestibus indecentibus & luxum praefereantibus, veluti rubeis, aut viridibus manicis, aut versicoloribus, calcaribus deauratis, & aliis id genus, quae vanitatem spirant, indui prohibentur. Omne quippe quod non propter necessitatem suam, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam, magnus ait BASILIUS; & mellifluus BERNARDUS: forma vestium, deformitatis mentium & morum indicium est; quid sibi vult, quod Clerici aliud esse, aliud videri volunt? nempe habitu milites, quaestu Clericos, actu neutrum exhibent. Nam neque pugnant ut milites, neque ut Clerici Evangelizant. Cujus Ordinis sunt! cum utriusque esse cupiunt, utrumque deserunt, utrumque confundunt &c. Veror, istos non alibi Ordinandos, quam ubi nullus Ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Omnes idcirco Clerici seculares beneficia Ecclesiastica possidentes, seu in Ordinibus sacris constituti, vestibus coloris duntaxat nigri utantur, neque sine veste longiore ad genua promissa unquam foras prodeant, itinerariae etiam vestes

Relatus C. omnis 21. q. 4. S. Bern. l. 3. de confid. c. 5.

decentes sint, & Clericos à Laicis distinguant, Clericalemque modestiam praefereant, & animum prodant omnis vanitatis & superbiae mundanae contemptorem.

§. III. Clerici abstineant à venatione, armis, Officio rabellionis, chirurgia &c.

Clerici Sacris initiati aut beneficiati omnino abstineant ab omni venatione clamosa, nec canes ad venandum, nec accipitres aut falcones alant; aut armati, nisi ob itinerum pericula incedant, coram iudice seculari Advocati, Procuratoris; Notarii seu tabellionis Officio non fungantur, nec causas praeter proprias vel Ecclesiae suae agant, nisi necessitas propinquorum vel miserabilium personarum eorundem patrocinium exigat; artem quoque chirurgicam vel medicam non exerceant, neque profana Officia nisi in casibus à jure permixtis; iudicio sanguinis aut executioni sententiae Capitalis nisi Officii spiritualis causa non inter sint.

§. IV. Familiam honestam alant, & ad haustus aequales non provocent.

Familiam honestam alant, non infames, non suspectas aliave turpi nota laborantes personas domi suae detineant. Intempestiva convivia, longiores accubationes, ad aequales haustus provocationes, pomeridiana symposia, & consortium quorumvis intemperantium, & male moratorum studiose declinent, concessisque sibi à Deo bonis sobrie & frugaliter utantur.

§. V. Tabernas non intrent.

Cauponas Ecclesiastici, maxime verò beneficia curata obtinentes, seu tabernas potorias sub quocumque praetextu, nisi in itinere constituti, aut idipsum cura animarum exigat, non ingrediantur aut frequentent.

§. VI. Convivia frequentantes, quid observare debeant.

SI quando Sacrarum Primitiarum occasione, aut alia honesta ex causa Sacerdotes, alii vero à Clero convivia instituunt, diligentem habeant status vocationisque suae rationem: sit mensa frugalis & brevis, sanctis ac modestis condita colloquiis, à temulentia & turpitudine verborum gestuque quam alienissima, ludicra nulla, nullae saltationes, choreae aut aliae Clericalé statum

C. 1. & 2. de Cler. vnat. Trid. sess. 24. de Reform. c. 12. ante fin. C. Clerici 2. de vita & hon. Cler. C. nullus 11. q. 7. c. 1. de postulando. C. final. eod. C. sicut accepimus ne Clerici vel Monachi.

Concil. Provinc. Colon. de anno 1536. pag. 354. c. 24. C. à crapula de vita & hon. Cleric.

C. Clerici de vita & hon. Cleric.

Stat. Adolphi 3. pag. 467. §. adhaec.

Statum dedecentes levitates admitteantur multò minùs ipsi Clerici choreas ducant & saltent, meminerintque ejus, quod S. HIERONYMUS de vita Clericorum scripsit: *facile contemnitur Clericus, qui sepe vocatus ad prandium non recusat; nunquam petentes, raro accipimus rogari.*

Epistola ad Nepotian.

§. VII. Tempus superfluum quomodo impendant.

PAstores & Clerici ad signum loco publico, præsertim Dominicis aut fòri Festis diebus non jaculentur, pilâ palmariâ non ludant, aut aliò lusu inter vulgus se exerceant: recordentur potiùs finis & instituti sui, & sciant, se non ad ignaviam, desidiam, aut otium, sed ad salutares Ecclesiasticæ militiæ labores vocatos esse; quapropter tempus, quod Officiis divinis obeundis, frequentandis Ecclesiis, & corporis necessitatibus non impenditur, vanis & inutilibus miscendis colloquiis & profanis actionibus non terant, sed divinarum literarum studiis, & cœlestium rerum contemplationibus, frequentiquè Concilii Tridentini, Provincialium Synodaliumquè Decretorum lectione ac sanctis piisquè Officiis traducant.

Sess. 22. de Refor. c. 1. Conc. Provinc. sub Fernanno V. pag. 356. 632.

§. VIII. Sacerdotes non occupent se negotiis secularibus.

C. 2. Ne Clerici vel Monachi.

CUM Sacerdotum dignitas non parùm vilescat, quòd à Nobilibus aliis-

vè laicis ad servitia secularia se applicari permittant, idèò ipsis sub pœna suspensionis à divinis prohibemus, nè similibus negotiis servilibus vel Officiis secularibus vacent, quæ impediunt, quò minùs Deo militent, cui se milites probarunt & adixerunt.

§. IX. Nec in mercatura.

Apostoli Sententia est, *nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus: ut ei placeat, cui se probavit.* Quare nullus è Clero ullam mercaturam, negotiationem secularem, turpem quæstum aut indignum statui laborem exerceat, nequè decimas, census, prædia vel agros alienos ob quæstum colendos conducat vel accipiat. *Quomodo enim, inquit S. Hieronymus, procuratores & dispensatores domorum alienarum, atquè villarum possunt esse Clerici, qui proprias jubentur contemnere facultates?*

2. Timoth. 2. vers. 4. Clem. 1. de vita & hon. Cleric. Statut. Contrav. Archiep. Colon. p. 10. c. 2. Henr. Archiep. p. 71. c. 13.

§. X. Jurent in manu Clerici.

QUOD si Clericus coram giudice laico testimonium dicturus sit, vel quodcumque juramentum præsturus (quod etiam sine Nostra, vel alterius Ecclesiastici Superioris licentia ei non licet) in manibus personæ Ecclesiasticæ idipsum præstet.

TITULUS II

De Clericis Concubinariis.

CAPUT I.

§. Unic. Vetitus Clericis Concubinatus, maxime Prælati & Parochi.

CUM divina justitia acriùs in delicta Prælatorum & Curatorum animarum, quàm subditorum animadvertat, dum ipsi qui corrigere plebem deberent, pessimo præeunt eidem ad iniquitatem exemplo: idèò Nos seriò, ac sub obtestatione divini judicii monemus omnes & singulos, ut quò sunt in Ecclesia Dei digniore loco & Ordine, cò-

vitam ducant integriorem & puriorem, statumquè suum continentiam, vitæque innocentiam, & morum honestate diligentius exornent: quicumque verò domi concubinas, vel fœminas, earumve filias de lascivia suspectas detinent, vel extra domum fovendo cum talibus consuetudinem habent, eas quamprimùm amandent, ut nulla fœdi criminis suspicio remaneat: alioquin sciant, Nos nemini hoc in crimine parcituros; sed deinceps simpliciter & de plano, sine strepitu & figura judicii, solâ facti veritate inspectâ ad seriam ac publicam executionem contra

Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 8. Statut. Sifridi Archiepisc. c. 1. & 2. pag. 35. & 36. Wilhelmi Archiep. c. 1. §. 2. p. 150.

concupinosos, scortatores, complices & fœdas lupas, ac focarias ubicunque locorum Diœcesis Nostræ, pro gravitate delicti & contumaciæ, modis omnibus, etiam potestate Sedis Apostolicæ Nobis à Concilio Tridentino, quoad exemptos delegatâ, processuros ac procedi curaturos, adhibito, quatenus opus fuerit, brachii secularis subsidio, appellationibus, exemptionibus ac privilegiis quibuscunque penitus exclusis.

Sess. 25. de Reform. c. 14.

CAPUT II.

§. I. Pœna concubinariorum.

Loc. cit.

Hanc rem Concilium Tridentinum accuratius persequens, ea quæ sequuntur constituit: Quàm turpe, ac Clericorum nomine, qui se divino cultui addixerunt, sit indignum, in impudicitia sordibus, immundoquæ concubinato versari, satis res ipsa, communi fidelium omnium offensione, summoquæ clericalis militia dedecore restatur. Ut igitur ad eam, quam decet continentiam, ac vitæ integritatem Ministri Ecclesiæ revocentur; populusque hinc eos magis discat revereri, quò illos vitâ honestiores cognovit; prohibet Sancta Synodus quibuscunque Clericis, nè concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo vel extra decinere, aut cum iis ullam consuetudinem habere audeant, alioquin pœnis à sacris Canonibus vel Statutis Ecclesiarum impositis puniantur. Quod si à Superioribus moniti ab iis se non abstinuerint, tertiâ parte fructuum, obventionum ac proventuum beneficiorum suorum quorumcunque & pensionum ipso facto sint privati, quæ fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicentur.

§. II. Pœna Clericorum concubinas post secundam monitionem non dimittentium.

Sin verò in delicto eodem cum eadem, vel alia fœmina perseverantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes ac proventus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittant, qui prædictis locis applicentur, sed etiam à beneficiorum ipsorum administratione, quoad Ordinarius, etiam utriusque Sedis Apostolicæ delegatus, arbitrabitur, suspendantur.

§. III. Beneficiis & Officiis spoliandi.

Et si ita suspensi, nihilominus eas non expellant, aut cum eis etiam versentur, tunc beneficiis, portionibus, ac Officiis & pensionibus quibuscunque Ecclesiasticis perpetuò priventur, atque inhabiles ac indigni quibuscunque honoribus, dignitatibus, beneficiis ac Officiis in posterum reddantur; donec post manifestam vitæ emendationem ab eorum Superioribus cum iis ex causa visum fuerit dispensandum.

§. IV. Excommunicandi.

Sed si, postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adungere ausi fuerint, præter prædictas pœnas, excommunicationis gladio plectantur.

§. V. Appellatio non habet hic locum.

Nec quævis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat aut suspendat.

§. VI. Cognitio concubinitus ad quem spectet.

Supradictorumquæ omnium cognitio, non ad Archidiaconos, nec Decanos aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat: qui sine strepitu & figura iudicii, & solâ sacri veritate inspectâ, procedere possint.

§. VII. Pœna Concubinarîi non beneficiati.

Clerici verò beneficia Ecclesiastica, aut pensiones non habentes, juxta delicti & contumaciæ perseverantiam & qualitatem ab ipso Episcopo, carceris pœnâ, suspensione ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisvè modis juxta Sacros Canones puniantur.

§. VIII. Pœna Episcopi ab hoc crimine non absinentis.

Episcopi quoquæ, quod absit, si ab huiusmodi crimine non abstinuerint, & à Synodo Provinciali admoniti, se non emendaverint, ipso facto sint suspensi: & si perseverent, etiam ad Sanctissimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ etiam per privationem, si opus fuerit, in eis animadvertat.

C A P U T III.

ſ. I. *Eccleſiaſtici proles ſuas ſpurias domi non alant.*

PRætere a graviffimè interdici mus omnibus ac ſingulis Eccleſiaſticiſ, ne ſuas proles ex fœdo concubitu ſuſceptas, apud ſe retinere præſumant, nec de patrimonio Crucifixi, Veneris triumphum inſtituant; attendant potiùs ad ea, quæ CONRADUS Archiepiscopus Colonienſis Deceſſor Noſter in ſuo Provinciali Concilio monet; ipſos nimirùm qui patrimonium CHRISTI in uſus malos cum ſuis peccando focariis expenderunt, teneri ad ſatiſfaciendum Eccleſiæ, cujus bonis nequiter ſuis concupiſcentiis, & peccati illecebris indulgendo ſunt abuſi.

ſ. II. *Earum ſponſalibus aut nuptiis non interſint.*

Pariſormiter ſeverè vetamus, ne Clerici, ſi ex illicito concubitu proles habuerint, illarum Baptiſmo, Sponſalibus, Nuptiis, Exequiis, aut ſimilibus actibus publicis interlin̄t, nec in publico facilè cum ipſis compareant, aut eas in plateis comitentur.

ſ. III. *Neque dotent aut heredes inſtituant.*

QUæ à ſummis Pontificibus Pio V. & SIXTO V. nec non Deceſſoribus Noſtris CONRADO, SIFRIDO & THEODORICO Archiepiscopis Colonienſibus de non legitimis Clericorum liberis, & horum prolibus ad hæreditates, donationes, & fructus Beneficiorum percipiendos non admittendis, ſalubriter ſancita ſunt, ea in Civitate & Diceceſi Noſtra præcipimus obſervari, & ſub gravi pœna arbitraria prohibemus omnibus & ſingulis Eccleſiaſticiſ cujuſcunq; gradus, conditionis & dignitatis ſint, nè de patrimonio CHRISTI, ſeu Canonicatum, Præbendarum, Beneficiorum, aut Officiorum ſuorum Eccleſiaſticatorum fructibus ſuas concubinas, aut proles illegitimè natas, earumvè liberos dotent, aut ditent teſtamento, vel alio modo, expreſſè, vel ſimulatè fructus Beneficiorum, quos ante mortem perceperant, aut *annos gratiæ* quos vocant, eis relinquunt: nec manu-fideles aut Executores Concubinis vel ſpuriis, vel liberis eorum, fructus Canonicatum, Præben-

darum, Beneficiorum & Officiorum ſuppeditent; quam in rem diligenter advigilent Superiores, ut tranſgreſſores condignè mulctentur.

ſ. IV. *Id facientium pœna.*

ECcleſiaſtici teſtandi gratiâ abutentes, fructusque beneficiorum aut Officiorum Eccleſiaſticatorum, quos ante mortem perceperant, aut *annos gratiæ* ut vocant, aut poſt mortem eorum hæredibus ab Eccleſia debitos ſpuriis vel Concubinis legantes, ex definitione Conciliorû Provincialium ſub CONRADO Cardinale Portuenſi Legato Apoſtolicò & Deceſſore Noſtro HENRICO Archiepiscopo Colonienſi celebratorum, excommunicati habeantur, Eccleſiaſticâquè careant ſepulturâ, atquè legatum vel Eccleſiæ, à qua proceſſerat, vel aliis piis locis applicetur.

ſ. V. *Executorum pœna.*

QUI verò teſtamenta huiusmodi contra prædictorum Conciliorum Provincialium ordinationem exequi voluerint, aut pro ſpuriis vel Concubinis fructus Canonicatum, Præbendarum, Beneficiorum aut Officiorum Eccleſiaſticatorum adminiſtraverint, vel adminiſtrari fecerint, ipſo facto excommunicationem incurrant; quæ pœna ut Executoribus teſtamentorum innotelcat, injungimus Sigillifero majori, ut cum teſtamenta vel inventaria eidem exhibebuntur, huiusce conſtitutionis ipſos admoneat, maximè quando aliqua ſuſpicio, indicium aut tranſgreſſionis argumentum apparebit.

C A P U T IV.

ſ. I. *Spurius an beneficii capax.*

IUre optimo à Sacris Canonibus conſtitutum fuit, ut à beneficiis Eccleſiaſticiſ arceantur filii Presbyterorum, aliiquè non legitimè nati; potiſſimùm ex cauſa in Concilio Tridentino expreſſa: *Ut paterna*, inquit, *incontinentiæ memoria à locis Deo conſecratis, quos maximè puritas ſanctiſſasquè decet, longiſſimè arceatur: non liceat filiis Clericorum, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio, in Eccleſiis, ubi eorum Patres beneficium aliquod habent, aut habuerunt, quodcunq; etiam diſſimile beneficium obtinere, nec in dictis Eccleſiis quoquo modo miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs*

Statuta Concilii ſub Contr. Card. pag. 3. & 4. §. 1. Stat. Henrici pag. 81. c. 15.

C. adhe. C. fin. d. fil. pres. yt. Sess. 24. de Reform. c. 15.

Pag. 10. circa med.

Concil. Provinc. ſub Conrado Archiep. Colon. p. 10. c. 1. Statut. Sifridi p. 36. c. 2.

Pii V. Conſtit. 117. Sixti V. Conſtit. 100. Statut. Conradi cap. 1. pag. 10. col. 1. Statut. Sifridi cap. 2. pag. 36. Statuta Theodorici cap. 1. pag. 231.

obtinerunt, habere. Quod si in presenti Pater & Filius in eadem Ecclesia beneficia obtinere reperiantur, cogatur Filius beneficium suum resignare, aut cum alio permutare extra Ecclesiam, intra trium mensium spatium: alias ipso jure eo privatus existat, & super iis quæcunque dispensatio subreptitia censeatur. Ad hæc reciproca resignationes, si quæ posthac à parentibus Clericis in favorem filiorum fient, ut alter alterius beneficium consequatur, in fraudem hujus decreti & Canoniarum sanctionum factæ omninò censeantur: nec collationes secutæ, vigore hujusmodi resignationum, seu aliarum quarumcunque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsis Clericorum filiis suffragentur.

§. II. An per Pontificis dispensationem.

Tamet si ergò filius non legitimus, per dispensationem super natalium vicio seu defectu sibi à summo Pontifice factam, habilis efficiatur ad quæcunque etiam curata beneficia Ecclesiastica obtinenda, non tamen in Ecclesia, in qua immediatè Pater ejus est, vel fuit beneficiatus. Indignum enim est paternæ incontinentiæ memoriam fovere in locis & rebus Deo dicatis, quibus maximè competit puritas sanctitalquæ. Multò minùs ut Patri succedat in beneficio, cum id nequidem legitimo Clerici Filio permittatur, qui

C 3, 4, 10, 11, 12, 15, 16, 17, 18. de filiis presbyt.

licet possit beneficium in eadem Ecclesia obtinere, in qua pater ejus habet, vel ^{scribitur 12.} habuit, aut cui præest, præfuitvè, ne utique tamen permissum, ut Patri in eodem beneficio proximè succedat, nè, quod maximè Ecclesia detestatur, beneficia fiant hæreditaria: Cum in beneficiis Ecclesiasticis ea, quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt, Sacris Constitutionibus odiosa, & Patrum decretis, ait Concilium Tridentinum, sint contraria. ^{Loc. cit. c. 7.}

§. III. Pœna negligentium executionem dictionum decretorum.

Ceterum si quæ pro scdissimi concubinitatis seu pellicæ flagitii extirpatione, ex Sacrorum Canonum, Oecumenici Concilii Tridentini, Constitutionumquæ Apostolicarum, ac Conciliorum tam Provincialium, quàm Synodalium Colonienfium præscripto, à Nobis decreta sunt, illi ad quos eorum pertinet executio, neglexerint: Nos tam in illos tanquam sceleris participes, & Canoniarum Sanctionum, disciplinæquæ Ecclesiasticæ Violatores, quàm in Concubinos seu scortatores ipsos dignâ punitione advertemus, nè Nostrorum subditorum neglectæ emendationis, Deo Vindice, pœnas persolvamus. ^{Locis sup. cit.}

TITULUS III.

De Immunitate & libertate Ecclesiastica.

CAPUT I.

§. I. Immunitas Ecclesiastica quid & quo jure introducta.

Trid. sess. 25. de Ref. c. 20.

Immunitas Ecclesiastica divinâ ordinatione & Canonicis Sanctionibus inducta, variis postea succedentium Pontificum, & Imperatorum constitutionibus & edictis roborata, & clariùs expressa fuit; in eo autem potissimum, uti definitivè BONIFACIUS Papa VIII. constitit; ut nimirum Ecclesiæ Ecclesiasticæ quæ personæ, ac res ipsarum, non solum jure humano, quin imò & divino à secularium personarum exactionibus sint immunes. Quod idem BONIFACIUS VIII. Concilium Late-

C. quæquam de censibus in 6.

C. Clericis de immunit. Eccl. in 6.

ranense sub INNOCENTIO III. & Vienne sub CLEMENTE V. explicatiùs prosequuntur, & Sacra Tridentina Synodus innovavit his verbis: *Decernit itaque & præcipit, Sacros Canones, & Concilia Generalia omnia, nec non alias Apostolicas sanctiones in favorem Ecclesiasticarum personarum libertatis Ecclesiasticæ, & contra ejus Violatores editas, quæ omnia præsentis etiam decreto innovat, exactè ab omnibus observari debere.* ^{C. non minus. C. adversus de immunit. Eccl. Clem. un. eod. Clem. præsentis de censibus. Concil. Trid. loco cit.}

§. II. Collectas aut alia onera Clericis eorumquæ bonis imponentes excommunicantur in Bulla Cœnæ.

Quin etiam Romanus Pontifex in Bulla sua quotannis in Cœna Domini

ni publicari solita, excommunicat & anathemati subicit omnes, qui *Collectas, decimas, tallias, praestantias, & alia onera Clericis, Praelatis & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum & Ecclesiarum, Monasteriorum & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus huiusmodi, absque simili Romani Pontificis speciali & expressa licentia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam a fronte dantibus & concedentibus, recipiunt. Nec non qui per se vel alios, directè vel indirectè praedicta facere, exequi vel procurare, aut in eisdem auxilium, Consilium aut favorem praestare non verentur, cuiuscunque sint praemiuntia, dignitatis, Ordinis, conditionis aut status, etiam si Imperiali, aut Regali praesulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones & alii Potentatus quicumque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus & terris quoquo modo praesidentes, Consilarii & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti. Innovantes decreta super his per Sacros Canones, tam in Lateranensi novissime celebrato, quam Concilio Generalibus edita, etiam cum censuris & poenis in eis contentis.*

§. III. Immunitati Ecclesiasticae nec potest, nec debet illo modo praesudicari.

Tom. 4. Bullarum, const. 62.

C. adversus C. quinquagesimam et.

Sed & URBANUS Papa VIII. speciali ea de re edita constitutione, declaravit, per nullam contrariam consuetudinem, aut summorum Pontificum tolerantiam, conniventiam & tacitum consensum, aut Constitutionum Apostolicarum non receptionem, aut non usum, immunitati & libertati Ecclesiasticae ullatenus posse & debere praesudicari.

§. IV. Proinde Clericis eorumque bonis non licet ulla onera laicalia imponere.

EX quibus constat, quantis studiis supremi Orbis Antistites immunitatem Ecclesiasticam jure divino constitutam, voluerint illasam; unde & merito perspicere lubeat quibuscunque Principibus secularibus, ac quarumcunque Civitatum & locorum Dominis temporalibus, Magistratibus laicis, & Communitatibus, quod eum tributorum & Collectarum indictio sit tessera jurisdictionis, & imperii in illos, a quibus illa exiguntur, teste Apostolo, *necessitate, inquit, subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam: ideo enim & tributa praestatis.* Iplis autem

Rom. 13. v. 6.

nulla omnino in personas Ecclesiasticas competat jurisdictione, nullo etiam pacto, praetextu, praescriptionis aut contrariae consuetudinis colore, ulla omnino gabelas, tributa, vectigalia, pedagia, collectas, aliaque onera etiam minutissima, quocunque tandem nomine vocentur, quibuscunque Clericorum seu personarum Ecclesiasticarum rebus & bonis, seu immobilibus, veluti terris, agris, vineis, domibus, pratis, nemoribus & possessionibus ejusmodi, seu mobilibus, uti frumento, vino, cerevisia, farina, annonae, aliisque victualibus ac quibuscunque fructibus & obventionibus, tum ex beneficio, tum patrimonio proventibus, vel donatione, aut testamento legatis, emptis & alio quovis titulo acquisitis, citra excommunicationis poenam ipso facto incurrendam, propria auctoritate imponere possint; cum praemissae constitutiones Pontificiae generaliter quavis Ecclesiasticorum bona, seu res proprias undecunque quaesitas completantur; Bulla etiam die Coenae Domini quotannis publicari solita, ad omne in hac materia dubium submovendum, consulto & expressè addiderit, nulla onera Clericis, Praelatis, aliisque Ecclesiasticis personis, ac eorum bonis, fructibus, redditibus & proventibus imponenda, ut non tantum res Ecclesiae, sed & ipsorum patrimonialia, & quaecunque alia bona comprehenderet, uti & Rota Romana sequentibus verbis definit: *Bona patrimonialia Clericorum, etiam Laicalia, sunt immunita ab oneribus laicalibus ob dignitatem personarum, quae dignitas personae influit immunitatem in ipsa bona: illa enim adherent personae Clerici, nec persona potest dici plene & perfecte exempta, nisi etiam illius bona exempta sint. Nec decet, ut inquit, Concilium Lateranense, Ecclesiam Dei modo minus liberam esse tempore Principum Christianorum, quam fuerit tempore Pharaonis qui licet divinae legis notitiam non haberet, tamen omnibus aliis servituti subiectis, Sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate & immunitate dimisit.*

In una Albanensi gabelle die 28. Junii 1630. apud dean. par. 6. pag. mibi 514. & 519.

C. non minus hoc tit.

§. V. Immunitatem violentium poena ad eorum heredes extenduntur.

Eodem etiam anathemate feriuntur heredes & successores gabelas Ecclesiasticis eorumque bonis imponentes, easque continuantes, publicani, seu earundem conductores, ac famuli, qui jussu Dominorum eas exigunt; & insuper omnes &

Locis §. 1. citatis.

R singuli

130 Decreta Synodalia D. Maximiliani Henrici

inguli ad restitutionem tenentur; quippe rapinam committentes, dum aliena sine legitima potestate extorquent; nam uti ait S. Augustinus: *Cum res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur poenitentia, sed fingitur: si autem veraciter agitur; non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.*

§. VI. *Inhiberi nequit Clericis, ut vina & frumenta sua undecunque venientia absque onere Laicali non vendant.*

Stat. W. Alrami Ar. hiep. Colon. p. 110. c. 3. p. 132. c. 30. Wilhelmi Archiep. p. 111. co. 2. §. 27.

Unde nec per ullos Principes seculares, Dominos temporales, Magistratus Laicos, aut Communitates, citra apertam immunitatis Ecclesiasticæ læsionem, ac prædictarum censurarum incursum, personis Ecclesiasticis inhiberi valet, aut debet, nè vina sua aut frumenta ex patrimonialibus, aut aliis quibuscunque earundem bonis, sive in mensura magna, seu grosso, ut vocant, sive per mensuras minutas & amphoras, liberè & absque ullius gabellæ onere, etiam in ædibus propriis divendant.

§. VII. *Nec propterea obsequia necessaria ipsis neganda.*

Ad hæc singulos Superiores seculares & Laicos, qui causâ gabellarum à Clericis, & personis Ecclesiasticis extorquendarum, subditis suis interdicit, nè iisdem necessaria vel opportuna obsequia exhibeant, coquant, molant, vendant, ab eis emant, vel eorum agros colant &c. cum ejusmodi in derogationem libertatis Ecclesiasticæ, ut ait BONIFACIUS Papa VIII. præsumantur, excommunicationis sententiæ eo ipso incurrendæ voluit subiacere.

C. fin. de immunit. Eccles. in 6.

§. VIII. *Statuta secularium immunitati Ecclesiasticæ contraria sunt damnata.*

C. Noveritis C. gravem de sent. excom.

Proinde quævis statuta à quibuscunque Principibus secularibus, Dominis temporalibus, Magistratibus & Communitatibus Laicis, immunitati Ecclesiasticæ quomodolibet contraria, edita & observari jussa, Pontifices Maximi gravissimè sunt detestati, damnarunt, irritarunt, atque in perpetuum proscripserunt, & omni robore carere decreverunt; nec non eorum authoribus, fautoribus, consiliariis, & scriptoribus excommunicationis pœnam inflixerunt. Sic Bulla Cœ-

næ mentem Sacrorum Canonum plenius explicans excommunicat omnes & singulos, qui *Statuta inquit, vel ordinationes in genere vel in specie, quovis quæsito colore aut prætenu ordinant, vel publicaverint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut quovis modo restringitur, seu Sedis Apostolicæ, aut quarumcunque Ecclesiarum juribus, quomodolibet directè vel indirectè, tacitè vel expressè præjudicatur.*

Vrbani VIII. const. 62. §. 15.

§. IX. *Talia sunt, quibus vetatur bona secularia Clericis & Religiosis donari, legari, relinqui vel vendi.*

Qualia censentur statuta prohibentia, nè secularia bona immobilia donentur, legentur, vel acquirantur Ecclesiis, aut in personas Ecclesiasticas sive Regulares transferantur, vel saltem nisi cum oneribus tributorum Laicorum, quæ uti libertati & immunitati Ecclesiasticæ omninò contraria, illicita & abroganda Canones decreverunt.

C. 1. de immunit. Eccles. in 6.

§. X. *Clerici à pontium, viarum, turrium & propugnaculorum reparatione sunt immunes.*

Propterea Sacris Canonibus cautum est, quòd Ecclesiastici, nisi cum maximo eorundè immunitatis & libertatis præjudicio, per nullos etiam Principes Sæculares, Dominos temporales, Magistratus & Communitates Laicas, obligari queant ad ædificationem aut reparationem pontium, turrium, propugnaculorum, munitiorum, aggerum, litorum, mœnium, viarum, operumquè publicorum Civitatum & locorum in quibus degunt: utpote, quæ onera solis Laicis regulariter incumbunt, & regiminis politici utilitatem primariò respiciunt.

Rota §. 4. cit.

§. XI. *Etiam in casu necessitatis, sub certis tamen limitationibus.*

Imò & ubi publica, ac communis in his vel similibus extruendis vel reparandis, aut ratione belli ingruentis, tam Cleri, quàm populi foret utilitas, vel extrema aliqua reipublicæ necessitas, in cuius incolumitate etiam Ecclesiasticorum salus consistat; nè tum quidem Clerici & Ecclesiastici ad ullam subsidiariam contributionem Laicis præstandam adigi possunt, nisi pro primo ad onus sustinendum Laici soli non sufficiant; quandoquidem

C. non minus C. adversus hoc tit.

quidem Clerici & Eccleſiaſtici debeant duntaxat Laicis contribuere in ſubſidium, ubi Laicorum non ſuppetunt facultates, non tantum publicæ ipſorum Principum ſecularium, Dominorum temporalium, Magiſtratum & Communitatum, ſed etiam privatæ ſingulorum ſubditorum Laicorum. Deinde ad huiusmodi auxiliares collectas Eccleſiaſtici imponendas vocetur & conſentiat Clerus Diœceſanus, nec ſufficeret Epicoſopus cum Capitulo Cathedrali; quippe quod omnes tangit, ab omnibus peculiariter debet approbari. Præterea opus eſt, ut ea de re Papa prius conſulatur, & ipſo conſulto & conſentiente & non aliàs Eccleſiaſtici licet contribuere: Denique requiritur, quòd ad has collectas ſubſidiarias ſolvendas, poſtquam prædictis omnibus concurrentibus indictæ fuerint, Clerici & perſonæ Eccleſiaſticae, non à miniſtris Laicis, ſed ab Epicoſopo Diœceſano, uti Superiore Eccleſiaſtico, conſtituto etiam proprio quæſtore, nullâ adhibita manu Laicâ compellantur.

§. XII. In caſu neceſſitatis requiritur licentia Pontificis.

EA autem Summi Pontificis licentia ad tributa etiam minutiffima, in Eccleſiaſtici perſonas, earumque bona, ex cauſis prædictis decernenda adeò eſt neceſſaria, ut non ſolum ullis Superioribus Laicis, Magiſtratibus & Communitatibus, etiam minima à quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticiſis ſine Pontificis Maximi ſcitu & conſenſu liceat exigere aut recipere, citra cenſurarum & pœnarum per Sanctiones Apoſtolicas inſictarum incurſum; ſed nec volentibus quoque Clericis & Eccleſiaſticiſis tam ſecularibus, quam quorumcunque Ordinum Regularibus in ullas tallias, collectas, gabellas & tributa Laicis contribuenda conſentire, vel contribuere, ſine prædicto Romani Pontificis aſſenſu fas ſit, in quos merito BONIFACIUS Papa VIII. verbis ſequentibus invehitur: *Et quod dolenter referimus, nonnulli Eccleſiarum Prælati, Eccleſiaſticaeque perſonæ trepidantes, ubi trepidandum non eſt, tranſitoriam pacem querentes, plius timentes Maieſtatem temporalem offendere, quam æternam, talium (videlicet gabellarum & vectigalium impositorum & exactorum) abuſibus non tam temerariè quam improvide acquieſcunt: Sedis Apoſtolicæ auctoritate ſeu licentiâ non obtentâ. Unde ſupra-*

dicti Pontifices Maximi omnem voluntariam quoque contributionem quibuſvis Eccleſiaſticiſis, quâ ſecularibus, quâ Regularibus, niſi prævio conſenſu Pontificio, ſub graviffimis, ac primùm quidem excommunicationis, dein verò aliis pœnis, & æternæ maledictionis interminatione prohibuerunt.

§. XIII. Qui tamen ultra determinationem, vel eâ deſiciente, neceſſitatem extendendus non eſt.

ADvertant tamen Principes ſeculares, Domini temporales, ac Magiſtratus Laici, quòd dum de expreſſa Summi Pontificis voluntate, ob evidentem reipublicæ neceſſitatem vel utilitatem, aliqua collecta ſubſidiaria Eccleſiaſticiſis imponitur, illa non diutiùs, quam Pontificius aſſenſus præſcribit, vel ſi is non ſit determinatus, non longiori tempore, quam eadem neceſſitas, cui ſubveniendæ Laicorum mediâ non ſufficiunt, durat, perſiſtere debeat; nè conceſſa facultas in uſurpatam tranſeat, ac bona Eccleſiarum & Clericorum, pauperumque CHRISTI uſibus deputata, ut inquit idem BONIFACIUS Papa VIII. aliò divertantur, & ſtipendia pro ſpiritualibus functionibus conſtituta ad mundanas tranſferantur.

CAPUT II.

§. I. Clerici in nullo caſu ad tribunal Laicum citari queunt.

Cum immunitas & libertas à poteſtate & iuriſdictione Laica ex perſonis Eccleſiaſticiſis, uti radice, in ipſarum res & bona deſtuat, eaſdem primariò & principaliter hoc privilegio gaudere neceſſe eſt; ex quibus conſtat, Clericos & Eccleſiaſticos in nullis omninò cauſis, quâ Civilibus, quâ criminalibus, à Laico quavis etiam poteſtate prædico, vel Clerico & Eccleſiaſtico citra excommunicationis pœnam eo ipſo incurrendam ad tribunal Laicum vocari, trahi, vel à iudice ſeculari iudicari, multò minùs ipſos, eorumque bona, jura arreſtis, reſſeſſaliis, pignorationibus vexari, capi, apprehendi vel incarcerari, aut aliquam iis violentiam inferri poſſe, ſoli iudici Eccleſiaſtico hac poteſtate relicta; Laicis enim cujuſcunque ſtatus, ut dilectis verbis loquitur INNOCENTIUS Papa III. *Super Eccleſiis & perſonis*

C. 29. de Reſcriptis in 6.

C. adverſus de immunit. Eccleſ. Extrav. quod olim eſt, inter communis. Bulla Cœnæ inter conſtit. Urbani Pape VIII conſtit. 6. §. 19.

C. Clerici de immunit. in 6.

Element. quoniam de immunit.

C. Non minus hoc lit.

C. 1. & ſeqq. 11 q. 1. per tot. c. 3. & 17. de iudic. c. 1. 2. 4. 12. 13. de foro comp. C. gravem de ex. off. Prælat. C. Clerici de immunit. in 6. Bulla Cœnæ §. 15.

sonis Ecclesiasticis nulla est attributa facultas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi. Quo spectat aurea JOANNIS PAPÆ sententia: Non à legibus publicis, non à potestatibus seculi, sed à Pontificibus omnipotens Deus Christianæ Religionis Clericos & Sacerdotes voluit ordinari, & discuti & recipi de errore remeantes. Quocirca Summi Pontifices singulis annis in Bulla Cœnæ anathemate percellunt omnes & singulos Imperatores, Reges, Principes, & quoscunque seculares atque Laicos, eorumque Ministros, Officiatos & Consiliarios, qui ex eorum prætenso Officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcunque personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quarumcunque, coram se ad suum tribunal, audientiam, Cancellariam, Consilium vel parlamentum, præter juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè vel indirectè, quovis quæsito Colore.

§. II. Cause Spirituales solis iudicibus Ecclesiasticis reservatæ.

C. II. dist. 96. c. 8. de arbitris. C. per venerabilem §. rationibus qui filii sint legitimi. C. si inquisitionis de heret. in 6. Trid. sess. 22. de Reform. c. 8. & alibi.

Causæ verò ad solum tribunal Ecclesiasticum spectantes censentur imprimis illæ, quæ prorsus sunt spirituales, veluti, quæ ad Dei cultum, fidem Orthodoxam, Sacrificium, Sacramenta Ecclesiæ, eorumque administrationem & perceptionem ac Spiritualem animæ salutem, & à peccatis curationem, Sacrarum Reliquiarum ac rerum venerationem, indulgentiarum, censurarum Ecclesiasticarum vim, validitatem & usum, Officia divina, Ministrorum Ecclesiæ ordinationem, Religiosam professionem, & alia ejusmodi quomodolibet pertinent; Ecclesiæ siquidem munus est, fidei quæstiones decidere, de Religione cognoscere, de sana doctrina decernere, reprobamvè damnare, Dei & Sanctorum cultum ordinare, & Ecclesiastica negotia, sceluis Laicis, tractare: eiquè soli Ecclesiasticæ claves ligandi & solvendi, à Christo sunt creditæ.

§. III. Item causæ Ecclesiasticæ.

C. ad Episcopos 17. q. 4. c. 1. de offic. Archid. C. ad audientiam 1. de Eccles. edificat. C. significasti de adult. C. auctoritate de

Huc accedunt, quæ de immunitate Ecclesiastica, Ecclesiarum, Oratoriorum & Capellarum ædificatione, restauratione, profanatione, pollutione, reconciliatione, beneficii item & Officii Ecclesiasticis, jure eligendi, conferendi, instituendi, investiendi, institutos ap-

probandi, jure patronatus, beneficiatorum residentiâ, habitu, Tonsurâ, moribus, Ecclesiasticis functionibus & muniis, decimis, necessaria Parochorum, eorumvè in animarum cura adjutorum sustentatione, nec non Processionibus, jure Sepulturæ Christianæ, exequiis, funeralibus, anniversariis, ac testamentorum & legatorum piorum executione, atque Ecclesiarum, Oratoriorum, Sacellorum, hospitalium & quorumcunque locorum sacrorum, & personarum Ecclesiasticarum visitatione, correctione, rationibusquè facultatum Ecclesiasticarum, Fabricæ cujusvis Ecclesiæ, hospitalium, Confraternitatum, Montium pietatis, & aliorum locorum piorum reddendis controversantur.

§. IV. Item quæstiones sponsalitiæ ac matrimoniales.

Quæstiones quoquæ de sponsaliorum ac matrimonii contracti valore, iudici Ecclesiastico duntaxat determinandas Sacri Canones primùm, postmodum & Concilium Tridentinum sub anathemate reservavere hisce verbis: Si quis dixerit, causas matrimoniales non spectare ad iudices Ecclesiasticos, anathema sit. Idque ad solos Episcopos Diocæsanos, ut ne quidem ullus Laicus de Matrimonio cognoscere valeat, ut est contractus etiam civilis, factus altioris Ordinis, vel dum de jure aut facto quæritur; sicuti nec de causis divortii, juramentorum vel votorum vinculo, obligatione & observantia.

§. V. Item crimina juri Canonico contraria.

Singula etiam crimina, quæ tantùm Canonico juri adversantur, uti sunt violatio jejunii, Festorum & cæterorum præceptorum Ecclesiæ, & generaliter quævis delicta à Clericis & personis Ecclesiasticis perpetrata, ad unicum tribunal Ecclesiasticum sunt referenda, ibiquè discutienda, & punienda.

§. VI. Laici nullo modo de prædictis cognoscere possunt.

Quibus omnibus causis & aliis hujusmodi cognoscendis & definiendis, nulli Principes Seculares, Domini temporales, Magistratus & Communitates, vel quicumque Laici ullo prætextu aut quæsi-

privili. in 6. c. un. de consec. Eccles. in 6. Trid. sess. 6. c. 2. & alibi.

C. 4. q. 10. & seqq. de sponsal. C. Porro de divortio. sess. 24. de matrim. can. 12. & alibi.

C. Inquisitionis §. prohibemus de heret. in 6. & tot. tit. de simon. Trid. sess. 14. de Reform. c. 8. & alibi.

quæfito colore per se vel alios directè vel indirectè, nisi cum immunitatis & libertatis Ecclesiasticæ violatione, atque animarum suarum pernicie, sese queunt ingerere; nam si verè Catholici esse velint, Ecclesiæ filios non Præsules esse oportet, quæ rem Ecclesiasticam spectant Episcopis eorumquè Vicariis & Ministris relinquentes, quæ publicam & politicam spectant sibi retinentes: alia enim Deo, alia Cæsari sunt tribuenda; eaque Ecclesiæ data est potestas, quæ CHRISTI ovibus ipsi commissis pascendis est necessaria; quomodo Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, non autem Principes, aut quoscunque Seculares & Laicos, sed hos ipsos lex Christi Sacerdotali subiecit potestati, inquit S. GREGORIUS NAZIANZENSIS: unde à Christiana lege abscedunt, qui Christianitatem seu Ecclesiam cogunt suis legibus ancillari.

C. si Imperator dist. 16.

C. suscipit dist. 10.

CAPUT III.

S. I. Immunitate Ecclesiasticâ quinam gaudeant.

C. de persona 11. q. 1. C. generaliter 16. q. 1. C. Clericis de immunit. in 6.

ET si verò hoc immunitatis Ecclesiasticæ beneficium, & fori privilegium non solum quibuscunque Sacerdotibus Secularibus & Sacris Ordinibus initiatis, nec non Regularibus utriusque sexûs personis Religionem aliquam approbatam professis, Novitiis etiam & conversis competat, atque etiam ad Clericos seculares & in minoribus Ordinibus constitutos extendatur; cavet tamen Concilium Tridentinû, hos à foro & potestate Laicâ minimè exemptos fore, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant, aut Clericalem Tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ de Episcopi mandato inserviant: vel in Seminario, Schola, vel Universitate de licentia ipsius Episcopi quasi in via ad majores Ordines versentur. Illi verò, qui conjugati sunt, requisita constitutionis Bonifacianæ servant, & insuper alicujus Ecclesiæ ministerio similiter addicantur. Quæ omnia & singula à Civitatis & Diocesis Nostræ Clericis accuratissimè volumus observari, si immunitate, libertate & exemptione Ecclesiasticâ frui desiderent.

Seff. 22. de Reformatione c. 6.

C. 1. de Cleric. conju. in 6.

S. II. Immunitati nullus Clericus potest renuntiare.

ANTI porrò ea Clericorum & Ecclesiasticorum à Laica jurisdictione &

oneribus exemptio est momenti, ut eidem neque in civilibus, neque criminalibus actionibus, ne juramento quidem, tacite vel expresse per pacta aut delicta Clerici & Ecclesiastici possint renuntiare vel derogare, & Laicum sibi judicem constituere, ejusquè jurisdictionem prorogare; vel sententiam validam reddere, prout INNOCENTIUS Papa III. clarissimis sequentibus expressit verbis: *Manifestè patet, quòd non solum invitè videlicet Ecclesiastici sed etiam voluntarii pacisci non possunt, ut secularia judicia subeant, cum nò sit beneficium hoc personale, cui renuntiare valeat, sed potius toti Collegio Ecclesiastico sit publicè indultum, cui privatorum pactio derogare non potest. Nec juramentum licite servari potuit, quod contra Canonica Statuta illicitis pactiombus informatur.*

C. si diligenti. C. significasti de foro comp.

C. si diligenti. cit.

CAPUT IV.

S. I. Immunitas localis describitur.

IMMUNITAS demùm localis Ecclesiis, earumvè cœmeteriis concessa in his potissimùm consistit, ne in ipsis lites agitentur: est enim Ecclesia domus Dei, domus orationis, quam decet omnis sanctitudo & reverentia; proindè hinc omnis conclamatio, seditio, impetus, universitatum ac societatum consilia, placita, seu publica parlamenta arceri debent. Similiter ab ipsis Ecclesiis & cœmeteriis abesse oportet quascunque emptiones, venditiones, nundinarum & fori tumultus, judiciorum secularium strepitus, ac præcipuè criminalium: *absurdum est enim & crudele, ut inquit Lucius Papa III. Ibi judicium sanguinis exerceri, ubi est cautela refugii constituta: ideoquè Summi Pontifices processus judicium secularium ibi exercitos, & latas sententias omni firmitate carere, ipsosquè judices ab Ordinariis Diocesanis, etiam sub anathemate compescendos sancivère.*

Matth. 21. vers. 13. Psalm. 92. vers. 5. C. cum Ecclesia de immunit. Eccles. C. decet eod. in 6. Trid. sess. 22. de obser. in celeb. Miss. §. ab Ecclesiis.

C. cum Ecclesia cit.

C. decet cit.

S. II. Immunitate locali gaudet omnis Ecclesia ab Episcopo erecta.

HAC autem immunitate gaudet omnis Ecclesia autoritate Episcopi Diocesanis erecta, & divino cultui destinata, sive consecrata, sive non; violata etiam & non reconciliata, sive in ea divina peracta fuerint, sive non; sive sit polluta, sive non, uti & ejusdem cœmeterium.

C. cum Ecclesia C. Ecclesia hoc tit.

§. III. *Etiã atria & ejusdem septa.*

C. 6. 20. 35.
36. caus. 17.
q. 4. C. ad huc
de Relig.
domib.

Quin & ad atria, porticus & septa quadraginta passuum circum Ecclesiam Matricem, triginta verò in Ecclesiis Minoribus, eadem immunitas extenditur; adeò ut domus Ecclesiæ intra quadraginta vel triginta respectivè passus contigua, nec non domus Episcopalis ubivis sita, omniaquè loca, quæ jure Canonico Religiosa censentur, uti & Hospitalia Episcopi Diocesani auctoritate erecta, privata etiam Oratoria, ac Sacella, ab eodem Episcopo Diocesano approbata, item Religiosorum utriusquèexus domicilia, seu Monasteria cum claustris ambitu, prædictâ immunitate, ex Apostolicarum sanctionum dispositione potiantur.

§. IV. *Ecclesia est criminorum asyllum.*

Juribus cit.
C. eos qui
dist. 87. C. in
ter alia hoc tit.
& cod. de his
qui ad Eccles.
fugiant.

Insuper Sacri Canones, & leges civiles immunitati quibuscunque Ecclesiis, Sacellis, Religiosorum aseceteriis, Monasteriis, cœmeteriis & locis sacris attributæ, ob eorum reverentiam tantum voluere deferri, ut etiam reis, criminosis & facinorosis ad ea confugentibus asyli, refugii & tutelæ beneficium donarint, ut ipsos inde extrahere nefas duxerint, paucis duntaxat criminibus ob eorum enormitatem exceptis, prout sequenti constitutione GREGORIUS Papa XIV. expressit.

Const. 7. tom.
2. Bullarii.

§. V. *Exceptis quibusdam casibus.*

Hac itaque Nostrâ perpetuò valturâ constitutione, omnia & quæcunque privilegia, indulgæ & gratias, tam per prædictum SIXTUM ac PIUM QUINTUM, quàm alios quoscunque Nostros prædecessores, aut Nosmetipsos, Sedemquè Apostolicam, ejusvè legatos, super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesiis, Monasteriis, Sacellis, domibus Regularibus & Secularibus, locisvè sacris, aut religiosis, aliàsquè in casibus à jure permisis, hominibus certorum tunc expressorum vel non expressorum criminum reis, aut fraudulentis decoloribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publicâ, & ex causis urgentissimis ac necessariis & equipollentibus casibus in jure expressis, atque ex paritate, identitate, aut majoritate rationis extensis, perpetuò, vel ad certum nondum elapsum tempus, seu ad vitam alicujus Principis aut beneplacitum, seu aliàs quomodolibet

concessa, etiam iteratis aut multiplicatis vicibus approbata & innovata, ac usu recepta, literasquè Apostolicas sub plumbo, aut in forma Brevis, seu aliàs quomodocunque desuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expressis, ac ad verbum insertis, sublatâ penitus omni differentiâ: ita ad unam tantum formam reducimus & moderamur.

§. VI. *Latrones & pradones publici non gaudent immunitate asyli.*

UT Laicis ad Ecclesias, locaque sacra & religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumquè grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quivè homicidia & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumvè cœmeteriis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassinii vel hæresis aut læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffragetur, sed universis & singulis venerabilibus Fratribus Nostri Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisquè Ecclesiarum & Monasteriorum Prælatiis tam secularibus, quàm cujusvis Ordinis Regularibus districtè præcipiendo mandamus & præcipimus, ut Laicos in casibus prædictis delinquentes, ad eorum Ecclesias, Monasteria, domos & alia loca supradicta sacra, seu religiosa respectivè confugientes, & in eis se recipientes atque morantes, qui prædicta delicta, eorumvè aliquod judicio suo commisisse videbuntur, quando à Curia seculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Ministris & Officialibus Curia secularis, absque irregularitatis nota, aut alicujus censura Ecclesiastica incursum tradi & consignari curent & faciant, & quilibet eorum curet & faciat.

§. VII. *Tales absque Episcopi licentia non extrahendi.*

NE autem Curie secularis prædicta Ministri facultate illos per se & propria auctoritate extrahendi & abducendi sibi olim, ut præfertur, attributâ, & per præsentis revocatâ abutantur, volumus, dictâquè auctoritate decernimus & declaramus, ut Curia secularis ejusquè judices & Officiales ab Ecclesiis, Monasteriis, locisquè sacris prædictis Laicum aliquem, ut præfertur, delinquentem, in nullo ex casibus supradictis, sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis & cum interventu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis

habentis; ad quos solos & non alios Episcopis inferiores, etiamsi alii Ordinarii sint, aut nullius Diocesis, aut conservatores ab hac sede specialiter vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat. Occurrente autem casu in loco exempto & nullius Diocesis, tunc ad Episcopum viciniorem devolvatur hæc cognitio & non ad alios; capere, extrahere aut incarcerare non possunt, nisi eo casu, quo ipse Episcopus & dictæ personæ Ecclesiastica requisitæ illos in delictis superius expressis culpabiles tradere, aut capturæ & incarcerationi intervenire, & assistere recusaverint: tuncquæ reverentiæ Ecclesiæ & locis sacris debita memores, prædictos delinquentes, minori, quo id fieri poterit cum scandalo & tumultu extrahere curent.

§. VIII. Nec carceri nisi Ecclesiastico includendi

Quodquæ delinquentes Laici prædicti, postquam, ut præfertur, ab Ecclesiis locisvè sacris extracti & capti fuerint, ad carceres Curia Ecclesiastica reponi, & inibi sub tuto & firmo carcere ac opportuna custodia data illis, si opus fuerit, per Curiam secularem, detineri debeant nec inde extrahi, Curiaque seculari prædictæ consignari nec tradi possint, nisi cognitio prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi verè crimina superius expressa commiserint, tuncquæ demum de mandato Episcopi per iudicem Ecclesiasticum Curia seculari, quacunque appellatione postposita consignentur.

§. IX. Hæresis est fori Ecclesiastici tantum.

De crimine verò hæresis, cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pervineat, neque in ea Curia secularis se quoquo modo intromittat.

§. X. Sicut & delicta Clericorum.

Sicuti etiam prohibemus, ne contra Ecclesiasticas personas seculares, aut cujuscunque Ordinis vel militiæ etiam S. Joannis Hierosolymitani, Regulares quoquo modo etiam vigore prædictorum privilegiorum, indultorum aut concessionum, quæ omnia ad terminos juris per præsentem reducimus, procedant aut se intromittant, illasvè ab Ecclesiis, Monasteriis, domibus, locisque sacris aut Religiosis, etiam in casibus in hac constitutione expressis extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, aliis quàm de jure & per

privilegia eisdem Ordinibus, aut Militiis concessa permittitur, quomodolibet præsumant.

§. XI. Huic constitutioni contravenientium pœna.

Quod si quis quacunque dignitate & auctoritate præditus, præmissorum, aut alio quovis prætextu, quicquam præter aut contra hujus Nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus, eum ipso facto censuras & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, juris & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per sacros Canones & Conciliorum generalium, Nostrorumquæ prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ.

§. XII. Eadem Archiepiscopali auctoritate servanda mandatur.

Quam constitutionem pontificiam Nos quoque ab omnibus Civitatis & Diocesis Nostræ Prælati, Præpositi, Archidiaconi, Decani tam Collegialibus quàm Ruralibus, Pastoribus, Vice-Pastoribus, & quibuscunque cum secularibus, tum quorumvis Ordinum Superioribus Regularibus, & quibusvis Laicis, quacunque potestate, prærogativâ, gradu, dominio & nomine præditis, in præmissorum casuum eventibus sub prædictis pœnis & aliis arbitrio Nostro addendis, inviolatè ubivis observari jubemus.

§. XIII. Adhortatio Archiepiscopalis.

Deniquè Sacri Concilii Tridentini ^{§. ff. 25. de Re form. c. 20.} exemplo, singulos Imperatores, Reges, Principes, Respublicas & Dominos temporales ac seculares obtestantis, ut sese murum ponant pro domo Israël, & quæ sanctè decreta sunt, secularis brachii auxilio tueantur, memores se à Deo sanctæ Fidei, Ecclesiæquæ Catholicæ protectores constitutos, eoque majori in temporalibus potestate præditos esse, ut debitam sacris constitutionibus observantiam præstent, & quæ Ecclesiastici juris sunt, tanquam Dei præcipua, ejusquæ patrocinio tecta venerentur, nec ab ullis maxime Ministris suis lædi patiantur, sed severè in eos, qui illius libertatem, immunitatem atque jurisdictionem impediunt, animadvertant, quos etiam ipsi in pietate, Religione & Ecclesiarum protectione præeant; Nos pariter quoscunque in Civitate & Diocesi Nostra Principes Seculares, Dominos

minos temporales, Magistratus & Communitates Laicas, eorumque substitutos Praefectos & locum tenentes in Domino hortamur, ut pietatis Majorum, qui etiam in bellis contra Barbaros & paganos Cleri immunitatem reveriti, tuitique sunt, non impigri imitatores, supra dictis Canonice ac Pontificie sanctionibus, uti filios obedientiae decet, morem gerentes, jura immunitatis, libertatis & exemptionis Ecclesiasticae, quibusvis Ecclesiis, Oratoriis, Sacellis, Coemeteriis, Monasteriis, Religiosorum domibus & locis sacris, ac Clericis, personisque Ecclesiasticis, & earum rebus atque bonis divina ordinatione concessa sacra & tecta conservare, nec in ullo deinceps, sicuti Summi Pontifices decrevere, violare, vel etiam eandem personas Ecclesiasticas ullis talliis, gabellis, vectigalibus & tributis velint gravare, memores, quod Ecclesiastici veri sint Dei servi, in divinis elogiis aliquan-

do Dii, aliquando Angeli appellati, solis Superioribus Ecclesiasticis subditi, & in quos Laica potestas nullum habet imperium: sed in sortem Domini sint electi, ut pro populo Deum interpellent, ejusque peccata precibus & sacrificiis deleant, ideoque ab omni onere & saeculari exactioe liberos esse oportere; certi alioquin, si secus fecerint, non solum jacturam patientur bonorum propriorum, qui usurpata potestate dominari quaerunt in alienis, sed etiam gravissimorum peccatorum rei, & ad eorundem gabellarum ini- que perceptarum restitutionem obligabuntur; insuper censuris innodati manent, a quibus absolutio soli Pontifici Maximo per Bullam Coenae reservatur, pariterque aeternae damnationi, nisi resipuerint, deinceps abstinerint, & contra fas exacta restituerint, atque absolutionem obtinuerint, sint futuri obnoxii.

Exod. 22.
v. 8. q. 28
Psalm. 81.
vers. 6.
Malach. 2.
vers. 7.
C. Sacerdotibus
11. q. 1.
C. duo sunt
12. q. 1. C. ipse
Sacerdotes
2. q. 1.

TITULUS IV.

De Simonia.

CAPUT I.

§. I. Simonia peccatum est gravissimum.

Simonia jam inde ab Apostolorum temporibus in lege Evangelica damnata fuit, ut ex responso S. PETRI ad Simonem colligitur, qui cum pecunia Apostolis oblata potestatem peteret per impositionem manuum conferendi Spiritum Sanctum, ab eodem S. PETRO audivit, *pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri*; est enim peccatum longe gravissimum, & Ecclesiae perniciosissimum, ut merito a sacris Canonibus *heresis Simoniaca, extrahibile flagitium, turpissimum lucrum, instar publici criminis, ut laese Majestatis puniendum* nominetur: hinc enim beneficia saepius indignis conferuntur, electiones injustae fiunt, Praelaturae immeritis committuntur, qui docti non tondere gregem, sed deglubere, nati non docere, sed perdere.

Act. 8. v. 19.
& 20.

C. 3. 13. 28.
1. q. 1. c. 6. de
Simonia.

§. II. Et hoc tempore frequentissimum.

ET quamvis hoc Simoniae vitium sit plane detestabile, non tamen ideo est minus frequens hoc potissimum aeo, quo usque adeo hominum improbitate & insatiabili cupiditate, pro dolor! invaluit, praesertim in beneficiis Ecclesiasticis, ut non pauci hoc tempore Clerici & Ecclesiastici inveniantur ejus reatu obstructi.

§. III. Cujus gravitas ab omnibus dignoscenda.

UT ergo omnes & singuli Praelati, Praepositi, Archidiaconi, Decani & Capitula, aliique beneficiorum Collatores & Patroni, Clerici quoque Ecclesiastici & saeculares foedissimi hujus peccati malitiam & turpitudinem evidentiùs cognoscant, & cautiùs fugiant, summatim ostendendum duximus, quibus modis praecipue circa beneficia enorme hoc scelus patretur.

§. IV.

s. IV. *Simonia quid sit, & quando committatur.*

Simonia igitur consistit in voluntate emendi & vendendi rem spiritualem vel ei annexam, sive pecuniâ, sive re quavis immobili aut mobili, pretio æstimabili; unde Simoniacum est quicquam exigere, recipere, vel dare pro electione, confirmatione, præsentatione, nominatione, collatione, institutione, investitura ad quascunque dignitates & beneficia atque Officia quævis Ecclesiastica, de quæ iis provisorum in possessionem inductione; sed & damnata est quævis contraria in hisce consuetudo, cum præter Simoniacam praviratem etiam sordidissimæ avaritiæ speciem præferat.

s. V. *Tridentini decretum.*

Seff. 24. de Rejorn. c. 14.

Quod inter cætera reformationis Capitula Concilium Tridentinum notans his verbis innovavit: In pluribus Ecclesiis tam Cathedralibus, quàm Collegiatis & Parochialibus, ex earum constitutionibus, aut ex prava consuetudine observari intelligitur, ut in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione, sive admissione ad possessionem alicujus Cathedralis Ecclesiæ vel beneficii, Canoniatuum aut præbendarum, vel partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas, certæ conditiones seu deductiones, ex fructibus solutiones, promissiones, compensationesve illicitæ, aut etiam, quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur Turnorum lucra interponantur: hæc cum sancta Synodus detestetur, mandat Episcopis, ut quæcunque hujusmodi in usus pios non convertuntur, atque ingressus eos, qui Simoniacæ labis, aut sordidæ avaritiæ suspicionem habent, fieri non permittant: ipsiq; diligenter de eorum constitutionibus sive consuetudinibus super prædictis cognoscant, & illis tantum, quas ut laudabiles probaverint, exceptis, reliquas, ut pravas, & scandalosas, rejiciant & aboleant. Eos verò, qui adversus hæc in præfenti decreto comprehensa quavis ratione commiserint, pœnis contra Simoniacos editis, sacris Canonibus & variis Summorum Pontificum Constitutionibus, quas omnes innovat, teneri decernit: non obstantibus quibuscunque Statutis, Constitutionibus, consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam Apostolicâ auctoritate confirmatis: de quarum surreptione obreptione, & intentionis defectu Episcopus, tanquam Apostolicæ Sedis delegatus, cognoscere possit.

s. VI. *Decretum Pii V.*

Ipsium expressioribus etiam verbis, & severissimis sub pœnis supra-dicti Concilii Tridentini sanctionem declarando & confirmando prohibuit Pius Papa V. quævis privilegia, consuetudines, & quarumlibet Ecclesiarum statuta & juramenta contraria revocando, & hac sua constitutione rescindendo.

Constit. 104. Bullarii Tom. 2.

PIUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

s. VII. *Exordium.*

Durum nimis & incommodum arbitramur, quod Ecclesiarum ministri in iis quæ ad ipsorum sustentationem suppeditant, dissèdia patiantur. Quocirca cum hanc ad rem simulq; prohibendam ab Ecclesia Dei avaritiæ praviratem, editas ante hæc sanctiones minime satis esse intelligimus, novo constitutionis subsidio cogimur providere.

s. VIII. *Refert Pontifex Tridentini decretum minus observatum fuisse.*

Cum itaque aliàs, ex plurium Ecclesiarum Cathedralium & Collegiatarum constitutionibus, aut ex prava consuetudine observari intelligeretur, ut in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione sive admissione ad possessionem alicujus Cathedralis Ecclesiæ vel beneficii, Canoniatuum, aut præbendarum vel partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas certæ conditiones seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesve illicitæ, ut etiam, quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur Turnorum lucra, interponerentur, licet sancta Synodus hæc detestata mandaverit Episcopis, ut quæcunque hujusmodi, quæ in usus pios non converterentur, atque ingressus eos, qui Simoniacæ labis, aut sordidæ avaritiæ suspicionem haberent, fieri non permitterent, ipsiq; diligenter de eorum constitutionibus sive consuetudinibus super prædictis cognoscerent, & illis tantum, quas probarent, exceptis, reliquas ut pravas & scandalosas rejicerent, eos verò, qui adversus prædicta quavis ratione commiserint, pœnis contra Simoniacos editis teneri decrevit; multorum tamen indomitâ cupiditate, tam prædicta, quàm alia ad beneficium & commodum ipsorum ministrorum edita, aut

S omni-

omnino contemnuntur, aut in varios sensus traducta perperam eluduntur.

s. IX. Idcirco illud innovat.

QUare Nos pro divini cultus exercitio, simulq; evocatorum ad illum auxilio plenius evidentiusque consulendum fore rati, revocamus & abolemus omnia & quaecunque privilegia, consuetudines & Statuta quarumcunque Ecclesiarum Cathedralium & Metropolitanarum, ac Majorum, nec non Collegatarum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, aut alio quovis presidio munita, ac etiam supra hominum memoriam, & longissimo, ac quocumque tempore etiam continuo observata, sive pro solvendis Ecclesiarum, vel Prælatorum debitis, sive pro supportandis illorum oneribus, sive aliis etiam majoribus, maximis & urgentibus causis concessa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innovata, extensa & moderata, quod vacantibus ipsarum Ecclesiarum dignitatibus, Canonicatibus, Præbendis, portionibus, beneficiis & Officiis, fructus ac etiam quotidiana distributiones ex eis primo ab ipsa vacatione anno, aut longiore vel etiam brevior tempore proventuri, mensæ Episcopali seu capitulari, aliterve loco integrè vel partim remaneant seu applicentur, aut in communes usus cedant, seu inter alios Canonicos & personas Ecclesie seu Capituli dividantur. Quodq; etiam nullus Apostolicæ autoritate provisus in Canonicum recipi, aut ad dignitatem seu portionem, beneficium vel Officium admitti, vel aliàs in eius possessionem induci possit, nisi prius de observandis huiusmodi privilegiis, consuetudinibus & Statutis juramentum præstiterit, & obtineat illorum derogationi, ac fructuum, & distributionum perceptioni renuntiaverit, seu Capitulo vel personis prædictis cesserit, seu (ut appellant) dulcioria, aut quidquid aliud præstiterit; quorum omnium tenores, causas & effectus habemus presentibus pro expressis, quibuscunque illa concepta sint formulis, nec non irritantibus, & aliis decretis roborata: Volentes ea omnia vires & effectum de cætero non habere.

s. X. Secus facientibus pœnas imponit.

PRæcipimus igitur & interdiciamus omnibus Episcopis, Capitulis, Collegiis & personis ad quas id pertinet, ne posthac fructus, aut distributiones huiusmodi, nec prorsus ullam earum partem retineant, neve ipsorum cessionem vel renuntiationem aut dulcioria vel alia quomodocunque petant vel exigant, aut quemquam sive ordinariæ sive Apostolicæ authorita-

te provisum, ad præstandum huiusmodi juramentum inducant, aut illi prædicta non facienti possessionem impediunt vel remorentur. Quicumque contrafecerint, si Ecclesiarum Antistites, tamdiu à Pontificali Officii exercitio sint suspensi, donec satisfactione præviâ illis per Sedem Apostolicam suspensio relaxetur. Capitula vero & Collegia quaecunque, Ecclesiastico subjaceant interdicio, ac singulares persone in excommunicationis sententiam incurrant, à qua nisi in moris articulo constituti, ab alio quàm Romano Pontifice absolutionis beneficium nequeant obtinere. Decernentes huiusmodi præstita juramenta non tenere, nec quemquam illis obligari, quin imò jurantes in huiusmodi censuram incidere, nec non irritum & inane, quidquid secus super his per quoscunque scienter vel ignoranter contigerit attentari.

s. XI. Declarat, quid circa fructus piis locis tributos observandum sit.

ET nihilominus statuimus, ut ubicunque huiusmodi fructus & distributiones Fabricæ vel Sacristiæ, aut alterius loci pii usibus ultra semestre tempus reperiuntur concessi, horum duntaxat dimidia pars ipsi Sacristiæ vel Fabricæ, aut pio loco deinceps tribuatur, alteram verò beneficiati prædicti integrè percipiant.

s. XII. Derogat contrariis.

Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, decreto prædictæ Synodi ac etiam constitutione fel. record. JOANNIS Papæ XXII. quæ incipit Suscepti &c. & aliis juribus hac de re disponentibus, nihilominus aliàs in suo robore duraturis.

s. XIII. Quibus præjudicare non intendat.

CÆterum per prædicta non intendimus illis præjudicare Capitulis, Collegiis, Mensis, aut personis, fructus & distributiones inter vacationem beneficiorum & eorum collationem sive possessionis apprehensionem provenientes ex Statuto, Consuetudine vel privilegio huiusmodi percipientibus vel retinentibus,

bus, quod minus ipsi illos interim, ut antea, exigere valeant & habere.

§. XIV. Fides transumptis habenda.

Postremò volumus, ut presentium exempla etiam impressa Notarii publici manu & Prælati Ecclesiastici, ejusve Curie sigillo ob-signata, eandem illam prorsus fidem ubiq; lo-corum in iudicio & extra illud faciant, quam facerent ipsamet presentes, si essent exhibitæ vel ostensa.

§. XV. Sanctio pœnalis.

Nulli ergò hominum liceat hanc paginam Nostræ revocationis, abolitionis, præ-cepti, interdicti, decreti, Statuti, intentio-nis vel voluntatis infringere, vel ei ausu reme-rario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo, septua-gesimo. Pridie Cal. Junii Pontificatus Nostri anno quinto.

C A P U T II.

§. I. Simonia triplex, mentalis, conventio-nalis, & realis.

Quoniam verò Simonia non solum committitur re, sed etiam verbis & signis ac voluntate: hinc ex tribus, quæ ad eam plenè constituendam concurrunt, videlicet proposito interno, pactione ex-ternâ verbis vel signis indicatâ, & ejus-dem executione tres fortitur species, qua-rum una Mentalis, Conventionalis altera, & tertia Realis à sacris Canonibus nuncu-patur. Mentalis est, si quis spe remunera-tionis accipiendæ beneficium Ecclesiasti-cum conferat, alioquin non collaturus: quæ collatio Simoniaca est, etiam omni pacto implicito & explicito destituta. Con-ventionalis dicitur, cui subest pactum im-plicitum vel explicitum dandi temporale pro spirituali, non tamen re traditâ con-tummatum: ea non tantum fit verbis ex-pressis & directis, sed etiam obscuris & obliquis: interdum nutibus vel solo pre-tio oblato donationis specie, ex circum-stantiis tamen adverti potest. Realis confi-sit in pactione consummata, tradita scili-cet re spirituali & ipso pretio.

§. II. Quibus addatur quarta, scilicet confidentialis.

Præmissis tribus Simonicæ speciebus Tom. 2. Rub-
lica const. 83. Pius IV. & V. Summi Pontifi-ces quartam videlicet Confidentialem adje-cere, à spe & fiducia, quæ ei subest, sic vocatam, dum alicui beneficium Eccle-siasticum simplex aut curatum, sæculare vel Regulare, seu per electionem, con-firmationem, præsentationem, institutio-nem, resignationem cum certa confiden-tia, seu expresso, aut tacito pacto procu-ratur, eâ lege, ut ipse elapso aliquo tem-pore ipsimet cedenti, conferenti vel con-firmanti &c. vel alteri resignet, vel pen-sionem aut fructus ex eo præster.

§. III. Damnata à Pio IV. & V.

Hanc porrò Simoniam confidentia-lem gravissimis adjectis pœnis pri-mò damnavit Pius Papa IV. quas Pius V. renovavit & confirmavit se-quentibus verbis:

§. IV. Ejus prætextu multa fraudes com-mittebantur.

Veruntamen propter improbas multo-rum cupiditates prædictas, quæ ad pur-gandam hac pernicie Ecclesiam & animarum salutem ab ipso prædecessore edita sunt, in mul-tis deprehendimus, viam aperuisse gravius delinquendi. Siquidem cum frequentius plu-rium querelis pridem concitati, quod iudices in causis huiusmodi confidentiarum expedien-dis remissiores essent, omnes & singulas cau-sas ipsas ubicunque, & inter quoscunque mo-tas ad Nos advocavissimus, ac omnimodam huiusmodi causarum, presentium & futura-rum rerumq; omnium ex ipsis resultantium cognitionem Nobis & Successoribus Nostris reservavissimus, & super quibusdam coram Nobis processum fuisset, variis inde nec levi-bus conjecturis intelleximus, vitium quidem confidentiæ occultè irrepisse, sed plerisq; cau-sis præsumptiones & conjecturas, quæ ad il-lud probandum deducuntur, minimè suf-ficere, ejusq; rei causâ, plurimos, qui ante literarum prædictarum editionem, hu-jusmodi confidentias exercebant, ubi co-gnoverunt obstructam veritatem, propter difficultates probandi in iudiciis confiden-tias ipsas, contemptâ constitutione prædi-

Etiam, Ecclesias, Monasteria & beneficia sic recepta, ut prius retinere, alios fructus, pensiones & alias res accipere: alios eorum exemplo ad similia & graviora fidentiùs commoveri. Multi enim ipsa beneficia iure retinere nequeunt; alii ne cogantur ad sacros Ordines, ad residentiam, ad incedendum in habitu Clericali, ut ad bellum proficiantur, ut inimicos occidant, alii, ut alieno nomine lites agant aut defendant: alii propter crimina incapaces, quidam ut purgato delicto, vel absolutione consecutâ, illa repetant, eadem in alios deponunt, & in plerisque fructus ipsorum, aut eis ministrantur, aut quibus ipsi statuunt, sæpè Laicis & inhabilibus. Plerique vel senes vel infirmi, ut beneficia in domibus suis perpetuent, illa renuntiarunt & renuntiant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus Ecclesiasticis alant, vel illa etiamnum infantibus aut nascituris afferrent, factò interdum circum retrocessionis cum reservatione fructuum & aliarum rerum, aut accessu, præsertim ab illis, qui præstandorum iurium Camera Apostolica sunt immunes; alii aut incapaces, aut aliis beneficiis Ecclesiasticis onusti, aut Ecclesiastico Ordini sese mancipare refugientes, aut merè Laici beneficia Ecclesiastica aliis conferenda procurant, ut de illis postmodum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Adhæc plerique Ordinarii & Collatores, ac etiam Patroni Laici curant deponenda beneficia, ut fructus seu pensiones capiant eorundem, aliisve faciant ministrari. Alia item permulta ejusmodi permittuntur, quibus immaculata rerum divinarum puritas impiè violatur, disciplina Ecclesiastica nervus dirumpitur, & imminens patrat exitium animarum.

s. V. Ideo Pontifex sub certis regulis confidentius declarat.

Quare nos volentes periculosam talium audaciam novi juris subsidio cohibere, præsentium auctoritate statuimus, ut si quis quacunq; auctoritate Ecclesiam vel Monasterium, aut aliud beneficium Ecclesiasticum quacunq; ex resignatione, vel cessione cujuscunq; personæ simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu vel accessu, etiam solâ dimittentis intentione receperit, ut illa, vel illud etiam in eventum regressus vel accessus eidem dimittantur, vel alteri postea conferatur, ut illius fructus vel eorum pars, alii vel alius concedantur, vel pensiones solvantur, ex eisdem hæc confidentia censeatur.

s. VI. Continuatur hæc regula.

Idem, si Ordinarius, vel alius collator contulerit antehac, aut conferat in futurum, beneficium Ecclesiasticum quovis modo vacans, eâ conditione, tacitâ vel expressâ, ut postea in alterum pro arbitrio Collatoris, seu alterius cujuscunq; contra juris communis ordinationem disponatur, sive ut de eo provisus fructus illius, vel partem ad utilitatem vel libitum conferentis vel decedentis, aut alterius relinquat, & remittat, seu pensionem illi vel illis, quem vel quos idem collator, aut cedens, vel alius per se, vel alium, scripto aut verbo jusserit, seu significaverit, persolvat, & pariter, si à patrono etiam Laico, vel alteri præsentatori, seu electori contigerit aut contingat id fieri.

s. VII. Plures adduntur.

Ad hæc si Clericus prædictæ camera, aut Cardinalis aut alius à solutione iurium ipsius Camera, vel etiam Cancellariæ Apostolicæ exemptus post resignationem vel cessionem alicujus extranei de Ecclesia, Monasterio vel alio beneficio Ecclesiastico in se, Apostolicâ vel aliâ auctoritate factam & admissam, vel illud etiam consecutis literis Apostolicis & possessione apprehensâ, in eundem resignantem vel cedentem, modico spatio interjecto, veluti duorum vel trium Mensum retrocesserit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retrocessione fructus Ecclesiæ seu Monasterii, aut beneficii vel eorum pars, seu pensio, seu quid aliud super his reservatum aut regressus seu accessus & ingressus ad illam vel illud, ipsi Clerico vel Cardinali, aut alii exempto sit fuerit ve concessus.

s. VIII. Ulterius declarantur.

Postremò si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est, denuò receperit quacunq; auctoritate Ecclesiam, Monasterium, vel aliud beneficium Ecclesiasticum, quod ante vel post commissum delictum, aut contractam irregularitatem dimiserit, in quibus horum casuum confidentia pravitas sit contracta, casusq; hujusmodi literis prædictis comprehendantur, ac si illis speciatim expressi fuissent, licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum.

s. IX.

§. IX. Ad probandam confidentiam certas
presumptiones hic notatas sufficere,
declarat.

AD probandum verò plenè confidentiarum
abusum, inter alias etiam hæc præsum-
ptiones & conjecturæ habeantur legitima. Vi-
delicet: si quis post cessam ab se Ecclesiam, vel
monasterium aut beneficium, & publicam
resignationem seu cessionem, captamq; à succes-
sore possessionem, sese in illa vel illo, seu rebus
illius, per se vel alium, seu alios de factò in-
gesserit, aut fructus perceperit, aut quicumque
successor illi, vel ejus propinquus, ipsos aut par-
tem aliquam remiserit eorundem. Si recipiens
beneficium constituerit dimittentem, vel ejus
parentes aut propinquos procuratores ad perci-
piendum vel locandum fructus beneficii dimisit,
& illi vel illis de fructibus perceptis aut perci-
piendis donationem fecerit. Si vel solâ procu-
ratoris depositione, vel libris rationalibus Men-
sariorum ex parte dimittentis expeditio, que
per personam recipientis concernit, prosecuta sit,
simulque expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ
fuerint. Denique, si quis pro concessione alicui
facta, quacunque auctoritate de beneficio Ec-
clesiastico per se vel alium seu alios intercesse-
rit, vel aliàs in negotio concessionis sese immis-
cuerit quoquo modo; deinde aliquid de fructibus
talis beneficii de factò, etiam per manus posses-
soris, ac etiam simplicis donationis titulo
perceperit, seu de alio postmodum ad volun-
tatem intercessoris fuerit dispositum quando-
cunque.

§. X. Testes etiam singulares probant.

Testes autem de quaque re singulas proba-
re valeant presumptiones & conjectu-
ras, pluresq; hujusmodi presumptiones &
conjecturæ plenam probationem faciant in
prædictis.

§. XI. Et criminosos admittere jubet.

Ceterum criminosi & ceteri omnes, qui
ad perhibendum in casibus simoniæ, testi-
monium recipi possunt, ad prædicta omnia ad-
mittantur.

§. XII. Confidentiarum pœnas decernit.

Sed ne quisquam etiam vanâ fiducia fretus,
non intendens contra se iudici in crimine
perseveret, utq; hoc malum gravioris censura
stimulo usquequaque prohibeatur, omnes &
singulos, qui hucusque Ecclesias, Monasteria,

beneficia, fructus, pensiones, aliàsve res inter-
cedente hoc confidentiæ vitio receperunt ac re-
tinent, nisi statim ad se reversi & respicientes
coleri dimissione sibi prospexerint, & qui quid
tale admiserint in futurum etiam omnibus &
singulis aliis Ecclesiis, Monasteriis, dignitatibus,
administrationibus, Officiis & Beneficiis obten-
tis, que pariter sub dicta reservatione compre-
hendi volumus, nec non fructibus, pensionibus
& aliis rebus Ecclesiasticis, ac etiam Romane
Curie & aliis Officiis temporalibus præsentium
auctoritate privamus, & ad futura inhabiles
decernimus, & in juris subsidium excommuni-
cationis sententiâ innodamus, à qua nullus nisi
in mortis articulo constitutus ab alio quam à
Romano Pontifice, absolutionis beneficium va-
leat obtinere. Nos etiam advocacione causa-
rum hujusmodi & reservatione cognitionis
illarum, rerumq; omnium inde emergentium,
Nobis & prædictis Successoribus, ut prædictum
est, facta, causis illis duntaxat exceptis, que
jam coram Nobis pendere cognoscuntur, ac
etiam iis quas ratione Ecclesiarum & Mona-
steriorum, quorum dispositio in Consistorio fieri
consuevit aut debet, itemq; contra Ordinarios
Collatores, Episcopos & alios Superiores Præla-
tos, etiam Cardinales haberi contigerit, uti jam
aliis Nostris literis statutum est, audiendis, de-
cidendis & terminandis, harum serie prorsus
relaxata decernimus, ita deinceps quoscunque
judices Ordinarios & delegatos etiam causa-
rum Palatii Apostolici Auditores, ac prædicta
Romana Ecclesia Cardinales, sublatâ eis &
ipsorum cunctaque, quavis aliter judicandi
& interpretandi facultate & auctoritate,
ubiq; judicari, interpretari & diffiniri debere,
nec non irricum & inane, quidquid secus
in prædictis per quoscunque quavis authorita-
te, scienter vel ignoranter contigerit atten-
tari.

§. XIII. Ordinarios his attentos esse
monet.

Quocirca omnibus locorum Ordinariis di-
strictius injungimus, ut in suis quisque
Ecclesiis, Civitatibus, Diocæsiibus, & locis
etiam exemptis, ad prædicta studiosè attendant,
& quatenus illis relaxavimus, in delinquen-
tes severè animadvertant, si divina Majestatis
judicium, dictæq; sedis censuram voluerint
evitare. In ceteris verò causis & negotiis (No-
bis & prædictis Successoribus exceptis) eosdem
locorum Ordinarios præsentium auctoritate
delegamus, ut gratiâ & favore postpositis,
pro se quisque, cum venerit usus contra prædi-
ctos omnes sub ipsa exceptione comprehensos di-
ligenter inquirent, suaq; inquisitiones omnes

sigillo obsignatas ad prædictam sedem quamprimùm transferant, ut nos & prædicti Successores in causis huiusmodi procedentes, quod iustum fuerit, decernamus; Nos enim singulis Ordinariis ipsis prædictos omnes, & quoscunque alios etiam exemptos, & per edictum publicum consilio prius summarie & extrajudicialiter de non tuto ad illos accessu, citandi & monendi, eisque, ac iudicibus Ordinariis & delegatis, aliisque personis quibuscunque, ne prædictorum executionem quoquo modo impediant, vel aliàs in illis sese interponant, etiam per simile edictum inhibendi, eosdemque, ac alios contradictores & rebelles quoscunque per censuras & pœnas Ecclesiasticas, ac omnia alia juris & facti remedia opportuna compellendi, auxilium brachii secularis, quandocunque opus erit, invocandi, ceteraque, in prædictis omnibus & singulis necessaria faciendi & exequendi, plenam & liberam tenore præsentium concedimus facultatem.

§. XIV. Contrariis derogat.

Non obstantibus sel. rec. BONIFACII Papæ prædecessoris Nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, aliisque Apostolicis Constitutionibus & ordinationibus, quodque Episcopis, Collatoribus & Prælatiis prædictis, etiam Cardinalibus, vel quibusvis aliis communiter vel divisim à prædicta sit sede indultum, vel in posterum indulgeri contingat, quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut contra indulta huiusmodi ad iudicium trahi non possint, per literas Apostolicas non satientes plenam & expressam, & ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorem existant, per quæ præsentibus non expressa, aut in totum non inserta, effectus præsentium aut attributæ prædictis Ordinariis jurisdictionis explicatio seu exercitium, vel executio impediri valeat quomodocunque vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, ceterisque, contrariis quibuscunque. Literis prædecessoris huiusmodi nihilominus in suo robore duraturis.

§. XV. Fides habenda transumptis.

Volumus autem, ut præsentium exempla etiam impressa edantur, eaque, Notarii publici manu & cuiuscunque Curie Ecclesiasticæ, ejusve Prælati sigillo obsignata, eandem illam prorsus fidem, in iudicio & extra ubique, locorum faciant, quam ipsæ præsentibus facerent, si essent exhibita vel ostensa. Nulli ergo &c. Datum

Roma apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, Millesimo, quingentesimo, sexagesimo nono, Kal. Junii, Pontificatus Nostri anno quarto.

CAPUT III.

§. I. Simoniacorum pœna.

UT porrò nefariis hisce ambitioforum hominum ausibus & impiis beneficia Ecclesiastica acquirendi artibus obviaretur, atque execrabile illud Simonia scelus, quod uti ait PASCALIS Pontifex adeò grave est, ut omnia crimina ad illius comparisonem quasi pro nihilo reputentur, tandè eradicaretur, in eo potissimum summorum Pontificum desudavit studium, severissimis in Simoniacos statutis pœnis, scilicet, ut is qui eligendo, præsentando, confirmando, conferendo aut instituendo beneficium Ecclesiasticum, Simoniam commiserit, ipso facto incurrat excommunicationem sedis Apostolicæ reservatâ. Dein omnis electio, præsentatio, confirmatio, collatio aut quævis alia dispositio ad dignitates seu quævis beneficia & officia Ecclesiastica, irrita sit & nulla, nullumque proviso jus, aut titulû tribuat; sed illis ipso jure sit privatus, & fructus perceptos, sub animæ suæ periculo restituere teneatur, uti decrevit Pius Papa V. sequentibus verbis: *Qui dignitates Ecclesiasticas Simoniacè adquiserit, illis sit ipso jure privatus, & in futurum inhabilis ad eas & quascunque aliàs obtinendas: qui beneficium aut officium Ecclesiasticum Simoniacè adeptus fuerit, illis similiter sit ipso jure privatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionem teneatur, & perpetuò sit inhabilis ad ea, & quacunque beneficia Ecclesiastica obtinenda.* Quin non solum sic Simoniacè provisos, sed & illi, qui in huiusmodi Simoniacæ beneficiorum procuracione mediatores fuerunt, excommunicationis pariter censurâ innodati existant, à qua non nisi à summo Pontifice absolvi queant, præterquam in mortis articulo constituti.

C. fin. 1. g. 7.

C. cum detestabile de Simonia X. inter Comm.

Tom. 2. Bullarum, Const. 5.

C. cum detestabile cit.

§. II. Pœna Simonia Confidentialis.

PRÆTER hæc PIUS IV. & PIUS V. prænominati Pontifices sanxerunt, ut qui beneficia Ecclesiastica per Confidentialem Simoniam adeptus fuerit, præter dictas pœnas, etiam eo ipso privatus sit omnibus beneficiis, ac pensionibus obtentis; atque beneficia in confidentiam collata

collata & accepta Sedi Apostolicæ sint reservata, ut ab inferioribus conferrî nequeant; fructus quoque percepti Cameræ Apostolicæ applicentur.

§. III. *Eadem pœnæ innovantur.*

E Adem pœnas Nos omnibus tam Civitatis, quàm Dicecesis Nostræ cujusvis conditionis vel statûs Collatoribus, Patronis Ecclesiasticis, Clericis & Laicis quibuscunque in memoriam revocandas duximus, & intentatâ iis maledictione æternâ inhibemus, ne quisquam inposterum contra præmissarum Constitutionum

num Apostolicarum dispositionem ullos conatus, tractatus, intercessionem, pactiones, nundinationes consequendi, emendi vel vendendi beneficia Ecclesiastica, inire præsumat; secus autem facientes, pœnis per prædictas sanctiones inflictis subjacere, aliisque arbitrariis ad cæterorum terrorem districtè puniendos, nec non subsecutas quascunque provisiones, electiones, nominationes, confirmationes & dispositiones de beneficiis sic Simoniacè obtentis ex prædictarum Apostolicarum Constitutionum præscripto irritas declaramus.

TITULUS V.

De Archidiaconis & Decanis Ruralibus.

CAPUT I.

§. I. *Archidiaconorum, præcipuè in Dicecesi Coloniensi fundata est auctoritas.*

Archidiaconorum tam in Sacris Canonibus, quàm præcipuè in Dicecesis Nostræ Coloniensis Statutis, & ordinationibus fundata, & antiquissima est auctoritas; nam & ipsi in partem sollicitudinis Nostræ à Nobis vocati, in regiunculis curæ suæ commissis, formandis, & reformandis Cleri, ac populi moribus, incumbere debent, & advigilare, ne quid forsitan erroneæ doctrinæ adversus fidem Catholicam serpat, ut inutilibus, ignarisque Ministris Ecclesiæ non impleantur, sed expurgentur, immeritis curata beneficia, aut Ecclesiastica munera non conferantur; atque universim strenuos, sollicitosque Ecclesiasticæ militiæ se præbere excubitores, ut verè dicantur, & sint oculi Episcoporum: ad quod unice conducet, si ipsi imprimis Archidiaconi doctrinâ, vitæ, morumque integritate, zelo, ac pietate studeant cæteris præcellere, & Ecclesiasticis aliis, maximeque Parochis, & Curatis, exemplo præesse, ac prodesse consilio. Caveant ergò, ne munera potiùs, quàm spiritualia subditorum Nostrorum commoda respiciant, neque cum delinquentibus dissimulent, aut affectu, amore, vel cujusvis quæstus ambitu seduci se patiantur: cum ipsi delin-

quentium rationem coram Deo reddituri sint.

§. II. *Archidiaconi in Visitationibus exquisitam diligentiam adhibeant.*

Archidiaconi deinceps in suis quisque districtibus, vice & auctoritate Nostrâ singulis trienniis ordinariè, extra ordinem verò, toties, quoties expedire judicaverint, Parochiales Ecclesias, & Curatas, nec non Capellas, Xenodochia, Nosocomia, Hospitalia, Confraternitates, Scholas, & ejusmodi pia loca visitent, Visitationis decreta faciant, ac publicent, quæ correctione digna invenerint, emendent, & excessus puniant; ipsa tamen Visitationis acta integra, una cum decretis, postquam perfecta fuerint, intra trimestre, ut & cætera majoris momenti in Visitatione, vel aliàs occurrentia ad Nos referre teneantur: nullatenus autem impendant, quò minùs Noster in spiritualibus Vicarius Generalis easdem Ecclesias, loca, & personas, etiam si per ipsos Archidiaconos, etiam eodem anno, visitatas, toties, quoties ipsi conducere visum fuerit, visitet, quæ corrigenda fuerint, corrigat, & excessus puniat; nisi priùs fuerint debite puniti, & emendati. A Monasteriorum autem, quemadmodum & Collegiatarum Ecclesiarum in suis districtibus constitutarum, & quorumvis locorum Regularium cujuscunque Ordinis, & sexus, Visitationibus

C. Archidiaconus de Offic. Archidiacon. & C. mandamus eodem.

Statuta Concilii sub Conrado Card. §. 7. Statut. Wichboldi fol. 55. §. 12.

Archi-

C. ad hæc de Offic. Archid. & toto tit. Statut. Concilii sub Conrado Card. pag. 3. §. 3. pag. 5. §. 11. pag. 5. & 6. §. 12. pag. 6. §. 14. Statuta Fridi pag. 47. §. 16. Statuta Wichboldi pag. 51. §. 1. pag. 55. §. 12. & 13. Statut. Henrici pag. 77. §. 2. pag. 81. §. 12. Conc. Prov. pag. 343. c. 12. & 13. pag. 344. c. 15. pag. 407. c. 19. 20. 21. Statuta Adolphi 3. pag. 432. & 433. §. porro. pag. 434. §. iam quod passim. p. 438. §. non aliis sanè melius. pag. 478. & 479. §. an Præpositi seu aii Præat. & seqq. pag. 484. §. & an aliqui. pag. 508. col. 1. pag. 510. col. 1. & 2. & sapius in mandato per Adolphum, anno 1160. pag. 522. col. 1. pag. 538. §. 6. interrogati sunt. Decreta Synodi sub Ferdinando Archiep. pag. 11. c. 3. §. si Pastores.

Archidiaconi abstinere debent: in cateris ed diligentissimè colliment, ut vitia, & crimina corrigant, & evellant, omniaque secundùm Sacros Canones, Oecumenicorum Conciliorum, atque Sanctorum Pontificum Constitutiones, Nostraque tam Provincialia, quàm Synodalia statuta, non obiter, & perfunctoriè, sed exquisitissimà curà peragant.

§. III. *Finis, & scopus Visitationum.*

Concil. Trid.
sess. 24. de Re-
form. cap. 3.

SCopum verò Visitationis hunc præcipuum esse meminerint, ut ad mentem Concilii Tridentini, sana, Orthodoxaque doctrina, & fides, expulsis hæresibus, remotis abusibus, & erroribus inducatur, & stabiliatur, boni mores inferantur, ac plantentur, pravi corrigantur, populus cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, & virtutes accendatur, Clerus reformetur, cæteraque omnia ad fidelium fructum constituantur,

§. IV. *Visitatores quoad sumptus Visitandis graves non sint.*

C. cum Aposto-
lus de censib. c.
2. eod. tit. in 6.
Concil. Trid.
sess. 24. de Re-
form. c. 7. §.
ideòq; modesto
content. Conc.
Provinc. Col-
lon. sub Her-
man. V. part.
14. c. 29. pag.
408. & sub
Adolpho III.
pag. 440. §.
semper mansit,
co. 1.

Licet olim à Conciliis Lateranensi, & Lugdunensi, ac deindè Provincialibus Colonienfibus præscriptus fuerit Visitationis, & procurationis modus, hodie tamen ad Decretum Tridentinæ Synodi revocandus est; contra ejus præscriptum caveant Archidiaconi, & Decani Rurales, aliique quicumque Visitatores, ne occasione Visitationis cuiquam, comitatu, aut sumptu sint graves, sed contenti modico famulicio, & mediocribus alimentis, frugaliter, ac moderatè per Visitandorum conditione ministrandis occasionem justarum querelarum non præbeant.

§. V. *Nulla causa à subministracione procurationis excusat.*

C. cum Aposto-
lus in princ. &
§. probubemus.
C. cum Instan-
tia. C. cum
Venerabilis. C.
Procuracione
de censib. C.
concurrente de
Offic. iud. Or-
dinari. C. cum
non liceat. C.
cum ex Offic.
de prescript.
1. Corinth. 9.
v. 4. 7. 9. 11.
12. 13. 14. &
ad Galat. 6.
vers. 6.
Conc. Provinc.
locis citat.

Necessariis autem sumptibus præstandis, quos procuracionem Canones vocant, nulla Ecclesia, vel Monasterium, ne quidem ob temporis præscriptionem, exemptionem prætereundè potest: subjectionem enim, & obedientiam significat, quæ contra Prælatum à subdito præscribi nequit: nemo siquidem teste Apostolo, cogitur suis militare stipendiis, ac meritò qui spiritualia seminat, carnalia metit; ideò licet Ecclesia aliqua, à longissimo etiam tempore, nullam procuracionem Visitanti suppeditaverit, eandem tamen,

nisi de exemptione à procuracione, per speciale summi Pontificis privilegium doceat, subministrare tenetur,

C A P U T I I.

§. I. *Cognitio causarum etiam ad Archidiaconos pertinet.*

Archidiaconi quatuor principales Nostræ Dicecelis, tanquam perpetui Nostri in cærtis, limitatisque districtibus Vicarii, in omnibus, & singulis beneficiis, Matrimonialibus, reliquisque Ecclesiasticis causis, in prima instantia cumlativè cum Nostro Officiali, non tamen privativè, judices competentes sunt; eademque, quæ judicalem requirunt indaginem, Decani Rurales, tam de jure communi, ordinationeque statutorum Ecclesiæ Nostræ Colonienfis, quàm etiam ex antiquissima consuetudine, ad tribunal Nostri Officialis, vel Archidiaconi remittere tenentur & obligantur. Monemus verò Archidiaconos, eorumdemve Officiales, ne jurisdictione hac abutantur, sed in causis coram ipsis introductis, & introducendis solam justitiam, ejusdemque fidelissimam administrationem præ oculis habentes, debito juris ordine servato procedant, reformationi Curia Nostræ Archiepiscopalis sese conforment, & in ferendis decretis, & sententiis, relaxandive censuris non passione, odio, aut amore ducantur, aut spe lucri consequendi moveantur, verùm causas, omni humano seposito respectu, expeditè terminent; Appellatione tamen ad Nos Nostrumve Officiale semper salvâ.

Statuta Adol-
phi 3. fol. 537.

Statut. W. de
Borde fol. 55.
§. 13.

§. II. *Quales esse debeant Officiales Archidiaconales.*

DE qua fideli justitiæ administratione, ut securiores simus, mandamus Archidiaconis, ut in Officiales viros bonæ conversationis, integræ famæ, sedulos, industrios, sufficientis doctrinæ, & jurium peritos deputent, qui digni sint, ut Officio judicum fungantur, & quibus judicandi munus tutò committi possit.

Statuta Adol-
phi 3. pag.
434. §. 11.
quod passim.

§. III. *Archidiaconorum circa Synodos obligatio.*

AD Archidiaconos etiam spectat sedulo curare, ut Canonicae sanctiones, & leges Ecclesiasticæ, nec non Provincialia,

ac

Statuta sub
Card. Conrado
§. 14. Concl.
Provinc. fol.
407. c. 19. &
c. 20. per tot.

ac Dicecesana statuta executioni deman-
dentur, & ab omnibus inviolabiliter ob-
ferrentur: compareant proinde ipsimet
Archidiaconi in omnibus Dicecesanis Sy-
nodis, singulis quoque annis peculiare in
suis districtibus Synodos indicant, in qui-
bus singuli Decani Rurales, ac Parochi
regiuncularum conveniant, ut quæ com-
muniter omnes tangunt, ibidem publicen-
tur, atque observanda proponantur: cuj-
uslibet autem Synodi acta ad Nos in
forma authentica transmittantur.

§. IV. *Absentia à Parochia non facile con-
cedenda, idoneiq; Coadjutores Pastoribus
deputandi.*

Parochis facultatem absentiae diutur-
nioris à sua Parochia, sine gravissimis
causis, non concedant: & quamvis va-
cante Parochia aliquando Vicarium, quo-
usque de successore fuerit provisum, atque
etiam Pastoribus, aut Rectoribus Eccle-
siarum Curatarum minus peritis, aut ido-
neis Coadjutores, aut Vicarios, cum assi-
gnatione partis fructuum deputare possint;
non tamen alios, quam qui legitime sunt
approbati, & examinati.

CAPUT III.

§. I. *Archidiaconis jus investiendi competit.*

Statut. Wich-
bolds fol. 51. §.
1. Statuta
Provinc. Hen-
rici fol. 81. §.
12. Conc. Pro-
vinc. Colon.
part. 1. cap. 11.
in verbis Pa-
tronum tum Ec-
clesiast. & cap.
12. in Verbis
nec contenti.

Quamvis Archidiaconis competat, ut
sibi presentatos de Parochialibus
Ecclesiis investiant; ad præcavenda tamen
animarum pericula, iisdem, ac aliis ad quos
jus investiendi pertinet, seriò præcipimus,
ut diligenter in vitam, & mores præsen-
tandorum inquirent, neque quempiam
spe lucri investiant, aut pro investitura,
jura æquò majora exigant.

§. II. *Divino Officio non satisficientium re-
ditus qualiter applicandi, & quid Archi-
diaconis observandum sit.*

Statut. Synodi
sub Ferdinan-
do par. 11. §.
si Pastores.

Si Pastores, aut alii beneficiati divino
Officio non satisfaciant, redditus, juxta
ratam temporis, ad reparationem Eccle-
siae, beneficij, vel Altaris, aut ad pios usus
Archidiaconi applicent; omniaque, &
singula, quæ jura Canonica, Synodales, &
Provinciales constitutiones iisdem con-
cedunt, & permittunt, exerceant; adver-
tant tamen, ut limites sibi præscriptos
non transgrediantur, aut jurisdictionem
ipsis à Sacris Canonibus attributam, aut

à Nostri Antecessoribus, vel Nobis com-
municatam excedant, ne auctoritatem à
Nostri Antecessoribus, & Nobis ipsis
Concessam restringere, vel penitus revo-
care, & contra excedentes, & jurisdic-
tionem Nostram usurpantes, ad condignas
pœnas procedere cogamur.

§. III. *Archidiaconi ante administrazio-
nem suorum Officiorum quid præsta-
re debeant.*

Noverint Archidiaconi, & Decani,
quæ Collegiales, quæ Rurales, quòd
ne minimum quidem jurisdictionis actum
exercere, aut aliquam Civitatis, vel Dice-
cesis Nostræ Ecclesiam, locumve pium,
seu personam Ecclesiasticam visitare, cor-
rigere, seu punire possint, nisi à Nobis ap-
probati, & confirmati fuerint, & in mani-
bus Nostri professionem fidei Catholicæ,
obedientiæ, fidelitatisque juramentum
præstiterint, sub pœna suspensionis ab Ar-
chidiaconatu, beneficiis, ac Officiis Ecclie-
siasticis, aliisque arbitrariâ.

CAPUT IV.

§. I. *Munus Decanorum Ruralium.*

Decani Rurales ab iis quoque absti-
neant, quæ Archidiaconorum fa-
cultatem excedunt; ad eisdem propriè
pertinet, Capitula Pastorum, & Vice-Pa-
storum quotannis, ante Pentecosten, loco
consueto, cum Pastoribus regiuncularum
suarum celebrare, atque in illis post Mis-
sam, per eos de Spiritu Sancto decanta-
tam, Constitutiones Apostolicas, Provin-
cialia, ac Synodalia, & deinceps hæc No-
stra decreta, ac statuta; præsertim verò,
quæ Parochorum, & Curatorum vitam,
mores, ac munus tangunt, prælegere, aut
prælegenda curare, & quemlibet ad eorum
observantiam sedulò adhortari, difficulta-
tibus Pastorum piâ consolatione, & adju-
torio mederi, & si quid dissidii inter illos
ortum fuerit, benevolè sopire, quòsve
muneri suo deesse cognoscunt, Nobis,
Archidiacono loci, aut Fiscalibus deferre,
ut pro ratione defectûs opportuna in ne-
gligentes remedia decernantur.

§. II. *Capitula qualiter instituenda.*

Hæc ipsa porrò Capitula sic insti-
tuantur, ut non ad comestatio-
nem, & comotationem, sed ad tractan-
T dum

Pag. 276. §.
idem mandat.

dum de rebus Ecclesiasticis, ac Spiritu-
libus indistincta esse appareat: prandia, si
quæ fiant, non in tabernis, aut diver-
soriis publicis, sed apud Loci Pastorem,
seclusis exteris, & sæcularibus, instituan-
tur frugalia & moderata, ut neque cra-
pulæ sit locus, neque excessivis sumpti-
bus, aut scandalo: ad necessarias autem
Capitulorum hujusmodi expensas Pasto-
res, & Vice-Pastores absentes (etiamsi
legitimè fuerint excusati) æquè ac præ-
sentes concurrant, ac contribuant con-
formiter ordinationi Prædecessoris No-
stri HERMANNI IV. Archiepiscopi.

§. III. *Decani Rurales in suis Parochiis
resideant.*

Quæ de Sacri Chriftmatis, sancto-
rumque oleorum deportatione, di-
stributione, & conservatione ordinata
sunt, ea à Decanis Ruralibus volumus
quàm exactissimè observari: Et cum
Decanorum Ruralium quoad curam ani-
marum eadem sit, & potior quidem, con-
ditio, quæ Pastorum, utpotè qui non so-
lùm sæcularium sibi commissorum, sed
etiam Parochorum sui districtus, censentur
esse Pastores & Curati; idè ipsi con-
tinuè in suis Pastoratibus, vel saltem, exi-
gente id ratione muneris, intra Deca-
natuum suorum limites residere persona-
liter debent, sub pœna tum privationis
Officii Decanalis, tum alia graviori arbi-
trio Nostro infligenda.

§. IV. *Periculosè laborantes invisant.*

Ordinamus pariter, ut de singulo-
rum sibi creditorum salute solliciti,
sicuti aliquem è suæ regiuncula, seu
Decanatus Pastoribus, Sacerdotibus, aut
beneficiatis periculosè laborare intellexe-
rint, ad eum sine mora se conferant, mo-
neantque, ut salutem suam consulens, ad Sa-
cramenta Ecclesiæ recipienda se dispo-
nat; dein adhortentur, ut testamentum
legitimè condat, si id non fecerit prius, at-
que ad felicem, salutaremque ex hac vita
egressum, piis ad Deum suspiriis, ac ora-
tionibus, se componat.

§. V. *Quid post mortem Parochorum à Deca-
nis Ruralibus præstandum sit.*

Quod si Parochum quempiam, aut
Curatum decedere contigerit, cuius-
vis etiam Ordinis, aut Instituti Regula-

ris sit, curent mox omnium ab ipso reli-
ctorum indicem, seu inventarium confici,
ut invasionibus, & expilationibus non
fiant obnoxia, atque ex iis possit, tum piis
Legatis, tum Creditoribus aliis, ipsique
Ecclesiæ Parochiali, fabricæ, aut mensæ
pauperum satisfieri. Quidquid ad Paro-
chiam ipsam, Ecclesiam, fabricam, aut
Archivium pertinens, inventum fuerit, se-
paretur, & suis quæque locis, aut personis
consignentur. Denique & curam gerant
Decani Rurales, ut coram Sigillifero No-
stro majori testamenta defunctorum Pa-
storum, Vice-Pastorum, & beneficia in
Ecclesiis Parochialibus habentium, &
hæreditatum per eos relictarum, com-
putus, & rationes per Executores exhi-
beantur.

C A P U T V.

§. I. *Advigilandum ne quispiam ad curam
animarum se intrudat non examinatus,
& legitimè approbatus.*

Summo studio advigilent, tam Archi-
diaconi, quàm Decani Rurales, ne
quis Sacerdos sæcularis, aut regularis,
etiam quomodolibet exemptus, in bene-
ficio aliquod Parochiale, seu Curatum,
vel exercitium curæ animarum, quocun-
que etiam colore, vel titulo sese intrudat,
absque prævio examine, & legitima appro-
batione: aliter autem, & sine examine, &
legitima approbatione admissi, instituti,
aut investiti, noverint se à Pastoralis cura,
quam non legitimè subierunt, ipso facto
suspensos esse, & si quos eo nomine fru-
ctus perceperint, restituendos Ecclesiæ, à
qua provenerunt; utque re ipsam restituant,
authoritate Nostrâ, adhibito etiam, si opus
fuerit, brachio sæculari compellendos, aliâ-
que insuper pœnâ, pro culpæ modo, pu-
niendos esse.

§. II. *Absque examine, approbatione, licen-
tia, & institutione se ingerentes
denuntientur.*

Quod si quis eò temeritatis processerit,
ut sine omni prorsus examine, appro-
batione, licentia, institutione, ac titulo in
curam animarum se ingesserit, Nobis, aut
Officiali Nostro denuntietur, ut tanquam
indignus privilegiis Clericalis Ordinis,
sæculari Magistratui puniendus tradatur.
Eadem quoque curâ advertant Decani
Rurales, ne quis vagus, aut peregrinus,
vel

vel alias ignotus Clericus, aut Sacerdos, etiam Regularis, absque literis testimonialibus sui Ordinis à Nobis visis, & probatis, vel sine Nostra licentia, ad divina celebranda, vel administranda Sacramenta, aut ad prædicandum Dei Verbum admittatur, & ut Pastores ac Vice-Pastores ejusmodi literas, ac licentiam ante admissionem exigant.

CAPUT VI.

§. I. *Otium vel maximè Vitandum.*

UM otium non sit aliud nisi hominis vivi sepultura, & vitiorum plurimorum Lerna, Decani Rurales opportunè, & importunè singulos regiunculæ suæ Pastores, & reliquos Ecclesiasticos moneant, ut illud devitent, & execrentur; singulis, vel saltem alternis diebus Missam celebrent, singulis item Dominicis, & Festis vesperas decantent, sedulo se etiam studiis, lectioni Sacræ paginæ, piorumque librorum applicent.

§. II. *In Visitatione quid Decani Rurales inquirere debeant.*

UT autem Decani Rurales cujusque Pastoris, & Vice-Pastoris vitam, mores, genium, & occupationes melius cognoscant, ab iis, dum visitant, serio rationem distributionis temporis exigant, inquirantque quibus se studiis occupent, an, & quos libros spirituales legant, an singulis diebus, aut quoties in septimana, an ex obligatione, aut pietate celebrent, an singulis diebus aliquid temporis

Orationi mentali, quâ velut cælesti cibo spiritus reficitur, impendant, an conscientiam suam quotidie statuto tempore examinent.

§. III. *Valetudinariis exercitiis præscribuntur.*

Scubi verò aliquos invenerint, quorum corporis constitutio non permittit, ut continuo studiis vacent, adhortentur illos, ut sæpius Parochias suas obeant, sanos, & ægros, etiam non vocati, piis discursibus foveant, obvios pueros circa res catecheticas examinent, & ignorantibus instruunt,

§. IV. *Decani Rurales de Pastorum sui districtus salute specialem curam habeant.*

Denique, Decani Rurales de Pastorum, & Vice-Pastorum sui districtus salute, ac profectu Spirituali solliciti, diligenter eorum vitæ, morum, & doctrinæ curam gerant; idcirco præter visitationes ordinarias, datâ occasione sæpius etiam per annum Parochias sui districtus inspiciant, & præcipuè indagent, an Pastores, seu Vice-Pastores apud oves suas resideant, piè, laudatèque vivant, suo, ut decet, fungantur munere; præsertim Dominicis, & Festis diebus Sacrum canant, concionentur, Catechesi juventutem imbuant, & Ecclesiastica Sacramenta, quacunque diei, ac noctis horâ requirantur, piè, promptèque administrent.

TITULUS VI.

De Pastoribus & Vice-Pastoribus.

CAPUT I.

§. I. *Pastores quales esse debeant.*

Diligenter Nobis est providendum, ut Pastores & Vice Pastores hoc esse inveniatur, quod dicuntur, & omnes, quotquot in hac nostra Diœcesi tam ruri, quàm in urbibus hoc nomine censentur, idonei

sint, quibus cura animarum tuto credatur, & ipsi *forma facti gregis*, non ad solam speciem externam; sed magnâ animi scdultate ac sollicitudine eundem non minùs honestæ, probæque vitæ exemplo, quàm pabulo sanæ doctrinæ pascant.

1. Pet. c. v. 5.
Trid. sess. 23.
de Refor. c. 2.

§. II. *Vacantibus Parochialibus indilate providendum.*

Vacantibus igitur Ecclesiis Parochialibus volumus, ut, quam fieri potest, citissime de idoneis Pastoribus provideatur, illique mox instituantur: cumque ex dilata, vel suspensa parochialis Ecclesiae collatione, provisione, seu praesentatione, & institutione salus populi periclitetur; quaecunque in Concilio Tridentini decretis, & P I I V. Constitutionibus statuta, decreta, & ordinata sunt, observari volumus, declarantes omnes, & singulos, quibus jus conferendi, providendi, praesentandi, & instituendi competit, ad collationem, provisionem, praesentationem, & institutionem, intra tempus ibidem praefixum faciendam, teneri & obligatos esse.

§. II. *Designatio reddituum beneficii Decano Rurali tradenda.*

Quaecunque, & qualiacunque beneficia curata, & non curata in Ecclesiis parochialibus obtinentes, qui plenam, atque perfectam omnium fructuum, & reddituum designationem intra decem annos ultimò elapsos, Archidiacono, vel Decano suo Rurali non tradiderunt, intra sex menses proximos id sub poena arbitraria, pro modo negligentiae infligenda, praesentent. In quem finem Aediles, Magistri Fabricarum Ecclesiarum, Provisores Mensarum pauperum, & bonorum Ecclesiae parochialis administrationem habentes, copiam authenticam suis Pastoribus, aut Vice-Pastoribus communicent.

§. III. *Sacellani ad curam animarum approbandi.*

Cum non solum Pastoribus, & Vice-Pastoribus, sed etiam eorum Sacellanis, aliisque in Pastoralis munere adiutoribus, ob populi frequentiam, vel Parochiae latitudinem vel aliam legitimam causam, in subsidium ad functiones Pastorales exercendas assumptis, cura animarum incumbat; nullus Pastorum, seu Vice-Pastorum Civitatis, seu Diocesis Nostrae cujusquam Sacellani, Capellani, vel adiutoris operam in Pastoralis sua functione, vel ad confessiones Sacramentales, brevissimo etiam tempore, excipiendas, utatur, qui praeter testimoniales legitimae ordina-

tionis suae literas, scripto non docuerit, se sufficienti examine, pro tanto munere rite obeundo, repertum fuisse idoneum.

C A P U T II.

§. I. *Pastores ab ovibus suis non debent abesse.*

Curati, & Vice-Curati, omnes quae *Trid. sess. 21. de Ref. c. 1.* alii, quibus animarum cura commissa est, non possunt, neque debent oves suas, etiam metu periculi, vel pestis, deferere, vel aliorum negotiorum causam aliò discedere, nisi Christiana Charitas, urgens necessitas, debita obedientia, aut evidens Ecclesiae utilitas eos abesse postulaverint.

§. II. *Nisi ex justa causa.*

Quod si justa de causa abesse debeant à sua Parochia, ultra tres, quatuorve dies feriatos non absint; quod tempus si prorogandum sit, à Decano Rurali licentiam flagitent, quam illi non nisi ad duas, vel tres hebdomadas extendant; diuturniorem verò à Nobis postulare, & scripto obtinere teneantur; ac tum quidem, & quandocunque, & quamdiu ipsos abesse contigerit, alteri Sacerdoti auctoritate Nostrae ad hoc approbato, curam ovium suarum, cum debita mercedis, aut fructuum portionis assignatione fideliter committant; idque sub poenis privationis omnium fructuum, & emolumentorum, aliisque gravioribus, tam ex Tridentini Concilii praescripto, quam arbitrio Nostrò infligendis.

§. III. *Non tamen ultra bimestre, nec diebus hic expressis*

Volumus insuper, ut Curatis, & Vice-Curatis juxta ejusdem Concilii decretum singulis annis ultra bimestre, sive continuum, sive interruptum abesse non indulgeatur; neque diebus solemnibus, *Nativitatis, & resurrectionis Dominicae, Pentecostes, Corporis Christi, Dedicacionis, & Patronorum Ecclesiae*: Dominicis item *Adventus & Quadragesima*, quando maximè oves refici, & Pastoris praesentiam in Domino gaudere debent, concedatur.

§. IV. *Pœna se. us. facientium.*

Si verò quis ultra bimestre abfuerit, noverit, se peccati reatum incurrisse, & pro rata

Sess. 24. de Reform. c. 18. Sess. 25. de Reform. c. 9. constit. cit. §. 5. & 7.

Loc. 1. cit.

Loc. cit.

rata temporis absentia fructus non facere suos, nec tutam conscientiam (alia etiam declaratione non securam) posse retinere; sed Fabricam Ecclesiam, aut pauperibus loci erogare teneri, nisi ex gravi causa, per Nos cognita, & probata diutius emanandi licentiam in scripto sese obtinuisse ostendat.

s. V. *Quae etiam ad Sacellanos extenditur.*

Eodem decreto Capellanos, & Sacellanos, qui Pastores, seu Vice-Pastores in suis functionibus adjuvant, comprehendendi, eosque nec ad unum diem, nisi Pastore, seu Vice-Pastore praemonito, & consentiente, abesse volumus.

s. VI. *Cautela in pestiferorum Confessionibus audiendis adhibenda.*

Pastor, Vice-Pastor, seu quivis alius Sacerdos auctoritate Nostra approbatus, peste, vel alio contagioso morbo laborantium confessiones auditurus, ante omnia, si fieri possit, provideat, ut in loco patenti, & aere non infecto sit constitutus: adeoque infirmi, si absque gravi eorundem incommodo fieri queat, vel cubiculum, aut domum ad confitendum egrediantur, vel saltem ad fenestram, Parocho foris expectante, sese deferri procurent; proderit etiam pestis tempore, pro concione monere fideles, ut qui sani sunt, ad sacram Confessionem in Ecclesia peragendam mature accedant.

s. VII. *Pastoribus aliud se recipere coactis quid faciendum.*

Tnd. cit. 6.

Si metu persecutionis adacti Pastores, & Vice-Pastores gregem suum deserere, & aliud migrare cogantur, id absque Nostro, vel Superiorum consensu, & loci, quo sese recipiant, specificatione, non fiat, neque eo eventu minorem Ecclesiasticae, quam propriae suppellectilis curam gerant.

s. VIII. *Officium Pastorum.*

Prae caeteris verò curent Parochi, Vice-Parochi & alii, quibus animarum cura incumbit, domui suae bene praesse, ita, ut non tantum ipsi, sed & eorum familiae à vitæ, morumque integritate commendentur; scientes quod *hominum ducatum*

S. Greg. 34. moral. cap. 30.

non debeat suscipere, qui nescit homines bene vivendo praese, ne qui ad hoc eligitur, ut aliorum culpas corrigat, quod refecare debuit, ipse committat: proinde munere suo rite fungentur, si oves suas agnoscant, pro iis incruentum Missae Sacrificium Deo offerant, verbi divini pabulo, Sacramentorum administratione, omnium bonorum operum exemplo easdem pascant, pro ipsarum salute, cum opus est, animam suam ponere parati.

s. IX. *Aegros sedulo invisant.*

Aegros diligenter invisant, nec, donec vocentur, expectent; sed ultrò accurrentes eosdem consolentur, ad patientiam hortentur, & ad Sacramenta administranda, proposita eorum utilitate, ac necessitate sese paratos offerant, & in unoquoque realis perceptionis desiderium salutarum admonitione excitent; denique omnibus omnia facti, pauperum, viduarum, pupillorum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerant, easque crebro visitent, ac temporalis, spiritualique solatio sublevent.

s. X. *Dissidia componant, ac rudes instruant.*

Inimicitias, aut rixas, si quas inter parochianos, praecipue Coniuges, intercedere cognoverint, omni ratione, ac studio, ne immortales fiant, componere ac sedare nitantur, rudes in fide catechisi imbuant, & caetera Pastoralia munia diligentissime peragant: scientes quod juxta veridica Prophetarum oracula, à severissimo omnium iudice Deo, pereuntium animarum sanguis de manu Sacerdotum sit requirendus. Quis enim ignorat excellentiam animae vel unius, pro qua sanguinem suum profudit Dei Filius? & tamen eheu! quot animarum millia, Sacerdotum, Curatorum, seu Vice-Curatorum pereunt incuria.

Ezech. 3. v. 18.

C A P U T III.

s. I. *Pastores pro infirmorum visitatione, & Sacramentorum administratione nihil exigant.*

Multis in locis corruptelam quandam inolevisse experientia Nos docuit, dum Pastores, seu Vice-Pastores ad visitandos aegros evocati, stipendium efflagitare

efflagitare soleant, cumque non pauci, dum malè habent, eosdem accersere ve-reantur; idcirco Pastoribus, aliisque ani-marum Curatoribus, ut ob infirmorum visitationem, viatici, aut extremæ unctio-nis administrationem nihil omnino exi-gant, severè mandamus.

s. II. *Hoc decretum aliquoties in anno pu-blicent.*

Proinde Pastores, & Vice-Pastores hoc Nostrum decretum, simul atque ad illorum pervenerit notitiam, fidelibus aliquoties in anno è suggestu promulgent. Archidiaconi dum vilitant, stipendium exigere deprehensos puniant; Decani verò Rurales eosdem Nobis, aut Officiali Nostro puniendos denuntient.

s. III. *Fructus Sacrificii populo à Pastoribus quando applicandus.*

Pastores, & Vice-Pastores, aut eorum Vicarii summum Sacrum Dominicis, & Festis diebus in Ecclesia decantandum, populi tum spirituali, tum corporali saluti potissimum applicent; quos etiam singulis, vel alternis non Festivis diebus, pro sua sibi que commissorum salute, divinum Missæ Sacrificium immolare, atque ad hoc ab Archidiaconis, & Decanis Ruralibus excitari optamus, ut indies sibi, con-creditoque gregi in spiritualibus, & tem-poralibus favorem cœlestem cumulent au-ctiorem; nam Authore B. BONAVENTURA:

*De preparat.
ad Miss. c. 3.*

Sacerdos legitime non impeditus ex negligencia celebrare omittens: tunc, quantum in se est, privat SS. Trinitatem laude & gloria, Angelos letitia, peccatores venia, justos subsidio, & gratia, in purgatorio existentes refrigerio, Ecclesiam Christi spirituali beneficio, seipsum medicina, & remedio contra quotidiana peccata, & infirmitates.

C A P U T I V.

s. I. *Sacra pro defunctis suis fratribus à Pastoribus merito celebranda*

Fraterna postulat charitas, ut quos in vita laborum habuimus socios & partici-pes, post mortem Christianæ pietatis officio prosequamur: idcirco omnes Pa-stores, & Vice Pastores hortamur, ut mor-tuo Pastore, seu Vice-Pastore, reliqui ejusdem Decanatus Ruralis, seu districtus quamprimùm ipsi de obitu constiterit,

sanctissimo Missæ Sacrificio animæ ejus-dem subveniant.

s. II. *Idem à Decanis Ruralibus præstan-dum.*

Decano autem Rurali mortuo præ-ter Pastores, & Vice-Pastores ipsius Decanatus, etiam cæteri Decani Rurales parentare teneantur.

s. III. *Publica vitia à Pastoribus denun-tianda.*

Parochi, & Vice-Parochi omnia, & singula publica scelera, vel crimina, notoriosque populi, vel Cleri excessus, potissimum verò si Clericus, vel Ludimode-rator aliquod delictum correctione di-gnum committat, vel Laicus fidem, & religionem Catholicam, & Ecclesiæ sta-tuta notoriè violet, & saltem semel in anno, in Festo Palchatis, proprio Sacer-doti non confiteatur, & juxta ritum Ca-tholicæ Ecclesiæ Sacramentum Eucharis-tiæ ab eo non percipiat, Ecclesiam suam parochialem debitis temporibus non fre-quentet, ab Apostatis aliisque scetariis Sacramenta percipiat, clandestinum, aliàs-ve illicitum matrimonium contrahat, aut ab alio quàm suæ Parochiæ Pastore, aut Sacellano, sine præcedentibus tribus pro-clamationibus, debito tempore in facie Ecclesiæ solemnizari faciat: vel adulter, aut concubinarius, aut usurarius manife-stus, vel reatu perjurii irretitus, vel Sa-cramentorum, & Ecclesiasticarum censu-rarum contemptor sit, & in incestu, hæ-resi, blasphemia, sacrilegio, effractionibus, & violationibus Ecclesiarum, cœmeterio-rum, & immunitatum, delictisque simi-libus perseveret, vivâ voce, vel in scriptis, si non palam, saltem occultè, & secretè, Officiali, vel Sigillifero, vel Fiscalibus Nostri, sine ulla dissimulatione, vel con-iventia referant, & significent.

*Reform. ju-
risd. Colon.
pag. 7. s. ut
que crimina
& excessus*

s. IV. *Scabini Synodales in Parochiis eligendi.*

Idcirco studiosè curent, ut in suis Pa-rochiis Scabini Synodales, viri probè Catholici, honestissimi, & integerrimi eligantur, qui cum prædictis vitiis & cri-minibus indagandis, tum etiam in red-dendis Fabricæ Ecclesiæ, Mensæ paupe-rum, & Sodalitatum rationibus adhibean-tur.

s. V.

s. V. *Ad Parochias recens commigrantium
vita exploranda.*

AB omnibus quoque, & singulis ad suas Parochias commigrantibus, quorum vitam, & fidem aliunde cognitam non habuerint, exigant ea de re literas testimoniales ultimi ipsorum Pastoris, seu Vice-Pastoris, quæ si non exhibeantur, Superioribus idiptum insinuent, ut ad eas procurandas compellantur.

C A P U T V.

s. I. *Opera servilia Ecclesiasticis interdicta.*

Dolenter intelleximus, nonnullos Ecclesiasticos, & Pastores adeò sui subindè esse oblitos, ut veste etiam Clericali exutà, per agros discurrere, currus fimo onerare, vehere, agriculturam exercere, & id genus aliis servilibus operibus, avaritiæ, aut quæstus gratiâ vacare; quin & intra domesticos parietes tam viliter sese gerere non erubescant, ut secularibus, & aliis sint offendiculo: quibus præcipimus, ut gravitatis, quæ Sacerdotes decet, memores, ab his omnibus sub pœna suspensionis ab Officio, & beneficio, aliâque graviore arbitrariâ sibi temperent; non tamen prohibere intendimus, quò minùs debito tempore, & loco, honestâ corporis exercitatione otium devitent.

s. II. *Sicut & ludus alearum.*

*C. Clerici 15.
de vit. & honest.
Cleric.*

Sacerdotes, maximè quibus animarum cura incumbit, memores sacrorum Canonum, ad aleas, & taxillos non ludant, nec hujusmodi, aut aliis vetitis ludis interfint, sed tempus illud pro colloquio potiùs, & lectione sacrorum librorum, atque historiarum transigant.

C A P U T VI.

s. I. *Parochias per Regulares administrari non conducit.*

Quamvis Monachi, & Regulares Canonici Parochias, easque potissimum, quæ Monasteriis suis annexæ sint, administrare possint, quia tamen multi Superiores experienciâ cognoverunt, ad Regularis vitæ institutum parùm condu-

cere, ut professos extra Monasterium suum in Parochiis sinant commorari;

s. II. *Sed per idoneos, & approbatos seculares Sacerdotes.*

Hinc & Nos expedire judicamus, ut parochialia, aliaque curata beneficia Civitatis, & Diœcesis Nostræ, tam Metropolitanæ, seu Collegiatis, seu aliis Ecclesiis, seu dignitatibus, vel Monasteriis, seu Collegiis, aut piis locis quibuscunque perpetuò unita, & incorporata, quàm non unita, & incorporata deinceps per idoneos autoritate Nostrâ approbatos seculares Sacerdotes, non verò Regulares regantur; exceptis tamen iis, qui specialibus privilegiis sunt muniti: Monachi verò, & quicumque alii Regulares, etiam Canonici, si ad seculares Ecclesias parochiales suo Monasterio non unitas promoti sint, inde autoritate Nostrâ removeantur, & ad suum Monasterium remittantur; nec faciliè ulli Religiosi extra Monasteria sua in Parochiis habitare permittantur; ne hac ratione ipsa idoneis personis destituantur, ambitioni porta aperiatur, illisque proprietatis, otii, mollioris ac dissolutioris vitæ anfa præbeatur.

s. III. *Regularis beneficium Curatum obtinens, socium secum habeat sui Ordinis, & habitum, ac coronam gerat regularem.*

Quod si Canonicus Regularis, vel alius cujuscunque Ordinis Religiosus alicui parochiali Ecclesiæ seu Curato beneficio seculari, causâ necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ, seu curæ animarum, & idoneorum Sacerdotum secularium penuriâ id exigente, deque consensu sui Superioris, præviâ Nostrâ examinatione, & approbatione sit præficiendus, is adjunctum sibi socium Regularem habeat; melius enim est duos esse simul, quàm unum; habent enim emolumentum societatis suæ: si unus ceciderit, ab altero fulciatur, v. e. soli: quia cum ceciderit, non habet sublevantem se: nec non Ordinis sui habitum, & coronam regularem retineat: idemque non nisi ad tempus, & arbitrio Nostro amovendus, & ad Monasterium suum remittendus, curam animarum istiusmodi parochialis Ecclesiæ, seu Curati beneficii sæcularis administrat.

*Ecclef. 4.
vers. 10.*

s. IV.

§. IV. *Quid Pastores, antequam Regulares concionari aut Mendicantes eleemosynas colligere permittant, observare debeant.*

Insuper nullus Pastorum, seu Vice-Pastorum Regularem quemcunque, cujuscunque Ordinis, vel instituti fuerit, ad catechesin tradendam, concionandum, Sacramentales confessiones audiendum, aut stationes obeundum, nisi obedientiae literas à suo Superiore obtentas, ac testimoniales suae admissionis, & approbationis ad simile munus exequendum autoritate Nostrâ munitas, ostenderit, admittere audeat, vel ullam inusitatam stationem, à quocunque terminario usurpari, vel solitam ad tempus desereri permittat. Si quis verò Mendicantium, dum extra Monasterium suum eleemosynas colligit, scandalo, vel offenculo fuerit, is Nobis denuntietur. Ad tollendum autem omnes abusus, & confusiones, quilibet Pastor aut Vice-Pastor communicatione cum loci Magistratu, Aedituis,

Magistris Fabricae Ecclesiae, Provisoribus Mensae pauperum, Primoribus, ac Senioribus Parochiae praevia, numerum, & dies stationum describi curet, descriptionemque servatâ illius copiâ Nobis transmittat.

§. V. *Sedilia locis incongruis collocata amoveantur.*

Nobilium, vel aliorum sedilia in Ecclesiis, praesertim Parochialibus, prope Altare, seu in presbyterio collocata, non parvam causant deformitatem, & crebris jurgiis litibusque occasionem praebent: Quare omnibus, ac singulis Civitatis, & Diocesis Nostrae Pastoribus, Vice-Pastoribus, Aedilibus, Provisoribus, & aliis Parochialium Ecclesiarum Praefectis, ac Ministris mandamus, ne in posterum Nobis inconsultis, in Ecclesiis sedilia, multoque minùs in choro earundem collocari permittant; imò si quae fortè incongruis locis haecenus in Ecclesiis posita fuerunt, amoveri faciant.

TITULUS VII.

De congrua Pastorum sustentatione, Ecclesiarumque, & Aedium parochialium tum reparatione, tum aedificatione.

CAPUT I.

§. I. *Modus subveniendi Parochiis tenuioribus.*

Sess. 4. de Reformat. c. 13.

Sacro-sancta Tridentina Synodus victum, ac vestitum, necessariamque sustentationem Pastoribus, & Vice-Pastoribus non desesse exoptans, iis hoc decreto providit: In parochialibus Ecclesiis, quarum fructus adeò exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus, si per beneficiorum unionem, non tamen Regularium, id fieri non possit, ut primitiarum, vel decimarum assignatione, aut per parochianorum Symbola, ac collectas, aut quâ commodiori ei videbitur ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, ac Parochiae necessitate decenter sufficiat.

§. II. *Assignatur tertia pars fructuum.*

Nec non ut beneficia Ecclesiastica curata, quae Cathedralibus, Collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel Monasteriis, beneficiis, seu Collegiis, aut piis locis quibuscunque perpetuo unita, & annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum, annis singulis visitentur: qui sollicitè providere procurent, ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinariis pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiae partis fructuum, aut majori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum, portione etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur; appellationibus, privilegiis, exemptionibus, etiam cum judicum deputacione, & illorum inhibitionibus quibuscunque in praemis minimè suffragantibus.

§. III.

§. III. *Congrua portio à Pio V. determinata.*

Pæterea ut certiùs constaret, quid, & quantum Pastoribus, seu Vice-Pastoribus, seu perpetuis Vicariis Parochialium Ecclesiarum, quæ Cathedralibus, aliisve Ecclesiis, Abbatiis, dignitatibus, mensis Capitularibus, vel quibuscunque Monasteriis, Collegiis, beneficiis, aliisve locis piis perpetuò annexa sunt, aut ab iis dependent, & vicariâ operâ; Sacerdotum sæcularium, vel Regularium regi, & administrari consueverunt, pro portione annua sit assignandum, Pius V. sancivit, eam non debere esse majorem centum, nec minorem quinquaginta scutorum annuorum summâ, computatis omnibus, etiam incertis, emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi solitis, nisi Vicariis plus, sive in quantitate, aut quoto fructuum, pecuniaque numerata, fundo, seu alia re stabili assignari solitum fuisset.

Tom. 2. Bul-
lari, const. 17.

§. IV. *Predicta portio ad censum Imperiales declaratur.*

Quoniam verò à tempore editæ hujus Pianæ constitutionis monetæ valor plurimùm fuit immutatus, annonæ, victus, & rerum ad usum quotidianum necessariorum pretium valdè crevit; hinc summam quinquaginta scutorum, quâ non minorem Pius Papa V. Parochis, Vice-Parochis, aut Vicariis perpetuis, & in cura animarum adiutoribus pro portione congrua voluit assignari, in Civitate, & Dicecesi Nostra Colonienfi ad centum daleros Imperiales declaramus, & extendimus, nisi Parochiæ magnitudo, Nostro, Nostrive in spiritualibus Vicarii judicio majorem summam exigeret.

§. V. *Quibus incumbat idoneos Vicarios in Ecclesijs Parochialibus constituere.*

Quod si Prælati, aliive inferiores, quorum Monasteriis, Collegiis, vel Prælaturis Ecclesiæ Parochiales annexæ sunt, idoneos ad curam animarum gerendam Vicarios intra legitimum tempus non constituerint, Nos illorum defectum suppletes, autoritate Nobis à Concilio Tridentino attributâ, de idoneorum Vicariorum nominatione, & congruentis

portionis fructuum assignatione providebimus; ne animarum cura negligatur, vel beneficia ipsa Ecclesiastica debitis defraudentur obsequiis; appellationibus, privilegiis, exemptionibus quibuscunque, etiam cum judicum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmissis nemini suffragantibus.

§. VI. *Beneficia curata non uniantur.*

UT debitæ Parochorum, & Vice-Parochorum sustentationi meliùs imposterùm prospectum sit, Concilium Tridentinum statuit: *Ut in unionibus quibuslibet, seu ex supradictis, seu aliis causis faciendis, Ecclesiæ Parochiales Monasteriis quibuscunque, aut Abbatiis, seu dignitatibus, sive præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiæ, sive aliis beneficiis simplicibus, aut Hospitalibus, Militiisve non uniantur, & quæ unitæ sunt, revideantur ab Ordinariis.*

Seff. 24. de
Reform. c. 13.
§. in Unionibus.

C A P U T II.

§. I. *Ecclesiarum reparatio commendatur Pastoribus.*

Pastores, & Vice-Pastores diligenter etiam curent, ut Parochiales Ecclesiæ, per deputatos Fabricæ Magistros, factæ tectæ conserventur: si quæ verò bellorum, aut temporum injuriâ, sint dirutæ, vel collapsæ, quantocyùs, ne populus ad alienas Parochias, majore sui incommodò, confugere cogatur, restarentur.

Trid. seff. 7. de
Ref. c. 8. seff.
21. de Refor.
cap. 7.

§. II. *Unde illa præstanda.*

UT reparationi, & reedificationi Ecclesiarum promptiùs consulere, in primæva bonorum Ecclesiasticorum divisione, una portio fabricæ earundem fuit assignata: quæ si deficiat, aut impensis reparationis impar sit, decimas percipientes necessaria subministrare obligantur: æquum enim est, ut lucro gaudentes, onus ei annexum etiam sùbeant. Quæ si non sufficiant, sacri decrevère Canones, ut ejusdem Ecclesiæ beneficiati, pro rata reddituum, deductis ad victum, & vestitum decentem requisitis, contribuant, & demùm ad collectas Parochianorum recurratur.

C. 1. & C. de
his de Ecclef.
edificat. Trid.
c. 7. cit.

§. III. *Ad quem spectet reparatio navis Ecclesie, turris & Chori.*

Verum longissimo usu receptum, & in plerisque Diocesis Nostræ locis observatum est, ut qui decimas majores percipit ad Ecclesiæ Parochialis navim, loci communitas ad turrim cum omnibus & singulis ipsius Ecclesiæ appendicibus, Pastor ad Chorum conservandum, & reparandum teneantur, quam consuetudinem, uti laudabilem præcipimus observari.

C A P U T III.

§. I. *Pastores in domo Ecclesie proxima habitent.*

Pastores, aliique Curati, quo muneris sui partibus ritè, prout tenentur, satisfaciant, ad residendum apud oves suas iure divino obligantur; cum præcepto divino *mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his Sacrificium offerre, verbiq; divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum, altarumq; miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia pastoralia incumbere, quæ omnia nequaquã ab eis præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assilunt, sed mercenariorum more deserunt*: Idcirco non solum intra Parochiæ suæ limites habitent, verum etiam, quantum commode fieri poterit, domos Pastorales Ecclesiæ proximas habeant, & in iis pernoctent.

§. II. *Si domus Pastoralis desit, talem conducant.*

Quod si domus Pastoralis non extet, domum aliam honestam conducant, aut si familiam non alant, habitationem Ecclesiæ Parochiali vicinam, minimè verò diversorium publicum, aut suspectæ familiæ domicilium eligant; interim cum suis Parochianis de modo, & ratione domus Pastoralis quantocyùs ædificandæ deliberent; pro singulorum siquidem Parochianorum animarum salute, vel maximè necessarium est, habere Parochum

suum, seu Vice-Parochum noctu, & interdum in Parochia assiduè residentem, & præsentem.

§. III. *Domus Pastorum annuè visitentur, ut reparentur.*

Cum plerumque Parochiani in ædificandis ædibus Pastoralibus reddantur difficiliiores, ex quo Curati, seu Vice-Curati conservationem dictarum ædium, cum gravi damno neglexerint & negligent: Idcirco deinceps (postquam per Parochianos debitè fuerint reparatæ, vel ædificatæ) sub æstimatione, à juratis Scabinis Synodalibus faciendâ, Pastori, vel Vice-Pastori tradantur, quam hæredes sub obligatione omnium bonorum præstare tenebuntur; præcipimus insuper, ut Archidiaconi, & Decani Rurales ædes Pastorales sæpius visitent, in iisdem restauranda autoritate Nostrâ reparari jubeant, inobedientesque Nobis denuntient, ut ex eorundem redditibus necessariæ reparationis impensæ desumantur, & contumaces præteritæ negligentæ etiam pœnas luant: si verò ad restorationem obligati Pastores, vel Vice-Pastores, eâ non factâ ex hac vita migrarint, vel beneficiis suis renunciarint, mobilia tamdiu detineantur, ne quidpiam ex hæreditate, sive hæredibus, sive legatariis extradatur, donec expensæ ad reparationem requisitæ subministratæ fuerint.

§. IV. *Pastor instituendus indicem bonorum mobilium domus Pastoralis, & ornamentorum Ecclesie, cui exhibere debeat.*

Nullus porrò Pastorum, seu Vice-Pastorum in Pastoratu suo instituatur, qui non bonorum mobilium in domo Pastoralis inventorum, similiter calicum, vestimentorum, ornamentorum, librorum, & quorumcunque instrumentorum, & suppellectilium Ecclesiasticarum indicem, cum designatione omnium in ædibus Pastoralibus destructorum, dirutorum, aut deperditorum sese intra semestre Nobis, aut Vicario Nostro in spiritualibus Generali, vel Archidiacono loci, aut Decano suo Rurali exhibiturum non sponderit, sub viginti quinque florenorum aureorum pœna secus facientibus infligendâ.

TITULUS

Concil. Trid.
sess. 23. de
Ref. c. 1.

TITULUS VIII.

De Regularibus, quà viris, quà fœminis.

CAPUT I.

s. I. Promiscua Novitiorum receptio Religioni noxia.

Collapsæ Regularis disciplinæ restitutioni illud imprimis magnum affert impedimentum, quòd in quibusdam Monasteriis, iis præsertim, quæ majori indigent reformatione, Religionis candidati sine delectu recipiantur: unde fit, ut quamvis Pontifices Maximi variis constitutionibus malè affectas radices evellere studeant, infructuosa tamen recens profitentium germina magis succrescant.

s. II. Huic malo occurrit CLEMENS VIII.

Propterea Regulares omnes, ad primævum suæ Religionis institutum revocaturus CLEMENS Papa VIII. præclara de receptione, & institutione Novitiorum decreta publicavit.

Tom. 2. Bullarum, const. 83.

CAPUT II.

s. I. Saluberrima decreta præscribuntur.

Cum ad Regularem, inquit, disciplinam in singulis Religiosorum Monasteriis propagandam, Novitiorum institutio maxime utilis sit ac necessaria, & nihil ad gravem illam, ac laudatissimam priscorum Patrum vivendi rationem relaxandam, majorem vim habuisse compertum sit, quàm, vel nimiam in recipiendis Novitiis facilitatem supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent, vel negligentiam in probando, & examinando eorum spiritu, an verè esset ex Deo, atque ex præcipuo desiderio illi inserviendi, vel denique incuriam in eis educandis, atque instituendis.

s. II. Circa receptionem, & educationem Novitiorum.

Idcirco ut hujusmodi incommodo deinceps occurratur, præcipitur omnibus, & singulis, ad quos spectat, ut in recipiendis Novitiis,

& in eorum institutione, atque educatione, nec non in Magistris, & aliorum Ministrorum electione, præter alia, quæ in sacris Canonibus, ac decretis, præsertim Concilii Tridentini, Pontificiis, & cuscuscunq; Ordinis, aut instituti constitutionibus continentur, tam in aliis designatis, quàm nunc, & in posterum ad hoc designandis Monasteriis, & Conventibus, hæc quæ sequuntur, inviolatè observari, & exequi perpetuò curent.

s. III. Circa eorundem examen.

Primum; quod attinet ad Novitiorum recipiendorum formam, ultra diligentem perquisitionem, quæ habenda erit de uniuscujusque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita antea facta, ac præcipuè eorum, qui sextum decimum ætatis suæ annum excedent, an criminosi, an ære alieno gravati, vel reddendæ alicujus administrationis rationi obnoxii sint, juxta formam constitutionis fel. rec. SIXTI V. & moderationem subsecutorum: illud etiam Superiores ad quos spectabit, sedulo perquirant, ut quibus in Monasteriis, & Conventibus ex Apostolica facultate Novitiatus fuerint instituti, in iis ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui & ex honestis parentibus natus non sit, & conditio. es sacris Canonibus, Summorumq; Pontificum constitutionibus præscriptas, non habeat, juxta decretum super forma recipiendi Novitios, die 19. Maii 1602. editum.

s. IV. Ætatem, & literarum scientiam.

Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regulari, etiam Mendicantium, in ea sit ætate constitutus, quam ejus Ordinis, in quo recipietur, Regularia instituta, & ordinationes requirunt; eam verò literarum scientiam calleat, aut illius addiscendæ spem indubiam præferat, ut minores, & suis temporibus majores Ordines, juxta decreta sacri Concilii Tridentini suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimum quintum excedens ad habitum Regularem admitti postulaverit, & talis eruditionis expertus inventus fuerit, in conversorum tantum, quibus literarum scientia non est necessaria, numerum referatur. Ipsi autem con-

versi non recipiantur ante vigesimum etatis suae annum, & nisi saltem praecipua doctrinae Christianae Capita noverint.

§. V. Causamq; motivam ad electionem vitae Regularis.

Demum Superiores diligenter exquirant, quo spiritu, quâ mente, ac voluntate id Regularis vitae genus elegerint, quem sibi finem proposuerint, num Zelo melioris frugis, ac perfectioris vitae, & ut Deo liberius famulari possint, an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi motu ducantur, & an eorum parentes ope, & subsidio ipsorum indigentes destituantur.

§. VI. Conversorum examen, & oblatorum instituta.

Provideant quoque, ut omnes, etiam conversi, recipiendi, priusquam ad habitum Regularem admitrantur, ab iis, quibus munus hoc incumbit, de Regula, quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuq; Regulari, & aliis cuiusq; Ordinis peculiaribus institutis, & constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quarundam Religionum moris est, nedum conversos ad professionem admittendos, verum & oblatos, ut vocant, recipere, circa ipsorum oblatorum receptionem unaqueque Religio suas peculiare constitutiones, specialiaq; instituta observare teneatur.

§. VII. Novitiorum confessionem generalem.

Statim atque Novitii ad habitum recepti, & in locum Novitatus introduci fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionem totius antea vitae conscientiam discutiant, & expurgent.

§. VIII. Novitiatuum formam, & qualitates.

Quod verò ad loci qualitatem uniuscuiusque Novitatus spectat, locus huiusmodi propria clausura ab ea parte Conventus, & Monasterii, in qua degunt professi, segregatus sit, atque distinctus, habeatq; tot ad dormiendum cellulas separatas, quot erunt numero Novitii, vel dormitorium ita capax, ut pro singulis, singuli lectuli commodè sterna possint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magistro, eiusq; Socio reperiatur.

§. IX. Circa locum spiritualium collationum.

In eo etiam praeter alias communes commoditates, aptus locus adsit ad spirituales collationes, seu conferentias faciendas, ac lectiones, instructionesq; Magistri audiendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum se igne communi recipiant.

§. X. Oratorium seu Capellam Novitiorum.

Oratorium insuper, seu Capella, si commodè fieri poterit, ad Novitios in spiritualibus, praesertim in caeremoniis, Ecclesiasticisq; functionibus exercendos.

§. XI. Hortum ad peculiare, & honestas recreationes.

Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem, benè conclusus, atque munitus adsit, sin minus, hortum ceteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediuntur. Ipsi vero Novitii ibi commorantibus, curabit Magister, cum loci Superioris auctoritate, si opus fuerit, ne in eundem ququam alius ingrediatur.

§. XII. Huius clausuram.

Ad huiusmodi locum Novitatus nemini, eiusdem, vel alterius Ordinis Regulari, etiam Conventus, vel Monasterii Officiali, ullo unquam tempore, sub quovis praetextu, aditus pateat, praeterquam Magistro, eiusq; Socio, ac etiam Monasterii, aut Conventus Superiori, si quodocunque ingrediendum sibi necessariò existimaverit, quo tamen casu, aliquem semper ex senioribus Conventus vel Monasterii Patribus Socium assumat.

§. XIII. Clavium custodiam.

Huius loci clausurae clavis apud Magistrum semper asservetur, illiq; soli liceat, ex gravi tantum causa, ingressum illuc alicui permittere: si quis autem Novitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro praesente, & non aliter alloquatur.

§. XIV. Magistrorum Novitiorum munus, & electionem.

Novitiorum Magistro Socio, si per Novitiorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit, vita, & moribus, quoad fieri

fieri poterit, conſimilis deputetur, qui in his, quæ ad Novitiatus regimen ſpectant, dicto Magiſtro immediatè ſubjectus exiſtat. Eliganturq; tam Magiſter, quàm Socius per provinciale Capitulum, per triennium ad minus onus huiusmodi ſubituri. Quod ſi aliquo caſu extra tempus capitulare nova loca Novitiatus concedi contingat, tunc electionem Magiſtri Novitiatorum, & Socii huiusmodi, in his novis locis per Generalem, vel Provincialem, ſeu Miniſtrum, aut eorum Viſitatores, ſeu Vicarios, de Diſſinitorum tamen, vel graviorum aliorum Patrum conſenſu, fieri permittatur, idemq; ſervetur, ſi intra triennium, alterum, vel utrumq; urgente aliqua de cauſa ex illis locis amoveri, vel mori contigerit, in cuius vel quorum locum alii conſimiles ſubrogari debeant.

ſ. XV. Eorum, ac Sociorum qualitates.

TAm Novitiatorum Magiſter, quàm Socius ab iis omnibus Officiis, oneribusq; vocationem habeant, quæ Novitiatorum curam, & regimen impedire valeant. Ipſe Magiſter Sacerdotali Ordine ſit initiatus, ac in quinto ſaltem ſupra trigefimum ætatis ſuæ anno conſtitutus, & per decennium à profeſſione emiſſa in religione perſiſterit. Socius verò trigefimum annum excedat; ſintq; ambo doctrinâ, & quantum per Superiorum diligentiam, & vires fieri poterit, vitæ etiam antea actæ exempli præſtantes, orationis præterea, & mortificationis operibus additi, prudentiâ, charitateq; reſerri, non ſine affabilitate graves, Zelum Dei cum mansuetudine præſerentes, ab omni cordis, ac animi perturbatione, irâ præſertim, & indignatione, quæ in ſe, & erga alios charitatem impedire conſueverunt, quàm longiſſimè alieni; & tales demùm, qui in omnibus ſeipſos bonorum operum exemplum præbeant, ut ii, qui eorum curæ ſubſunt, illos non tam metuant, quàm revereantur, nec illis unquam quicquam detrudere poſſint.

ſ. XVI. Poſtatem.

Habeat etiam Magiſter plenam, & abſolutam poſtatem circa Novitiatorum institutionem, ac Novitiatus regimen; ita ut in illis nemini (viſitationibus, ac Superioribus majoribus, vel etiam localibus exceptis) quovis colore ſe ingerere liceat.

ſ. XVII. Methodum Novitios bene, ac pie educandi.

Coram adhibeat diligentem ut Novitii omnes in Regulari diſciplina ſedulè exer-

ceantur, agnoſcantq; præcipuè divine, quâ digni facti ſunt, vocationis præſtantiam, & excellentiam, quæ vera ſit atque perfectæ votorum ſolemnium, & quam neceſſaria cuiusq; Ordinis conſtitutionum obſervantiâ, modum in oratione, tum vocali, tum mentali fructuoſè perſiſtendi, illicitas paſſiones, & vitia (ad quæ natura per peccatum labefactata omnino tempore prona eſt, atque proclivis) per ſenſuum cuſtodiam, & mortificationem cohibendi, auſteritatem, jejunia, cilicia, diſciplinæ, conſcientiæ puritatem, crebram illius diſcuſſionem, Sacramentorum frequentiam, confeſſionis præſertim quæ bis ſaltem ſingulis menſibus fiat, per aſperitatem quotidianam motuum interiorum, cordis, & tentationum manifeſtationem, per exercitium humilitatis circa viliora miniſteria, per modeſtiam in omnibus actionibus, diuturnumq; ſilentium.

ſ. XVIII. Eorum quotidianum exercitium.

Quilibet Novitius bis quotidie orationi mentali, & vocali incumbat, unusquisque ſecundum propriam capacitatem, & ordinem ſibi à Magiſtro præſcriptum, pluries in die propriam conſcientiam examinare contendat. Ipſi autem Magiſtro ſoli Novitiatorum confeſſiones audiendi cura committatur. Liceat tamen Superiori, etiam locali, ſi ita expedire iudicaverit, vel per ſeipſum, vel per alium ab eo deputandum, ſemel, aut bis in anno eorundem Novitiatorum confeſſiones audire.

ſ. XIX. Imprimis circa Mſſæ quotidianam auditionem.

Quotidie Miſſæ ſacrificio interſint, & ſtatutis horis in choro, nocturnis diurnisq; divinis Officiis aſſiſtant.

ſ. XX. Dein exercitationes corporales, & modeſtas animorum recreationes.

Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel ſcribant res ſpirituales, modeſtam animi recreationem interponant, quæ in ſolitario loco, & commoda extra Novitiatum, ſemel in hebdomada, vel in alternis ſaltem hebdomadibus longior ſtatuantur; ſintq; ſemper Magiſtro præſente, vel Socio, qui multum in vigilent, ne duo ab aliis commoventur diſiuncti; atque eo tempore, cuiusq; inquam natura ſeratur, propenſionem ſcrutentur.

s. XXI. *Verita quadam tempore Novitiatus.*

Non liceat eis, durante Novitiatus, & probationis tempore, unâ cum Professus, nisi in choro, in Ecclesia tempore Officiorum, in processionibus, aut in cenaculo, causâ refectio- nis, commorari, nec permittatur eis, profes- sos domo exeuntes comitari.

s. XXII. *Absente Magistro, & ejus Socio, uni novitiorum cura reliquorum de- mandanda.*

Pro communibus, & propriis ususq; ne- cessitatibus, quæ accidere possunt, unus ex Novitiis ipsis, ætate, moribusq; provec- tior deputetur, qui absente Socio, Magistro per- mittente, omnia prout opus fuerit, agat, cui etiam januæ custodia, & rerum levioris mo- menti provisio intra Novitiatum committi po- terit.

s. XXIII. *Ejusdem Pontificis alia decreta circa conversorum institutionem, & educationem.*

Cum autem licet Clericorum bene insti- tuendorum cura debet esse præcipua, Conversorum tamen religiosa instructio non sit prætermittenda, quin potius æquanimiter am- plexanda; quandoquidem satis exploratum est, istorum etiam, cum Regulam profiteantur eandem, perfectam educationem, tum Reli- gioni decorem, & ornamentum, tum aliis Christi-fidelibus ædificationem, exemplum, at- que utilitatem afferre, Conversis ipsis à Cleri- corum Novitiatu separatim ad dormiendum locus (quantum commodè fieri poterit) assi- gnari præcipitur. Illi tamen hac separatione non obstante, Magistro Novitiorum, seu Su- perioribus Monasteriorum, & Conventuum, juxta cujusque Ordinis statuta, & constitu- tiones subditi esse, & obedientiam præstare debent, à quo non tantum circa cor- poralia obsequia probandi, & exercendi, verum etiam pro eorum capacitate, & commoditate, de spiritualibus, præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt: quod ut commodius fiat, ad Capitula, & spirituales conciones, quæ per Magistros Novitiis fieri solent, accersiri debeant, & in Ecclesiis statutis horis conveniant, nisi tunc in suis Officiis actualiter occupati fuerint.

s. XXIV. *Eorum examen ante professionis admissionem.*

Tempore verò probationis elapso, ii tan- tum, qui non solum religiosa perfectio- nis capaces, sed ad laborem corporalem apti, novo, ac diligenti examine reperti fuerint (dummodo ætatis suæ annum, quoad Clericos decimum sextum, quo verò ad conversos vige- simum primum exceßerint) ad professionem admittantur: sed qui ad Conversorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non pos- sint.

s. XXV. *Profitentium inscriptio- nem.*

Superior cujuslibet Conventus, in quo No- vitiatu fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo uniuscujusque Novitii professio registrerur, illamq; Novitiis professus propriâ manu, & duo testes, qui præsentem fuerint, subscribant.

s. XXVI. *Literarum ignari quid facere debeant.*

Conversus verò literarum ignarus, pro- fessus, in eorundem testium, qui se sub- scripserint, præsentia, propriâ manu signum Crucis apponat; asserveturque liber, & custo- diatur in Archivio, ubi scripturæ ad Monaste- rium, seu Conventum pertinentes reponi con- sueverunt.

s. XXVII. *Si aliò transferantur, quæ observanda.*

Quia verò in quibusdam Ordinibus filia- tionis usus est receptus, declaratur, quòd licet decretum sit, ut Novitiis educandis certa Monasteria, aut Conventus designata quilibet Ordo habere debeat, licitum tamen sit Superio- ribus Monasteriorum, & Conventuum hujus- modi Ordinum, in quibus filiationis usus rece- ptus est, eos, quos prænarraus qualitatibus sus- fultos repererint, in suorum locorum filios, ju- xta cujusq; Ordinis constitutiones adscribere, sic- q; adscriptos, cum juxta præsentem institutiones, & alias servatis servandis, ad Ordinem rece- pti fuerint, ad loca Novitiatum cum testimo- nialibus literis transmittere, ubi tanquam dictorum Conventuum, seu Monasteriorum filii, eorundem nomine, & instantiâ reci- pi, ac in Novitiatu probari, & deinde an- tequam ad eadem Monasteria, seu Con- ventus

ventus ſiliationis huiusmodi remittantur, in profeſſorio ad perfectionem, ut permiſſum eſt, exerceri debebunt.

ſ. XXVIII. Numerum Religioſorum cuique Conventui præſcribendum.

Porro ne loca unius Monafterii, ſeu Conventus ab alio præoccupentur, Capituli generalis, aut provincialis partes erunt, numerum præſcribere pro omnibus, & eam ſimiliter rationem circa alimentorum contributionem (ſi opus fuerit) inire, ac ſingulis Conventibus, & Monafteriis præſcribere, quæ magis expedire videbitur.

ſ. XXIX. Recens profeſſis, pro ſecundo quaſi Novitiatu, loca particularia procuranda.

VT autem Novitii jam in profeſſorum numerum (ſicut præmittitur) recepti, melius in bono ſpiritu, regulariſq; diſcipline obſervantia ſtabiliantur, & confirmentur, mandatur, ut ſtatim poſt profeſſionem emiſſam, ſi in Conventibus, aut Monafteriis pro Novitiatibus aſſignatus locus aderit, ſecundi Novitiatus, ſive profeſſorii, ab ea, quæ Novitorium, eſt, atque antiquorum profeſſorum habitatione diſtinctus, & ſegregatus, ibi collocentur, ſi Monafterium, aut Conventus eos alere queat, ſin minus in alium commodiorem Conventum, aut Monafterium transferantur, in quo is locus, cum requiſitis ad Novitiatum ſuprà narratis, reperiat, vel accomodetur, aut de novo conſtruatur.

ſ. XXX. Quæ Religiones ab his excipiantur.

AB hoc tamen illæ Religiones excipiuntur, quæ ſuarum conſtitutionum, ſeu inſtitutorum vigore, majoris temporis curſu, novos profeſſos intra Novitiatum detinere conſueſcunt, quibus in hac parte non derogatur, illis tamen permittitur, ut prædictis earum conſtitutionibus non obſtantibus, idipſum facere poſſint, ſi id rationi, ac Religioni magis expedire dijudicaverint, quibus in locis degant ſub Regulis, & modo vivendi adhuc ætiori, quam ſervent antiquiores profeſſi, ita quod in negotiis Monafteriorum, aut Conventuum non ſe intromittere, nec communibus tractatibus intereſſe, neque alicujus exterioris obedientiæ Officium exercere debeant, ibiq; permaneat, quousque ad ætatem ſacris Ordinibus ſuſcipiendis ſufficientem devenerint, vel ſaltem per triennium poſt profeſſionem, quo etiam tempore poterunt, quin imò & debe-

bunt literarum ſtudiis operam navare, ſub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Novitiorum Magiſtrum prædictum eſſe oportere, dictum eſt.

ſ. XXXI. Declaratio huiusmodi exceptionis.

Declaratur tamen, quòd propter præmiſſa, non cenſeatur conceſſa licentia recipiendi Novitios, niſi in locis pro Novitiatu deſignatis, aut in poſterum deſignandis, & pro numero dumtaxat in eorum ſingulis præſcripto, vel præſcribendo.

ſ. XXXII. Contraventores & delinquentes quibus pœnis afficiantur.

Denique ſi illi, qui inter Religioſos gradu, & Ordine Superiores ſunt, & alii, ad quos ſpectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, ſeu quo vis modo contraxe- rint, Officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt, privationem, gravioreſq; pro modo admiſſe culpæ pœnas, ſe ſubituros certoſciant. Datum Romæ apud S. PETRUM, die 14. Martii 1503.

C A P U T III.

ſ. I. Nemo Virginem ad ingreſſum Religionis cogat.

Inſuper, cùm Religionis ingreſſus, præcipuè in virginibus, & mulieribus debeat eſſe liber, & voluntarius, ejuſmodi perſonæ invitæ in Monafterium non detrudantur. Sancta etiam Synodus Tridentina anathemati ſubjicit omnes, & ſingulas perſonas, cujuſcunque qualitatæ, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quàm Lai- cos, ſeculares, vel Regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, ſi quomodocumque coegerint virginem aliquam, vel viduam, aut aliam quancunque mulierem invitam, præterquam in caſibus in jure expreſſis, ad ingreſſendum Monafterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cujuſcunque Religionis, vel ad emittendam profeſſionem; quique conſilium, auxilium, vel favorem dederint, quique ſcientes eam non ſpontè ingredi Monafterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquo modo eidem actui, vel præſentiam, vel conſenſum, vel authoritatem iurper- ſuerint.

ſeſſ. 27. de Regular. c. 18.

ſ. II.

s. II. *Nec ingredi volentem impediant.*

Sed nec parentes proles suas, neque alii Religionem ingredi, & divino servitio se mancipare cupientes præpediant, aut à pio proposito avocent, cum dicta Synodus Tridentina similiter sub anathemate id prohibeat hisce verbis: *Simili quoque anathemati subjicit eos, qui sanctam Virginum, vel aliarum mulierum voluntatem vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo sine justa causa impediunt. Eaque omnia, & singula, quæ ante professionem, vel in ipsa professione fieri oportet, servantur non solum in Monasteriis Episcopo subjectis, sed & in aliis quibuscunque.*

s. III. *Virgines ante vestitionem, & professionem examinentur.*

Urget verò Concilium Tridentinum, ut voluntas puellæ, quæ major duodecim annis habitum Regularem assumit, tam ante susceptionem habitûs, quàm ante emissionem professionis exploretur: *Libertati professionis Virginum Deo dicandarum prospiciens sancta Synodus, statuit, atque decernit, ut si puella, quæ habitum Regularem suscipere voluerit, major duodecim annis sit, non ante eum suscipiat: nec postea ipsa, vel alia promissionem emittat, quàm exploraverit Episcopus, vel eo absente, vel impedito, ejus Vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus, Virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat: etsi voluntas ejus pia, at libera cognita fuerit, habueritq; condiciones requisitas juxta Monasterii illius, & Ordinis regulam, nec non Monasterium fuerit idoneum, liberè ei profiteri liceat, cujus professionis tempus, ne Episcopus ignoret, teneatur Præfecta Monasterio eum ante mensem certiore facere; quod si Præfecta certiore Episcopum non fecerit, quamdiu Episcopo videbitur ab officio suspensa sit.*

s. IV. *Tridentini decreto parendum.*

Ut huic Tridentino decreto pareatur, sub dictæ suspensionis ab officio pœna, quibuscunque Abbatissis, Priorissis, Præfectis, & quovis alio nomine nuncupatis Superioribus, quorumcunque Monasteriorum Monialium Civitatis, & Diœcesis Nostræ, quantumvis Regularibus subjectarum, vel aliàs à jurisdictione Nostra exemptarum, seriò mandamus, ne

ullam deinceps puellam ad habitum Regularem, vel professionem admittant, nisi Vicarius Noster in spiritualibus Generalis, seu alius à Nobis, vel ab eo deputatus, tam ante susceptionem habitûs, quàm ante professionem Regularem diligenter examinaverit, & exploraverit ipsius puellæ voluntatem, cæteraque quæ dictum Concilium Tridentinum jubet, præstiterit.

s. V. *Examen ubi instituendum.*

Examen, vel extra septa Monasterii ante cancellos, seu ferreas crates omnibus arbitris, aliis Monialibus, & Confessario remotis, vel si examinatori justa de causa ita visum fuerit, extra septa Monasterii in Ecclesia, vel alio loco libero, & religioso, præsentibus Notario, testibusque idoneis, ac duabus honestis, ac gravibus Matronis, puellæ neque consanguinitate, neque affinitate conjunctis, neque alio quovis modo suspectis instituitur, & à Notario articulatim exceptum, ac nitidè, & correctè descriptum, in Monasterii Archivo, ut de libera examinatæ voluntate perpetuò constet, diligenter asservetur.

s. VI. *Tempus professionis significandum.*

Ne autem tempus professionis Nos, aut Vicarium Nostrum, seu auctoritate Nostrâ deputatum lateat, illud Abbatissa, Priorissa, Præfecta, seu quovis alio nomine Superior cujuscunque Monasterii, uno ante ipsam professionem mense sub pœna suspensionis ab officio, per Concilium Tridentinum decretæ Nobis significare teneatur; ejusmodi autem examen, neque Vicarius Noster in spiritualibus Generalis, neque ullus alius auctoritate Nostrâ deputatus, si legitime requisitus fuerit, ultra mensis spatium instituire differat.

s. VII. *Vestienda vestibus non induatur pretiosis.*

Indecorum est, virgines, quæ mundum relinquere decreverunt, ipso die suscipiendi habitûs religiosi, mundanas vanitates magis sectari, quàm antè unquam sectatæ fuerant, vestibusque pretiosis, etiam mutuò acceptis, & monilibus ad vanam ostentationem exornatæ, à parentibus, & propinquis cum pompa, instar sæcu-

ſæcularis ſponſæ , ad Monafterium deduci ; & quia periculum eſt , ne hujusmodi ſplendor alienationem à ſancto propoſito pareat , qualiſcunq; virgo , poſthac in ſæcra Religione veſtienda, ſola modèſtè ad Monafterium ſe conferat , atque ipſo veſtis religioſæ induendæ die , abſque omni pompa , & ſuperbo veſtitu ex penetralibus Monafterii habitu , quo in ſchola Monafterii conſtituta , vel antea diebus ſolemnioribus conſueverat ad ſacram Communionem accedere , in publicum veſtienda procedat.

ſ. VIII. Pueruli JESU ſtatua ipſi non præferatur.

NULLI item Virgini religioſo habitu inveſtiendæ, aut profeſſionem emiſſuræ , pueruli JESU ſtatua præferatur , ſed ipſamet potiùs manibus propriis , virginum omnium ſponſi Chriſti Domini è cruce pendentis imaginem geſtet.

ſ. IX. Nec ſumptuoſa inſtituantur convivia.

INNOVAMUS quoque Regulares perſonas , tam exemptas , quam non exemptas concernentia in Synodis Diœceſanis Colonienſibus ſub ERNEſTO & FERDINANDO , aliisq; Archiepiſcopis Colonienſibus promulgata decreta , ſpecialim ad abuſus , circa apparatus , & ſumptus prandiorum , in ſuſceptione , aut profeſſione Regularium tollendos pertinentia , à PAULO V. Pontifice maximo confirmata.

ſ. X. Conſuetudo contraria tollatur.

SICUT enim pro receptione Monachi , aut Monialis , etiam paupertatis Monafterii cauſâ , nihil exigi poteſt , ita valdè indecorum eſt , in die veſtis aſſumendæ , aut profeſſionis magnos ſumptus in convivia profunda. Quapropter decretis Synodalibus prædictis inhærendo , præcipimus , ut Abbates , & Abbatiffæ , aliique Monafteriorum Superiores , è Monafteriis , & domibus ſuis hanc conſuetudinem tanquam deteſtabilem corruptelam , & abuſum ab URBANO IV. Papa damnatum prorsùs tollant , & eliminent , parentibusq; , vel conſanguineis , quantumvis ultro perentibus , ut ſumptuoſa convivia , maxime ſuſcipiendi habitus die , inſtituant , non permittant.

ſ. XI. Renunciatio ab iſdem facta quomodo ſit nulla.

NULLA quoque renunciatio , quemadmodum ſancivit Concilium Tridentinum , aut obligatio ante facta , etiam cum juramento , vel in favorem cujuſcunq; cauſæ piæ , valeat , niſi cum licentia Epifcopi , ſive ejus Vicarii fiat , intra duos meſes proximos ante profeſſionem , ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri , niſi ſecundà profeſſione : aliter verò facta , etiamſi curius favoris expreſſa renunciatione , etiamſi irrita , ſit irrita , & nullius effectus.

Sſſ. 24. de Regul. c. 16.

ſ. XII. Quid ex bonis Novitii tribuendum Monafterio ante profeſſionem.

NEQUE ante profeſſionem , excepto victu , Trid. cit. & veſtitu Novitii , vel Novitiæ illius temporis , quo in probatione eſt , quocunq; prætextu , à parentibus , vel propinquis , aut Curatoribus , ejus Monafterio aliquid ex bonis ejusdem tribuatur , ne hac occasione diſcedere nequeat , quòd totam , vel majorem partem ſubſtantiæ ſuæ Monafterium poſſideat , nec facile ſi deceſſerit , id recuperare poſſit ; quin potiùs præcipit ſancta Synodus ſub anathematis pœna , danſibus , & recipientibus , ne hoc ullo modo fiat ; & ut abeuntibus ante profeſſionem omnia reſtituantur , quæ ſua erant. Quod ut rectè fiat , Epifcopus , etiam per cenſuras Eccleſiaſticas , ſi opus fuerit , compellat. Proinde Nos tum Concilii ejusdem , tum Decreſorum Noſtrorum ERNEſTI , & FERDINANDI Archiepiſcoporum decretis inhærendo , omnia , ac quæcunq; ſtatuta , & conſuetudines , quæ libertati Profeſſionis Novitii , vel Novitiæ quoquo modo efficere poſſunt , penitus tollimus , & abrogamus.

Loc. cit.

ſ. XIII. Profeſſio ante elapſum probationis annum eſt nulla.

TAMETſi Profeſſio ſive tacita , ſive expreſſa , aut emiſſio trium ſubſtantialium Votorum in Religione approbata , non niſi poſt integrum annum continuæ probationis , in habitu religioſo exactum , & decimum ſextum ætatis annum expletum , fieri queat , & antea facta ſit irrita ; Nihilominùs anno probationis durante , ſi Novitia , vel Novitius curandæ valetudinis cauſâ , cum licentia Superiorum ſuorum è Monafterio , retento habitu religioſo , exierit , ac deinde revertatur , eodem

Trid. cit. c. 15.

Pag. 8. tit. 7. per tot. pag. 28. tit. 6. per tot.

Decreta Synodi ſub Ferdinando Archiepiſc. pag. 31. 32. 33. 34. & 35.

C. non ſatis C. veniens C. quoniam de Sin. on.

Loc. cit.

C. ſane & de Simon. inter om.

dem tempore professionem validè emitter, perinde, ac si nunquam egressus fuisset. Imò si expleto Novitiatus anno, ante professionem aliquis è Monasterio abierit, postea rediens, ac receptus ad profitendum absque nova probatione admitti potest.

§. XIV. Novitii ante professionem Sacramentum confirmationis suscipiant.

Nulli Novitii, vel Novitiæ ad Regularem cujusvis Ordinis professionem, nisi sacro Chrismate priùs confirmati, admittantur; studiosè enim curandum est, ne qui omnipotenti Deo peculiariter consecrandi sunt, sine hisce militiæ Christianæ Symbolis illi militent; ne verò sponsa Christi confirmanda in publicum prodire debeat, potiùs illam Episcopus intra Monasterii septa accedat.

C A P U T IV.

§. I. Exactam substantialium observantiam procurare quibus incumbat.

Abates porro, Magistri Generales, Provinciales Ministri, Priores, Guardiani, Rectores, ceterique quorumlibet Monasteriorum, Conventuum, & Collegiorum utriusque sexus Superiores, omnem curam, ac diligentiam adhibeant, ut in Monasteriis, Conventibus, & Collegiis sibi subiectis, ea, quæ ad Regularis vitæ substantiam pertinent, cujusmodi sunt obedientiæ, paupertatis, & castitatis, aliæque Ordinum, & Institutorum peculiaria vota, ac præcepta, nullo unquam tempore relaxentur; si enim illa, quæ bases sunt ac fundamenta totius Regularis disciplinæ, exactè non fuerint conservata, totum corruat ædificium, necessè est.

§. II. Decretum CLEMEN. VIII.

Qua de re CLEMENS Papa VIII. valdè necessaria præscripsit decreta, quæ pro majori Religiosorum notitia & exactiori eorundè observatione publicamus.

C A P U T V.

§. I. Diligens chori frequentatio omnibus inculcatur.

Nullus omninò prætextu cujuscunque privilegii, vel Superioritatis, etiam

Generalatus, à servitio chori censeatur immunitus, nisi pro tempore, quo quis in proprii Officii munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus Superiores is raptim diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, dispensare possint. Idem quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorum causâ legitimè impeditis. In eos verò qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutaris poenitentia Superiores animadvertant ad præscriptum Regule, & constitutionum, alimenti etiam, si opus fuerit, subtractione.

§. II. Item lectio sacra, vel casuum conscientie bis in hebdomada.

Lectio sacra Scripturæ, vel casuum conscientie bis in hebdomada, præscriptis diebus, in singulis Monasteriis, & Conventibus habeatur; ad quam Fratres omnes conveniant; eaque absolutâ, mutuâ collatione circa explicatam doctrinam sese utiliter exerceant.

§. III. Voti Religiosæ paupertatis accurata observatio præcipitur.

Quò Tridentini Concilii Decreta de paupertatis voto custodiendo fidelius observentur, præcipitur, ut nullus ex Fratribus, etiamsi Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, proventus, census, elemosinas, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro Missis, tam in propria Ecclesia, quàm ubicunque celebrandis, aliòve ipsorum jussu labore, & causâ, & quocunque nomine acquisita, etiamsi subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere possit: sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conventui incorporentur, atque cum ceteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proventibus confundantur, quò communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

§. IV. Proprietate in particulari veritâ.

Neque Superioribus, quicumque illi sint, nullo pacto liceat iisdem Fratribus, aut eorum alicui bona stabilia, etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiæ nomine concedere.

§. V. Etiam rerum necessariorum.

Eorum verò, quæ ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat, ut proprium, neque ut proprio utatur.

§. VI.

s. VI. Delinquentes graviter puniantur.

Qui in præmissorum aliquo deliquerit, pœnas, nedum à Concilio Tridentino præscriptas, sed alias quæq; multò graviores, Superiorum arbitrio imponendas, incurrat.

s. VII. Licet Superiores cum illis dispensassent in scia Sede Apostolicâ.

Nulla quorumcunque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona mobilia, vel immobilia Fratres excusare possit, quò minus culpa, & pœna ab eisdem Conciliis decretis imposita, & ipso factò incurrenda, obnoxii sint, etiam si Superiores asseverent, huiusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse, quibus in ea re fidem minimè adhiberi volumus.

s. VIII. Religiosorum vestitus, & supellex ex communi comparanda.

Fratrum vestitus, & supellex cellarum ex communi pecunia comparetur, & omninò uniformis Fratrum, & quorumcunque Superiorum, statuiq; paupertatis, quam professi sunt, conveniat: ita ut nihil superflui admittatur; nihil etiam, quod sit necessarium alicui denegetur.

s. IX. Vestes è communi vestiario subministrantur.

Quæcunque Fratrum vestes, sive lanea, sive lineæ, omniq; alia supellex in aliquem commodum Conventus locum deferantur, ibiq; ab uno, vel duobus Fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, ut inde Superioris arbitrio, prout unicuiq; opus fuerit, subministrari opportunè possint.

s. X. Omnes, etiam Superiores, eodem cibo, potuq; nisi infirmitas aliud suadeat, utantur.

Omnes, etiam Superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemq; obsonio, sive eadem, ut ajunt, pitantia, in communi mensa, prima, vel secunda, nisi infirmitatis causâ impediti fuerint, vescantur; neque singulare aliquid, quo privatim quisque in cibum utatur, ullo modo afferrè possit, si quis in ea re peccaverit, nihil eâ die alimenti percipiat, nisi panem & aquam.

s. XI. Superiores omnes suorum Officiorum causâ acceptorum, & expositorum rationes, libro particulari fideliter adscribant.

Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut præstationes peculiare ratione Officiorum habent, eorum accepta, & expensa in libro distincto, fideliter, & diligenter adnotari curent, neque in alios usus, quàm ratione Officii sui necessarios, quicquam expendant. Cum verò contigerit ipsos in aliquo Conventu commorari, eam pecuniæ quantitatem in commune conferant, ex qua sibi, & iis qui secum erunt, victus ad præscriptum Regulae, & constitutionum suppeditetur.

s. XII. Bonorum administratio quomodo, & per quos sit faciendâ.

Nullus ex Superioribus locorum, administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui Conventus, etiam nomine Conventus, per seipsum habere, sive exercere possit; sed universum id onus tribus Fratribus ejusdem Conventus à Generali ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat: alter tanquam Depositarius, pecunias ac cætera ab illo collecta, & exacta fideliter asseruet: alius de pecuniis, & rebus à Depositario acceptis Priori, & Fratribus, ac Conventui universo de necessariis, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed juxta charitatis regulam, veluti bonus dispensator provideat, officiorum huiusmodi confusione penitus interdictâ.

s. XIII. Quoties, & coram quibus, ejus reddenda ratio.

Cæterum hi tres tam imperiti, quàm accipiti singulis mensibus Superiori locali, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus ejusdem Conventus probatoribus, rerumq; usu peritis, rationem reddant. Deinde ipsi iter rursus, præsentibus Priore, & peritis prædictis, Generali, cum advenerit: denique ipse Generalis, in quolibet proximo Capitulo Generali, saltè coram tribus iudicibus ab ipso Capitulo ad hoc constitutis, illorum omnium universamq; suæ administrationis, tam publicæ, quàm privæ rationem reddere teneatur; cujus etiam exemplum authenticum ex actis Capituli describatur, ad hoc, ut ad

omne mandatum Nostrum, vel sedis Apostolicae Romam transmitti possit.

s. XIV. Religiosorum numerus non excedat reditus Conventus.

IN unoquoque Conventu, Fratrum is tantum deinceps constituatur, & imposterum retineatur numerus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum elemosynis, aliisque quibuscumque obventionibus in commune (ut praefertur) conferendis, commodè possit sustentari: redditus verò, & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asserventur.

s. XV. Concilii Trident. & horum decretorum declaratio, interpretatioque, aut relaxatio Superioribus prohibetur.

Superioribus autem, ne Concilii Tridentini, aut hac Nostra decreta declarare, interpretari, aut relaxare ullo modo possint, omnino interdiciamus, & prohibemus decernentes irritum &c. Si quis autem contra praesumpserit attentare, is eo ipso omni gradu, officioque, privatus, & ad ea perpetuo inhabilis existat.

s. XVI. Privilegio Ordinis qui gaudeant.

Nullus, nisi actu legat, vel praedices, aliquo sui gradus privilegio gaudeat.

s. XVII. Socius ex causa dandus, qualis esse debeat.

Si alicui ex necessaria causa, Generalis iudicio probanda, socius ex eodem Ordine, qui illi ministret, concedendus erit, is nisi vigesimum-quintum agat annum, & qui communi servitio sit deputatus, non concedatur, & si commodè fieri potest, sit laicus conversus.

s. XVIII. Clausura quanta sit ratio habenda.

UT omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, conventus clausura perpetuo, ac diligenter servetur, ac propterea à Superiore janitor constituatur, qui diligentia, ac morum integritate maximè commendetur: is janua custodienda semper assistat, eamque nemini Fratrum aperiat, nisi socium, & exeundi licentiam obtinuerit.

s. XIX. Egressus quomodo, & quo cum socio concedendus sit.

Nullus à Conventu egredi audeat, nisi ex causa, & cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta à Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causam probatam, sociumque exituro adjungat, non petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eundem saepius. Licentia verò generales exeundi nulli omnino concedantur.

s. XX. Contravenientes quomodo puniendi.

Contravenientes autem poenam gravi, etiam carceris, ad Superioris arbitrium plebantur; eandem etiam janitor subeat, si sciens exeundi facultatem fecerit.

s. XXI. Reversi ad clausuram, Superiorem adeant.

Cum autem quis in Conventum revertitur, Superiorem iterum adibat, benedictionem recepturus, qui à socio itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.

s. XXII. Aditus ad urbem, sine Generalis, vel Protectoris licentia vetitus.

Nullos Fratres Romam venire, Superiores permittant, nisi prius à Generali, vel Protectore duntaxat licentiam in scriptis impetraverint.

s. XXIII. Secus facientes, & eos recipientes voce activa & passiva biennio privantur.

Si quis autem sine huiusmodi facultate Romam venire praesumpserit, voce activa, & passiva biennio privatus existat, subiturus etiam alias arbitrari Superiorum infligendas poenas. Quae item omnia adversus eos, qui supradictos admiserint, & receperint, sine ulla exceptione locum habeant.

s. XXIV. Clavem communem cellarum aperiendarum Superior habeat.

Habeat Superior clavem ita fabricatam, ut cum sibi videbitur, cellulas omnes reserare possit, & propterea nullus cellam, etiam noctu ita claudat, quin semper à Superiore possit aperiri.

s. XXV. Lampas in Dormitorio luceat.

IN medio Dormitorii totam noctem lampas colluceat.

s. XXVI.

§. XXVI. Cella, quo loco, & quales esse debeant.

Nullus etiam Superior cellas, siue in claustris, siue alibi separatas à communi dormitorio habeat, sed unusquisque unicâ cellâ, eâdem cum cæteris aliorum Fratrum conjunctâ, nudis omnino parietibus, ac lecto, & mensâ humilibus, uniformiq; supellectili (ut præfertur) quemadmodum Religiosos decet, contentus sit: possit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conuentuum, si eorum muneris, & officii necessitatem id exigere cognoverit, alteram etiam cellam concedere.

§. XXVII. Adicula extra dormitorio sunt usus communis.

Cellæ, siue adicula, quæ extra Dormitorium separatim sunt, ad Officinas, aut aliàs ad communem usum, & commoditatem conuentus redigantur.

§. XXVIII. Lectus sit cuiq; peculiaris.

Sigillatim suo quisque lecto cubet, neque ullibi duo eodem lecto dormire possint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

§. XXIX. In cellis, quæ prohibita sint, que licita.

In privatis cellis nulli camini permittantur, sed omnes obstruantur statim, cardinibus etiam è parietibus conuulsis, ut res illa non ad tempus facta, sed perpetuò duratura videatur: cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

§. XXX. Prospectus in vias publicas obstruantur.

Conventus fenestra omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum edes prospiciunt, muro ita obstruantur, ut omnino is prospectus impediatur.

§. XXXI. De loco Infirmariæ, & Magistrum infirmorum Officio.

Valeudinarium in singulis Conuentibus certo, ac salubriori loco constituatur, quod pro loci situ, ac Fratrum numero, quoad fieri poterit, commodissimum esse possit, in quo Fratres omnes, cum ægrotabunt, curentur, nec inde, nisi recuperatâ sanitate, abire permittantur. Qui verò infirmorum cura præpositi sunt, omni sedulitate, ac charitate operam suam

præstabunt, ac curabunt, ne quid ægrotis omnino desit, quod ad sanitatem recuperandam pertineat.

§. XXXII. Exteri, licentiis revocatis, ad claustra quamprimum revocentur.

Ineatur ratio, quâ sublatis licentiis, ac facultatibus hætenus quibuscunque concessis, degentes extra Conuentus claustra, ad ea quamprimum revocentur, nec de cætero, nisi ex gravissima causa à Sede Apostolica probanda, huiusmodi facultates concedi possint.

§. XXXIII. Ad Religionem admittendorum modus.

Nulli impostèrùm ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in Conuentibus per sedem Apostolicam in qualibet Provincia deputandis.

§. XXXIV. Hospitalitas commendatur muneribus interdictis.

Curent Superiores, ut Constitutio interdicens largitiones munerum, & præscribens hospitalitatis formam, ab omnibus in quolibet Conventu in violabiliter obseruetur.

§. XXXV. A directâ, vel indirectâ vocum procuratore omnes abstineant, & contrafacientes quibus pœnis afficiendi.

Ut omnis Officiorum ambitus occasio præcludatur, caveant omnes à directâ, vel indirectâ vocum, seu suffragiorum procuratore, tam pro seipsis, quam pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in cæteris, præsertim generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, præter alias pœnas, & censuras hætenus contra huiusmodi ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus, in pœnam privationis officiorum, quæ obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à Nobis, vel successoribus Nostris, & pro qualitate culparum gravius etiam plectantur. Porro supradictas omnes pœnas ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.

§. XXXVI. In electionibus ambitio vitanda, & forma à Concilio Tridentino, atque Ordinis Constitutionibus præscripta diligenter servanda.

In Superiorum, & Officialium omnium electionibus, forma præscripta à Sacro Concilio Tridentino, & Ordinis Constitutionibus inviolabiliter

labiliter seruetur; iurentq̄, electores, secundum veritatem cuiusq̄, conscientie, probiores, ac magis idoneos se electuros, ac propterea priusquam ad electionem deveniatur, in primis, & ante omnia, praelegantur constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Ad Officia, gradus, & Prælaturas illi præcipuè eligantur, qui possint, & consueverint Regulas Ordinis, & constitutiones observare; præsertim quæ pertinent ad servitium chori, ac vestitum, & vitium communem.

- s. XXXVII. Sacris Ordinibus initiandi, ad concionandum, confessionesve excipiendas mittendi, à deputatis examinentur.

ELigantur in Capitulo generali, vel provinciali aliquot graves, & periti ex Fratribus cuiuslibet Provinciae, saltem tres, qui admittendos ad prædicationem verbi Dei, vel ad audiendas confessiones, etiam ipsorum Fratrum, ac lectores publicos diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad huiusmodi ministeria admittantur. Horum etiam cura sit examinare, & probare tam quoad doctrinam, quàm quoad mores, promovendos ad quoscunque Ordines, in quo seruetur decretum Congregationis Interpretum sacri Concilii Tridentini, hac de causa nuper editum & promulgatum.

- s. XXXVIII. Observatio Regularum & constitutionum commendatur.

Illud porò Superiores omnes in Domino admonemus, ut memores sint rationis, quam in novissimo die reddituri sunt pro grege sibi commisso, ac propterea omni studio invigilent, ut quæ in eorundem Ordinum Regulis, & constitutionibus, de oratione mentali, silentio, jejuniis, Capitulo culparum, aliisque spiritalibus exercitiis prudenter, ac pie sancta sunt, ea omnia, & singula ad unguem observentur; intelligantque super his, veluti fundamentis, omnium Religionum aedificia construenda, & amplianda esse, quæ ut faciliorem exitum sortiantur, & fructus uberiores in animis Fratrum producant, valde opportunum erit, si in quolibet Conventu, singulis hebdomadis habeatur sermo de Religiosa disciplina, Regularique observantia.

- s. XXXIX. Exercitium quotidianum tabula doceat.

Quò verò omnia ordinatè peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo unius-

cujusque Conventus, in qua distinctè adnotetur, quid singulis horis cuiusque diei quilibet Frater præstare debeat, ut certo quoque signo præmonitus, majore animi præparatione suo muneri satisfacere possit. Quæ Ordinis constitutiones his decretis non adversantur, inviolatè custodiendæ erunt.

- s. XL. Pœna inobedientium.

Quibus horum decretorum capitibus certa pœna præscripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati Superioris infligatur.

- s. XLI. Iterùm facultas præmissa declarandi, aut contra ea dispensandi interdicitur.

UT autem hæc decreta (donec alia, quæ pleniorè reformationem facient, edantur) ob omnibus observari possint, distinctè præcipimus Generalibus, ac omnibus aliis quibuscunque Superioribus, ad quos hoc spectat, ut curent, ac efficiant, ea omnia inter alias eorundem Ordinum constitutiones perpetuò valituras redigi, interdicti à omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & adversus eas unquam dispensandi, alioquin sciant se in pœnam Generalatus, & Officiorum privationis, ac inhabilitatis perpetuæ, ad alia quoque munera ipso facto, & sine ulla exceptione respectivè incidisse.

- s. XLII. Quando incipiat obligatio horum decretorum.

NE verò prætextu dilatae publicationis, eorum observatio quomodo differri possit, aut impediri, volumus, ut post illorum publicationem in Conventu, vel Monasterio cuiuslibet Ordinis de urbe factam, Generalem, aliosq̄, Ordinum Superiores, ceterosq̄, Fratres quoscunque presentes, statim, reliquos verò absentes citra montes, unius mensis, ultra montes, trium mensum spatio ita ardeant, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent.

- s. XLIII. Eorum publicatio & executio quomodo instituenda.

Insuper mandamus, quòd Generales in singulis Conventibus citra montes, unius mensis, ultra verò montes trium mensum cursu decreta supradicta publicari faciant, sub pœna privationis Generalatus, aliisque, arbitrio Nostro imponendis. Datum Romæ apud sanctum Petrum die 25. mensis Junii 1599.

- s. XLIV.

§. XLIV. *Decretum supra §. 22. hoc capite expressum, ad Provinciales extenditur.*

Decretum illud, quo Fratres Romam petere cum Generalis & Protecloris licentia duntaxat permiffum est, Sanctitas sua extendi ad Provinciales decrevit, ita ut Provincialis ipse, ex causa communi totius Provinciae duntaxat, facultatem hujusmodi facere valeat, declaravitq; poenam privationis vocis activae, & passivae contrasacientibus insitiam, Sanctitati suae reservatam esse, interdictam omnino eorum Superioribus singulis, etiam Generali, ac Proteclori facultate illam moderandi, ac relaxandi. Datum Romae die 20. Martii 1601.

C A P U T VI.

§. I. *Obedientia Superioribus praestanda.*

Religiosi obedientiae, qua Superioribus suis obstringuntur, exactissimam habeant rationem, & plane intolerandum est, nonnullos quandoque scientiae opinione, senii, Officiorum administratorum, aliisque quaesitis titulis, aequo animosiores reddi, adeoque subinde insollescere, ut excussis salutaris obedientiae habenis, suis Superioribus resistere, vel clandestinis machinationibus, & suffractionibus eorum honori, & observantiae, non sine maximo eorum auctoritatis apud alios saepe contemptu, detrahere audeant, ad coercendam ejusmodi proterviam, Superiores, implorato etiam Nostro, si opus fuerit, vel suorum Generalium, aut Provincialium subsidio, tales disciplinae monasticae eversores, ad exemplum aliorum, sine ulla dissimulatione, carcere etiam, ubi temeritas mitiorem poenam respuit, puniant, & compellant.

§. II. *In ea Novitii maxime exercendi*

Ad praevendum hoc malum, Novitii probationis suae tempore, in virtute obedientiae ita exercentur, ut iis reliquo vitae decursu in omnibus & fratum, & calcar sit.

§. III. *Castitas illibate custodienda.*

Castitatis quoque diligentissima habenda est cura, proinde omnes, vel ad minimum naufragii ejusdem pericu-

lum ducentes occasiones caute vitentur, singulaeque ad ejus tutelam servientia studiosè observentur, ab omni aspectu, colloquio, consuetudine, & familiaritate disparis sexus abstinetur, feminae omnes ab ambitu, refectorio, dormitorio, & aliis inferioribus locis Monasterii virorum penitus excludantur.

§. IV. *Castitatem violantis poena.*

Praestitam Deo fidem sacrilegè incontinentiam violans, ad vindictam criminis, & aliorum terrorem, secundum Regulam, & statuta Ordinis, atque Canonicas sanctiones graviter puniatur.

§. V. *Pœna sollicitantium aut Violantium Moniales.*

Quicumque pudicitiam Sanctimonialium cujuscunque Ordinis ausu sacrilego sollicitare praesumpserit, ab officio, si Clericus fuerit, si Laicus a perceptione Corporis Domini, decreto Concilii sub CONRADO Cardinali portuensi celebrati, noverit se esse suspensum. Si quis verò Sanctimonialem aut violaverit, aut extra Monasterium eduxerit, aut cum multorum offendiculo, diu publicè detinuerit vel etiam sic detentam precibus, vel minis, atque violentiam Monasterio, undeeducta erat, restituerit, ipso facto sententiam excommunicationis à Praedecessore Nostro HENRICO lata tamdiu se innotatum agnoscat, donec Deo peccatis, Nobis autem, atque ipsi Monasterio de injuria, atque vituperio plenè satisfecerit, ac veniam, & absolutionis beneficium à Nobis obrinuerit.

§. VI. *Pœna lapsae Monialis.*

Sanctimonialis autem in peccatum carnis publicè, vel notoriè lapsa, maxime, quae Monasterio exierit, juxta statuta Conciliorum sub CONRADO Cardinali portuensi Legato Apostolico, & sub Decessore Nostro HENRICO habitorum, praeter poenam carceris, ubi per abstinentiam cibi, & potus, aliasque corporis castigationes, pro discretionem Abbatissae, Priorissae, seu Magistræ &c. punienda est; ulterius ad officium aliquod in Monasterio non admittatur, sed in poenam delicti sine velo incedat, ultima tam in claustro maneat, quam in choro, omniq; voce in Capitulo, in tractatibus, & electionibus

pag. 6. c. 13.

pag. 73. c. 17.

Locus cit.

tionibus quibuscunque sit penitus destituta, donec ob laudabilem suam vitam, ac testimonium, & intercessionem totius Monasterii sui, à Nobis, vel suo Superiore ad præmissa, vel ex parte, vel ex toto restitui mereatur.

CAPUT VII.

§. I. Clausura servanda.

Clemens VIII. Const. 60. Concil. Provin. Colon. sub Henrico V. pag. 397.
Librica ad incontinentiam via, quæ plurimis Apostatandi occasionem præbuit, singulos singulorum Ordinum Superiores, Nobis etiam tacentibus, monet, ut in commissis sibi Cœnobiis clausuram servari, atque ubi collapsa est, in integrum restitui curent: ideoque rarissime Religiosis, quorum officii non est, extranea negotia curare, Monasterii se præegredi permittant. Familiaritatem, & commestrationes cum sæcularibus, Religiosis potissimum Sanctimonialibus, cujuscunque Ordinis & Regulæ præscindant, iisdem peregrinandi, parentes, consanguineos, aut amicos vitendi, apud illos prandia frequentandi, Bacchanalia, Martinalia, & Festivas Ecclesiarum dedicationes celebrandi, baptizati infantis conviviis assistendi, aliorumque negotia curandi licentiam non concedant.

§. II. Quales pro concionibus, & eleemosynis colligendis emittendi.

Dispiciant etiam, quosnam, & ad quos pro concionibus, & colligendis eleemosynis emittant, quibus districtè præcipiant, ut in populi conspectu, non tantum sanâ doctrinâ, sed moribus pariter Religiosam vitam decentibus ita effulgeant, ut proximo ædificationi, Ecclesiæ, & Ordini sint honori, nullique vel minimum scandalum præbeant.

§. III. Terminariis que servanda.

Religiosi terminarii gravitate morum, & Missionarii Zelo præditi sint, qui dum stationes suas obeunt, vel collectas faciunt, nunquam diutiùs morentur, quàm necessitas postulat; nec unquam ultra terminum ipsis præfixum è Monasteriis, seu Conventibus suis emanent: nec alibi, quàm apud loci Pastorem, seu Vice-Pastorem, seu honestum aliquem incolam (quibus ratione expensarum precibus, vel pretio satisfaciant) hospitentur

nunquam autem in taberna, vel diversorio, vel hospitio publico, sive soli, sive cum aliis divertant; qui secùs fecerint, à Parochis, vel Vice-Parochis, ad petendam eleemosynam in Parochiis suis juxta HERMANNI IV. Prædecessoris Nostri statutum, nequaquam sine expressa Nostri, Nostrive in spiritualibus Vicarii licentia in scriptis obtentâ admittantur. Quod si Pastor, seu Vice Pastor loci, hac in re deprehendatur reus, tribus florenis Rhenensibus mulctabitur.

§. IV. Causam dissolutionis Superiores ab iis tollant.

Proinde Regularium terminariorum Superiores in Domino monemus, ut omnis dissolutionis causam suis subditis adimant, ne Nos illos, qui suo exemplo plus destruunt, quàm prædicatione ædificant, tanquam inutiles in vinea Domini operarios, à suis terminis, & à munere prædicandi, & eleemosynas colligendi amovere cogamur.

§. V. Monialium clausura sit perpetua.

Quò Sanctimonialium autem vitentur incontinentiæ pericula, & CHRISTO Domino consecrata Corporis, spiritusque sanctitas, illibata servetur, nihil ferè religiosius sacro-sancta Synodus Tridentina, constitutionem BONIFACII PAPÆ VIII. renovans, commendat Episcopis, nihil etiam magis formidanda comminatione mandat, quàm quod de clausura in Monialium Cœnobiis vel restituenda, vel conservanda seriò statuit: *Universis enim Episcopis sub obtestatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ præcipit, ut in omnibus Monasteriis sibi subiectis, ordinariâ, in aliis verò Sedis Apostolicæ autoritate, clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, observari maximè procurent: inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacunque appellatione postpositâ, compescentes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.* Nos ne Nostro Officio hac in parte defuisse videamur, comminationemque maledictionem æternam (quod absit) incurramus, omnes Monasteriorum Sanctimonialium Civitatis, & Diocesis Nostre Colonienfis Superiores sub eadem obtestatione, & comminatione monemus, ut tam salutare decretum summo studio exequantur,

ne

ne Nos ad dictas censuras, aliasque pœnas, aut brachium sæculare adhibendum, procedere compellamur.

C A P U T VIII.

§. I. *Religiosi raro egrediantur & visitentur.*

Sicut ad clausuram, & solitudinem pertinet, ut Religiosi non nisi necessitate exeant, ita ad eandem quoque spectat, ne à quibusvis, aut quolibet tempore invisantur. Qua in re graviter à multis peccatur: reperire enim est quorundam Monasteriorum portas, quibusvis accedentibus, semper patere, aut si clausæ sint, pullantibus permitti, ut sine præscitu, aut consensu Superioris, Religiosorum cellas perant, longèque liberiùs quàm in sæcularium domibus, aut Principum aulis, cuiusvis, quosvis accedendi facultatem indulgeri.

§. II. *Mulieribus ad claustra virorum non pateat accessus, nec è contra.*

IN quibusdam similiter virorum Monasteriis, sive per communem portam, sive per templum, quandoque usque ad Fratrum cellas, mulieribus patet accessus: in Monialium pariformiter Cœnobiis non solum virginibus, & mulieribus, verùm etiam viris, & adolescentibus ante cancellos, imò & in Monasterii penetralibus, ipsisque refectoriis, cum sponsis CHRISTI, virginibus velatis confabulari, comedere, jocari permittitur. Et quali vinum, & adolescentia non satis magna forent voluptatis incentiva, quandoque etiam instrumenta musica adhibentur, ut virgines illæ mundum non reliquisset, sed mutasse duntaxat, & castitatis, aliaque vota ad provocandam iram Dei, propriamque salutem manifestissimo æternæ damnationis periculo exponendam, emisisset videantur.

§. III. *Monasteriis virorum præficiatur Portarius.*

QUI gravissimi, & periculosissimi abusus, ut penitus eradiceantur, in singulis virorum Monasteriis certus janitor moribus, & ætate maturus, fidelis, & mansuetus ad Monasterii portam constituatur, qui ut porta semper clausa sit, observet, & ad Religiosorum colloquium

admitti petentes, Monasterii Superiori deferat, ejusdemque mandato, an admittendi sint, se conformet.

§. IV. *Moniales secularibus loquantur velat g.*

PRæterea cum in statutis Decessoris Nostri ADOLPHI III. habeatur, ut Moniales, ne quidem virorum conspectibus pateant, optamus laudabilem morem, qui in quibusdam virginum Monasteriis observatur, ut velum sit ante cancellos, ubi ad colloquendum cum extraneis conveniunt, in omnibus introduci; Parentes verò, fratres, & sorores, fratrum quoque uxores ac eorundem & sororum filios, ut aliquando videant, si soli compareant, permitimus. Eos tamen, ut monet D. Hieronymus, sic videant, ut per eos alios non videant, quorum vultus cordi hæreant, & tacitum vivat sub pectore vultus. Pag. 49.
Epist. ad Rustic.

§. V. *Templum Sanctimonialium sit extra ambitum clausuræ.*

SI quæ sint virginum Monasteria, quorum templum, aut Sacellum ita constitutum est, ut Sacerdos celebraturus illud ingredi non possit, nisi intrando, aut transeundo Monasterii clausuram, ineat ratio, secundum quam aliter de hujusmodi Oratorio disponatur; interim per circuitum, vel aliâ viâ Sacerdoti in templum permittatur ingressus. Quod si omninò fieri non possit, nullus ibidem ad celebrandum admittatur, nisi qui à Nobis, aut Nostro in spiritualibus Vicario specialem desuper facultatem obtinuerit.

§. VI. *Sacerdos celebrans apud virgines non jentet.*

Sacerdos qui in virginum Monasteriis celebraverit, nequaquam ibidem sumat jentaculum; quod si adeò pauper sit, ut non habeat domi, quod manducet, ideòque Moniales in eo CHRISTUM pasce-re cupiant; vel jubeant eum redire ad prandium, & ante cancellos ubi solent tractari hospites, religiosè ipsum reficiant, vel potiùs aliâ eleëmofynâ ejus indigentia, pro sua facultate subveniant.

Y

§. VII.

s. VII. *Modus admittendi Sacerdotes, Confessarios, Medicos, & Operarios intra clausuram.*

Quando Sacerdos, aut Confessarius ad Sacramenta, aliave charitatis Officia ægrotantibus Monialibus impendenda, Monasterium Monialium ingredi cogitur: item quando Medicus, Chirurgus, Pharmacopola, Operarii, vel quicumque alii viri ad necessariam operam in huiusmodi Monasteriis præstandam, sunt admittendi, Præfecta Monasterii, aut ejus Vicaria, cum duabus tenioribus, & discretis Monialibus ab ipsa Præfecta deputandis, eosdem ingredienti, & intra septa clausuræ hærentes semper comitetur, ad eò ut ab illarum præsentia sese separare nequeant; caveatur autem diligentissimè, ne quæ sola velata, vel non velata Operariis manum adiutricem præbeat, & curiosa spectatrix operis assiltat.

s. VIII. *Colloquia Monialium cum secularibus quomodo insitruenda.*

NE puritas cordis sæcularium conversatione sædetur, Moniales à familiaribus virorum, mulierum, aut puellarum sæcularium colloquiis abstant; nimia liquidem sæcularium familiaritas spiritum pietatis extinguit, & infinitas animi molestias, atque distractiones generat. Nulla propterea Monialium, ne quidem Abbatissa, Priorissa, vel alia Superior sola cum solis extraneis, sed alià Moniali arbitrâ ac teste semper præsentem loquatur, nisi interdum Præfecta Monasterii, expedire visum fuerit, ut colloquium solius, cum personis Ecclesiasticis, aut Religiosis de rebus animam, & conscientiam concernentibus, permittatur.

C A P U T IX.

s. I. *Convictorum habitatio sit distincta.*

SI quæ Monasteria Convictores alant, eorum habitatio à Religiosorum ita distincta sit, ut commoditatem majorem extraneis ipsos accedendi, aut cum iis colloquendi, nisi obtenta à Superiore facultate non habeant; ne furtivè per illos adferri, aut nunciari curent, quæ Superior, si sciret, non permitteret, & ne ex iis intelligant, quid foris agatur, quæ, in-

quit D. BENEDICTUS plurima destruit. C. 67. Regula. Etio est.

s. II. *Convictores à Religiosorum refectorio arceantur.*

Convictores ad commune Religiosorum refectorium non admittantur, nisi rarè & in summis Festivitatibus. Monasterii Præfectus, ut absque noxa vivant, & Ecclesiæ præceptis satisfaciant, nihilque quod Monasterio infamiam possit conciliare, committant, diligenter advigilet, delinquentes pro ratione culpæ corrigat, neque solum allaboret, ut à peccatis, & criminibus abstant, sed etiam in operibus bonis, & virtutibus proficiant.

s. III. *Magna de Convicticibus debet esse cura.*

EAdem de virginibus in Convictu apud Moniales existentibus debet esse sollicitudo, maximaque cura, ut minutiora etiam peccata vitent, & in via perfectionis indices progrediantur, clausuramque servant; vestitum earundem convenit esse modestum, non sumptuosum, aut splendidum, ne vel ipsæ puellæ vanitate mundi inescant, vel Moniales aliquas assumpti habitus religiosi pœnitere incipiat.

s. IV. *Convictrices sumptus solvant, & libertatis suæ in electione status admoneantur.*

NE puellarum sæcularium in Monasteriis educatio occasionem avaritiæ præbeat, aut illarum conscientias scrupulum causet; sumptibus parentum, nisi verè pauperes sint, usque ad annum probationis alantur, & vestiantur, & vel maximè dum ad discretionis annos pervenerunt, circumspèctè sapiùs moneantur, quòd nec Novitiæ, nec Religiosæ sint, sed plenam libertatem statim vel religiosum, vel sæcularem eligendi habeant, instruanturque de methodo prudenter in deligendo statu deliberandi, & resolvendi.

C A P U T X.

§. I. *Silentium servandum, literæ clanculum non scribendæ.*

AD bonum solitudinis monasticæ in ipso Monasterio perfectè consequendum, pertinet silentium: hujus igitur habenda est diligens quoque ratio, curandumque, ne Religiosi inter se crebrius, quàm eorum statuta permittunt, colloquantur; nec alios, quàm ad eos in sancto proposito confirmandos utiles, sermones misceant, sollicitèque ad vigilandum, ne aliqui, aut clam literas ab aliis accipiant, aut ad alios perferendas curent.

§. II. *Religiosi qui multos habent consanguineos, ad alia loca transferantur.*

Religiosi qui in loco ubi degunt, multos habent consanguineos, à quibus frequenter, & importunè visitantur, aut quos frequentius invisere coguntur, ad aliud ejusdem Ordinis Monasterium mittantur. Quod ut in posterum, quantum fieri potest, præcaveatur, ceteris paribus, potius assumendi erunt ad Ordinem, qui in loco ubi Monasterium situm est, nullos, aut quam paucissimos, quàm qui multos, & potentes habent consanguineos; quotidiana enim experientia complures Monasteriorum Praefectos docuit, inde dissolutionem disciplinæ religiosæ ortam fuisse, unde emolumenta temporalia sperabantur. Quod si tamen tales aliquando assumendi erunt, ad aliud ejusdem Ordinis Monasterium destinentur; frustra siquidem ad perfectionem vitæ Christianæ contenditur, quamdiù illud humani affectus vinculum non inciditur, quo quis carni, & sanguini minùs ordinatè colligatur. Qua de re amici in admissione Novitii, ne offendantur, erunt admonendi.

§. III. *Strepitus judiciarii in Monasteriis prohibeantur.*

VT quieti, & tranquillitati Monasticæ plenissimè consulatur, in Monasteriis strepitus judiciarios, vel arbitraria fieri prohibemus; nam ab hujusmodi strepitu, & diversorum hominum conventu, maximè cum insolentes ministros, mulieres vanas, & earum petulantes pedissequas aliquando eis adesse, & eâ oc-

casione per Monasterium vagari contingat, Monasteria volumus prorsus esse libera & immunia.

§. IV. *In Monasterio omnia sint ritè disposita.*

IN ipso Monasterio omnia sint ita ordinata, ut nihil reperiatur, quod internam animorum quietem, ac unionem cum Deo aliquâ ratione perturbare valeat. Quò imprimis spectat, ut fenestræ, & foramina, è quibus extra Monasterium prospici possit, vel literæ, aut quidvis aliud foris accipi, aut foras mitti, obstruantur; deinde ut ostia interioris clausuræ, & dormitorium statis horis claudantur & aperiantur, ne Religiosi per Monasterium vagabundi, & otiosi discurrant; item ne sæculares per templum claustrum loca intrare possint. Habenda insuper est ratio, ut talis constituatur custos, de quo nulla possit esse suspicio, quòd extraneos per templum ad colloquendum cum Religiosis admittat, aut ipsemet hac in parte peccet. Curandum præterea, ne Religiosi absoluto divino Officio eos, quos velint, in templo convenire queant, multò minùs ut templum exeant, & vel in ostio transeuntes observent, vel ad vicinos confabulandi gratiâ procedant.

§. IV. *Monasteria ruinosæ ad urbes transferantur.*

AD colendam arctiùs solitudinem, multa utriusque sexûs Monasteria procul ab urbibus, in agris, & sylvis fuerunt extructa, quæ si iniquitate temporum, malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus sine ulla custodia exposita, aut ita destructa existant, ut sine maximis sumptibus restaurari nequeant, aut bellorum calamitatibus, vel malâ bonorum administratione eò redacta sint, ut reditus vix pauculis personis sustentandis sufficiant, expedire judicamus, ut Religiosi illorum Monasteriorum sese ejusdem Ordinis Monasteriis in urbibus constitutis, de Nostro consensu jungant, aut si hoc fieri nequeat, desolata potiùs in urbibus loca emant, quàm ea, quæ extra urbes habent, reædificent; tum ne ea quæ extra urbes instauraturi essent, iisdem periculis exponantur, tum ne dubiâ meliorum temporum expectatione in talibus Monasteriis disciplina prorsus collabatur.

CAPUT XI.

§. I. *Modus excipiendi hospites.*

Hospites in virorum Monasteriis à Religioso modesto, ac gravi ad hoc deurato benignè excipiantur; maxime Religiosorum consanguinei, & juxta Regulam in mensa Abbatis, Præpositi, Prioris, vel Guardiani, vel alio honesto loco, advocatis, si ita Superiori videbitur, iis quorum causâ venerint, tractentur; sit autem mensa frugalis, ebrietas, & provocationes ad æquales haustus prorsus vitentur, initioque refectiois ex devoto libello aliquid legatur; unde inter prandendum, aut cenandum piorum discursuum fumatur occasio, ne ad otiosa, aut quod pejus est, ad detractiones lingua prolabatur.

§. II. *Quibus extra mensam non propinetur haustus.*

Absoluto prandio, vel cenâ, ut viri Religiosi religiosè hospites tractent, vinum amplius non propinetur; turpe enim, & ignominiosum nimis est, viros Religiosos, ac professione sanctos, in similibus subinde læculares luxu, ac dissolutione superare, tibi que persuadere, quod non liberaliter exceperint hospites, ac convivas, nisi illos ebrios dimiserint.

§. III. *In mensa Superioris adhibeatur lectio.*

Mensam Abbatis, & cujuscunque alterius Superioris lectio sacra, & sobrietatis virtus semper exornent; tum ut vitæ, & morum integritate, ac sobrietate subditis præluceat, tum ut unâ cum cibo corporali, spirituali quoque alimonia, si qui adsint convivæ reficiantur, cognoscantque, Monasteria scholas esse, in quibus mortificationi carnis, non voluptati studetur.

§. IV. *Monialibus non licet cum aliis extra cantellos prandere.*

In Sanctimonialium Monasteriis locus hospitibus tractandis conveniēs, seclutus à Claustro deputetur, ubi amici, potissimum consanguinei monialium (si id necessitas, aut honestas poscat) decenter, & honestè, frugaliter tamen excipiantur: ad

locum hunc nulli Monialium, imò ne Abbatissæ quidem extra cancellos pateat accessus, sed ante eosdem cum amicis colloquantur; serventur similiter ea, quæ virorum Monasteriis de hospitalitate, ac temperantia servanda à Nobis, atque etiam Monialium Monasteriis, de modo excipiendi hospites, à Decessoribus Nostri ERNESTO, ac FERDINANDO Archiepiscopis germanico idiomate salubriter præscripta sunt.

CAPUT XII.

§. I. *In confessione, & sumptione Eucharistiæ que servanda.*

In expiatione conscientiarum, & humili peccatorum confessione, ac Sanctissimæ Eucharistiæ frequentatione, id observetur, quod cujusque Ordinis Regulæ, ac probatæ consuetudines requirunt: sciant interim omnes Superiores decretum CLEMENTIS Papæ VIII. de casuum reservatione, eorundemque absolute strictissimè sibi servandum esse, quod ne quenquam lateat, hic subjicimus.

Extat hoc decretum sub Urbani VIII. constitutionibus 28.

§. II. *Casus Regularium Superioribus reservati.*

Sanctissimus Dominus noster, qui jam pridem accuratè perpenderit, ac re ipsâ comperit, quod reservatio facultatis absolvendi Religiosos penitentes, à peccatis quibusdam gravioribus, nisi Superiores admodum prudenter, ac moderatè illâ utantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientie maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedii desperationem; ideo ut huic malo Sanctitas sua opportunè prospiceret, decrevit, ut nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reservet, exceptis iis, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum utilitati expedire prudenter in Domino judicaverit: veneficia, incantationes, sortilegia, Apostasia à Religione, sive habitu demisso, sive relicto, quando eò pervenerit, ut extra sepra Monasterii, seu Conventus fiat egressio: nocturna ac furtiva è Monasterio, seu Conventu egressio, etiam non animo apostatandi facta: proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale, juramentum falsum in judicio regulari seu legitimo: procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum scutum, etiam effectu non secuto: falsificatio manus, aut

aut sigilli Officialium Monasterii, aut Conventus, furtum de rebus Monasterii, seu Conventus in ea quantitate quæ sit peccatum mortale, lapsus carnis voluntarius opere consummatius: Occiso, aut vulneratio, seu gravis percussio cujusque personæ, malitosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores. Si quod aliud præterea peccatum grave pro Religionis conservatione, aut pro conscientie puritate reservandum videbitur, id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia maturâ discussione & consensu. Non liceat Superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsimet subditi spontè, ac proprio motu ab iis petierint. Superiores in singulis domibus depurent duos, tres, aut plures Confessarios pro subditorum numero majori, vel minori, iiq; sint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse imprimis Confessarius judicaverit. Tam Superiores pro tempore existentes, quàm Confessarii, qui ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissimè, ne eâ notitiâ, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur: licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graves quibusdam peccatis, etiam non reservatis à Confessariis imponendas, quæ subditos ab hujusmodi perpetrandis cohibere possint. Atque ita per quoscunque Regularium Superiores, quicunque illi sint, observari mandavit. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac cujusvis Concilii, & etiam generalibus decretis, nec non consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore observatis, aut Regulis in Generalibus, seu Provincialibus Capitulis editis, statutis, & consuetudinibus, etiam Apostolicâ auctoritate confirmatis, privilegiis, indultis, & concessionibus quorumcunque, quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, ceterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum, die 26. mensis Maii anno Domini 1593.

§. III. Superiore facultatem à casibus reservatis absolvendi negante, Confessarius absolvere potest.

S Anclitas sua deinceps declaravit & declarat, ut si hujusmodi Regularium Confessarius casus alicujus reservati facultatem

petentibus, Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarii illâ vice Pœnitentes Regulares, etiam non obtentâ à Superiore facultate, absolvere.

§. IV. Confessarii Monialium sunt approbandi.

P ORRÒ & GREGORIUS XV. declarat, ^{Constit. 18.} nullum Sacerdotem sæcularem, vel cujusvis Ordinis, vel instituti Regularum, etiam Superiorem, & quomodolibet exemptum, licet Episcopali auctoritate ordinariâ ad sæcularium confessiones excipiendas approbatum, ullarum cujuscunque Ordinis Monialium, quantumvis exemptarum, aut sibi, vel ejusdem Ordinis Superioribus subjectarum, confessiones, sive ordinarias, sive extraordinarias audire posse, nisi speciatim ad id fuerit ante ab Episcopo Diocæsano approbatus, quam declarationem cum plurima contineat Regularibus præcipuè cognitu necessaria, subjungendam duximus & publicandam.

C A P U T XIII.

GREGORIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI,
Ad perpetuam rei memoriam.

§. I. Ad Ecclesiastica Sacramenta ministranda, & in Monasteriis Monialium Verbum Dei prædicandum idonei assumantur.

I Nscrutabili Dei providentiâ universalis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, præsidentes, Pastoralis nostræ Sollicitudinis partes esse dignoscimus, in eam curam præcipuè incumbere, ut à dignis, & probatis tantum Sacerdotibus sanctè administrantur Ecclesiastica Sacramenta, atque ut Virginum Deo sacrarum Monasteria diligentissimè custodiantur, & viri assumantur idonei, ad prædicationis officium salubriter exequendum.

§. II. Approbatio Episcopi Diocæsani, vel beneficii Parochialis obrentio, ad sæcularium, etiam Sacerdotum, confessiones audiendas, omninò est necessaria.

S Anè Tridentinæ Synodi decretis providè cautum est, nullum presbyterum, etiam ^{Sess. 23. de Ref. c. 15.} Re-

Regularem, posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.

§. III. Regulares, ut seculares, circa curam animarum Episcopi Diocesani jurisdictioni, visitationi, & correctioni subsunt.

Trid. sess. 25.
de Reg. c. 11.

Nec non ut in Monasteriis, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia, personæ, tam Regulares, quàm seculares ejusmodi curam exercentes, subsint immediatè in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus diocesi sunt sita.

§. IV. Clausuræ institutio in Monialium Monasteriis, ejusq; conservatio, & restitutio Episcopis demandatur.

Trid. loc. cit.
c. 5.

Itemq; ut Episcopi universi sub obtestatione divini iudicii, & interminatione maledictionis aternæ, in omnibus Monasteriis sibi subiectis Ordinariâ, in aliis verò Sedis Apostolicæ autoritate, clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari maximè procurent; inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, alijsq; pœnas, quacunque appellatione postpositâ, compescant.

§. V. Regulares in Ecclesiis propriis prædicaturi, benedictionem Episcopi, si in alienis, ejus licentiam debent petere.

Trid. sess. 5.
de Ref. c. 2.

Atque ut Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, in Ecclesiis verò, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo prædicare possint sine Episcopi licentiâ: contradicente autem Episcopo, nulli, etiam in suorum Ordinum Ecclesiis, prædicare præsumant.

Trid. sess. 24.
de Ref. c. 4.

§. VI. Nec possunt secularium confessiones excipere, vel Sacramenta Parochialia ministrare, vel curam animarum exercere sine hujusmodi approbatione.

Verùm quia experientia compertum est, Ecclesiasticis regiminis rationes postulare, ut decretis ejusmodi aliquid adiungatur: maturâ deliberatione nostrâ, & ex certa scientia, ac

de Apostolica potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetuò valiturâ constitutione, decernimus, statumus, & declaramus, ut deinceps tam Regulares, quàm seculares, quomodolibet exempti, sive animarum curam personarum secularium Monasteriis, seu domibus Regularibus aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel beneficiis, sive Regularibus, sive secularibus incumbentem exercent; sive aliàs Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrent, præviâ Episcopi Licentiâ, & approbatione, sive quoquo modo in dicta curæ exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione, de factio absque ulla autoritate se ingerant: in his quæ ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodè jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diocesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, plene in omnibus subiciantur.

§. VII. Privilegia, vel exemptiones in contrarium nequicquam illis seruiunt.

Ad hæc tam Regulares, quàm seculares hujusmodi, nullis privilegiis, aut exemptionibus tueri se possint, quò minus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subiectarum, ab Episcopo loci, similiter tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato quoties, & quando opus fuerit, puniri & corrigi valeant.

§. VIII. Confessionibus Monialium præficiendis, omnes omninò ab Episcopo approbentur.

Confessores verò, sive Regulares, sive seculares, quomodocunque exempti, tam ordinarii, quàm extraordinarii ad confessiones Monialium, etiam Regularibus subiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant.

§. IX. Bona Sanctimonialium quarumcunq; etiam exemptarum, administrantes, quos annis Episcopo tenentur rationem reddere.

Sed administrantes bona ad ejusmodi Monasteria Sanctimonialium, ut præfertur, etiam Regularibus subiectarum, pertinentia, sive Regulares extiterint, sive seculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque juris remedijs cogi, & compelli queant.

§. X.

s. X. *Idem & rationabili causa possunt amoveri.*

Licetq; Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut ejusmodi Confessores, atque Administratores amoveant, usq; Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem, predictos Confessores, & Administratores amovendi, quoties, & quando opus esse judicaverit.

s. XI. *Licet Episcopo Abbatissarum, Præpositarum, & aliarum electionibus, per se, vel alios, interesse & præsidere.*

AC similiter possit Episcopus, unâ cum Superioribus Regularibus, quarumcunque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorundem Monasteriorum quocunque nomine appellentur, electionibus per se vel per alium interesse, ac præsidere; absque ulla tamen ipsorum Monasteriorum impensa.

s. XII. *Regulares absque benedictione Episcopi in propria, & sine ejus licentia in alienis Ecclesiis prædicantes, possunt ab eodem puniri.*

AC demùm habeat Episcopus tanquam diœcesis sedis delegatus, auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos, tam seculares, quàm Regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum non petitâ illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint. Ita ut Episcopi in superscriptis casibus, & in prænomatas personas, in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quomodo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem per censuras Ecclesiasticas, aliasq; pœnas, uti ejusdem sedis delegati, procedere, omnemq; jurisdictionem exercere liberè & licitè valeant.

s. XIII. *Ira & non aliter judicandum esse Summus Pontifex decernit.*

Decernentes sic per quoscunque judices, quavis auctoritate fungentes, etiam Sacri palatii Auditores, nec non sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublatâ eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; irritum quoq; & inane, si se-

eius super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

s. XIV. *Contrariis omnibus planè derogat.*

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, in favorem quarumcunque personarum, atque Ordinum, tam mendicantium, quàm non mendicantium, Militiarum, etiam S. JOANNIS Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cujusvis alterius instituti, etiam necessariò, & in individuo exprimendi, Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcunque tam secularium, quàm Regularium locorum, nec non illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoq; indulgis, & privilegiis, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiam Mari magno, seu Bullâ aureâ, aut aliâ nuncupatis, Conseruatorum deputationibus, eorumq; atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minimè teneantur; & quibusvis aliis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisq; efficacioribus & insolitis, nec non irritantibus decretis, etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut aliâ quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis; etiam si pro illorum sufficiente derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset: tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, inserti forent, presentibus pro expressis habentes, quibus quoad ea, quæ eisdem presentibus adversantur, illis aliâ in suo robore permansuris, specialiter, & expresse derogamus, ceterisq; contrariis quibuscunque.

s. XV. *Publicationem Romæ factam omnes ligare statuit.*

Ceterùm quia difficile foret presentes literas, ad singula quæque loca deferri, ut ea tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valvas Lateranensis, & Principis Apostolorum de urbe Basilicarum, atq; Cancellariæ Apostolicæ, & in acie campi Floræ publicari, & imbi affigi, & per aliquod tempus

poris spatium dimitti, eisq; detractis, earum exempla eo in loco relinquit.

s. XVI. Transumptis credi mandat.

AC volumus, ut earundem presentium literarum transumptis, etiam impressis, manualicijus Notarii publici subscriptis, & sigillo Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra illud, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forte exhibita, vel ostensa.

s. XVII. Sanctionem pœnalem subjicit.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ M. DC. XXXI. nonis Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

C A P U T XIV.

s. I. Dubia ex prædicta Constitutione orta solvuntur à sacra Congregatione.

Ortis subinde super præinferta Constitutione Gregoriana dubiis, sacra Congregatio Cardinalium ad dubia Concilii Tridentini declaranda deputatorum consultata respondit in hæc verba: Sacra Congregatio Cardinalium Concilio Tridentini interpretum, censuit Constitutionem sanctæ MEM. GREGORII XV. de exemptorum privilegiis, nequaquam subjicere Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, Episcoporum jurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis personis secularibus administrandis iidem Regulares delinquant.

s. II. Quanam altaria Ecclesiarum Regularium visitare possit Episcopus.

AD Primum propterea dubium, An liceat Episcopis visitare altaria Regularium Ecclesiarum, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, aut loca ubi in eisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sa-

cramentum, vel ubi audiuntur confessiones personarum secularium? Respondit: Episcopis non licere in vim ejusdem constitutionis visitare altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum secularium, nec loca, ubi in eisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi confessiones personarum secularium audiuntur.

s. III. Quid eisdem circa confessiones audiendas præscribere valeat.

AD secundum, An Episcopi possint Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel aliis illorum privilegia restringere, ac moderari in Sacramentis administrandis? Respondit; Hac in parte constitutionem nihil novi juris induxisse, nec ullam novam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse: ideoq; in vim ipsius constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel aliis illorum privilegia in Sacramentis administrandis restringere, ac moderari. Quod si aliunde Episcopis hujusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem constitutione sublatam.

s. IV. An facultas hæc extendatur in personas nullius Diœcesis.

AD tertium, An facultas Episcopis per constitutionem attributa in exemptos, tam sæculares, quam Regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius Diœcesis? Censuit ejusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personas nullius Diœcesis.

s. V. An competat aliis Prælatiis.

AD quartum, An eadem facultas competat aliis inferioribus Prælatiis proprium territorium, ac jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus? Respondit: Non competere.

s. VI. An per Gregorianam jus confirmandi Abbatissas Episcopis attributum sit.

AD quintum, An per eandem constitutionem in illis verbis: Possit Episcopus, unà cum Superioribus Regularibus quarumcunque Abbatissarum electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere, jus Abbatiss-

Tom. 3. Bullarum post Gregor. XV. Pape Constit. 18.

fas confirmandi Episcopis attributum censeatur? Respondit; *ius confirmandi Abbatissas minimè fuisse Episcopis per constitutionem attributum.*

§. VII. *An omnes Confessores Monialium ad petendam approbationem Episcopalem, & subeundum examen obligentur.*

AD Sextum, An Confessores Monialium ante editam constitutionem deputati debeant ab Episcopo examinari, & approbati? Respondit; *Confessores quidem extraordinarios Monialium nullatenus posse post constitutionem, illarum confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei iudicentur, & approbentur. Ordinarios verò Confessores ante constitutionis publicationem deputatos posse, durante triennio ab eorum deputatione inchoando, pergere in confessionibus Sanctimonialium audiendis, absque alio examine, & approbatione Episcopi; quod si contingat, ut illorum facultas à Sede Apostolica ultra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari, & approbati.*

§. VIII. *Quid de Superioribus Regularibus ante publicationem constitutionis deputatis statuendum sit*

AD septimum, An Superiores Regulares similiter ante ipsius constitutionis publicationem electi, seu deputati, alià indigeant Episcopi approbatione, pro confessionibus Sanctimonialium sibi subiectarum audiendis? Respondit; *Superiores electos, seu deputatos ante ipsius constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiendi confessiones Monialium sibi subiectarum, posse, durante eorum Officio, pergere sine alia Episcopi approbatione, in confessionibus audiendis illarum tantum, quæ spontè, ac proprio motu id ab eis petierint. At verò, eos, qui post constitutionem eligentur, aut quoquo modo deputabuntur, vel qui in eorum Officiis, seu dignitatibus, expleto jam tempore à constitutionibus cujusque Ordinis, vel aliàs legitimè præfinito, ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium confessiones audire, nisi prius à Diocesano Episcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint.*

§. IX. *An confessiones ab illis post publicationem exceptæ nullæ sint.*

AD octavum, An confessiones, quas audiunt Superiores Regulares ele-

cti, seu deputati, vel confirmati, post publicationem, & scientiam tenoris dictæ Bullæ, non obtentâ Episcopi approbatione sint nullæ, atque irritæ, nec ne? Respondit; *confessiones huiusmodi nullas, atque irritas esse.*

§. X. *An generaliter approbati pro confessionibus, Monialium confessiones etiam audire possint.*

AD nonum, An Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad confessiones personarum sæcularium audiendas, censeantur etiam approbati ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum? Respondit; *Regulares generaliter ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum sæcularium audiendas, nequaquam censeari approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subiectarum, sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.*

§. XI. *An approbatus ad audiendas confessiones Monialium unius Monasterii, alterius audire valeat.*

AD decimum, An Regularis ad audiendas confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatus, confessiones Monialium alterius Monasterii audire possit? Respondit; *Regularem ad audiendas confessiones Monialium unius Monasterii ab Episcopo approbatum, minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterii.*

§. XII. *An pro una vice approbati, absque nova licentia pluries Monialium confessiones audire possint.*

AD undecimum, An Confessores Regulares extraordinarii semel ab Episcopi deputati, & approbati ad audiendas Monialium confessiones pro una vice infra annum, ad præscriptum sacri Concilii Tridentini, possint virtute dictæ approbationis pluries, tanquam Confessores extraordinarii, earundem confessiones audire, absque nova Episcopi licentia? Respondit; *Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse pluries, in vim approbationis ejusmodi, illarum confessiones audire, sed ab Episcopo toties esse*

178 Decreta Synodalia D. Maximiliani Henrici

approbandos, quoties casus deputationis contigerit.

s. XIII. *An Episcopus causam amotionis Confessorum, & Administratorum Superioribus Regularibus significare obligetur.*

AD duodecimum. Cùm in eadem constitutione statutum sit, ut liceat Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut amoveant Confessores Monialium, atque Administratores bonorum, ad earundem Monialium Monasteria pertinentium, iisque Superioribus id facere detrectantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi, quoties, & quando opus esse judicaverit, an ejusmodi causam Episcopus Superioribus Regularibus significare teneatur? Respondit; non teneri ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Episcoporum, quorum conscientiam sacra Congregatio serio oneravit, ne facultate sibi in hac parte attributâ quoquo modo abutantur, ejus rei in districto Dei judicio rationem reddaturi.

s. XIV. *An jurisdictio Episcopalis contra Religiosos in omnibus delictis sit fundata.*

AD decimum tertium. An eadem constitutio, quâ parte supponit Episcopi jurisdictioni Regulares delinquentes circa personas degentes intra septa Monasteriorum Monialium, aut circa clausuram, vel bonorum administrationem eorundem Monasteriorum, habeat locum in omnibus delictis, an verò solum in notoriis, & cum scandalo populi? Respondit; constitutionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantum, & cum populi scandalo.

s. XV. *Decreta Congregationis Apostolicæ auctoritate confirmata.*

QUæ sacre Congregationis responsa ad se relata fel. recordat. GREGORIUS XV. & URBANUS VIII. in omnibus approbarunt.

s. XVI. *Quando puniri possint Regulares ad electionem Abbatissæ non præmonito, vel non expectato Episcopo procedentes.*

EXorto etiam dubio, an liceat Episcopo in vim constitutionis GREGORII XV. de exemptorum privilegiis, punire Regulares, qui ad Abbatissæ electionem procedunt, ante tempus ipsi Episcopo significatum, aut die electionis eidem nullatenus prænuntiata? sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Respondit: Regulares ex eadem constitutione ita demùm teneri Episcopo significare diem electionis Abbatissæ, eumque usque ad præfinitum tempus expectare, si antea expressè ipse declaraverit, se uti velle facultate sibi hac in parte attributâ, Abbatissarumque electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere. Post eam verò declarationem licere Episcopo animadvertere in Regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eidem non prænuntiata, ad Abbatissæ electionem procedunt.

s. XVII. INNOCENTIUS X. Gregorianam constitutionem, & Cardinalium declarationes confirmavit.

PRæmissæ etiam Cardinalium declarationes, & GREGORII XV. constitutio, ex INNOCENTII X. Summi Pontificis constitutione in causa Angelopolitana jurisdictionis in Indiis Occidentalibus novæ Hispaniæ, non tantum roborantur, sed & alia complura notatu digna dubia huc spectantia resolvuntur, cujus proinde verba subjicimus.

CAPUT XV.

s. I. *Controversia inter Episcopum Angelopolitanum, & Religiosos Societatis Jesu, super munere prædicationis, & secularium confessionibus.*

CUm, sicut accepimus, aliqua fuerint ortæ differentiæ, inter Venerabilem Fratrem JOANNEM Episcopum Angelopolitanum sive populi Sanctorum Angelorum in Indiis Occidentalibus ex una, & dilectos filios Clericos Regulares Societatis Jesu partibus ex altera; de, & super munere Prædicationis verbi Dei in propriis eorundem Clericorum Regularium, petita solum Episcopi benedictione, quam in alienis Ecclesiis petita, & obtenta ab eodem Episcopo Diocesano licentiâ exercendi; nec non super confessionibus Laicorum audiendis prævio examine, sive approbatione ejusdem Episcopi

Tom. 4. Bullarum, const. 30.

Episcopi Diocesani, quæ dicti Clerici Regulares in vim privilegiorum prædictæ Societati, Apostolicâ auctoritate concessorum, sibi proprio jure licere prætendebant, & desuper in partibus fuerit deventum ad plures actus judiciales, & pro parte Clericorum Regularium hujusmodi ad electionem Conservatorum privilegiorum hujusmodi: Nobisq; tam dicti JOANNIS Episcopi, quàm eorundem Clericorum Regularium nomine, pro sopiendis differentiis hujusmodi quadam dubia decisionem differentiarum præfatarum, nec non jurisdictionem Ordinariorum in exemptos, & ipsorum Clericorum Regularium exemptionem à jurisdictione Ordinarii concernentia fuerint proposita, ad quæ ambe partes responderi, & quid desuper observandum sit, auctoritate Nostrâ Apostolicâ statui, & stabiliri desiderabant.

S. II. A Summo Pontifice examinanda committuntur Cardinalibus, aliisq; Prælati.

NOs qui omnium fidelium, & præsertim Ecclesiasticorum quieti libenter incumbimus, differentias prædictas, totumq; negotium particulari Congregationi aliquorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum Romanæ Curie Prælatorum examinandum commisimus, qui auditis sapienter Procuratoribus prædicti JOANNIS Episcopi; nec non Procuratore generali Societatis prædictæ, negotio maturè discusso, omnibus dubiis, & petitionibus hinc inde propositis responderunt, prout sequitur; videlicet:

S. III. Qui desuper responderunt.

Sacra Congregatio à Sanctissimo Domino Nostrò deputata super controversiis vertentibus inter Episcopum Angelorum in Indiis occidentibus, & Religiosos Societatis JESU, sæpius auditis Procuratoribus ab eodem Episcopo ad urbem ablegatis, nec non ipsius Societatis Procuratore generali, negotioq; accuratè discusso, censuit prædictos Religiosos nequaquam posse in Civitate, & Diocesi Angelopolitana personarum secularium Confessiones audire, sine approbatione Episcopi Diocesani, nec verbum Dei prædicare in Ecclesiis sui Ordinis, non perit à ipsius benedictione, nec in aliis Ecclesiis sine ejus licentia, nec in Ecclesiis, etiam sui Ordinis, ipso contradicente, & contravenientem ab Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, coerceri, & puniri posse, etiam censuris Ecclesiasticis, in vim constitutionis sancti. mem. GREGORII XV

quæ incipit: Inscrutabili Dei Providentiâ. Ac prouide memoratis Religiosis, qui hujusmodi approbationem, ac licentiam se obtinuisse non docuerint, potuisse Episcopum, seu ejus Generalem Vicarium præcipere sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut à confessionibus audiendis, & verbi Dei prædicatione abstinere, nec ob eam causam licuisse dictis Religiosis, quasi à manifestis injuriis, & violentiis eligere conservatores, eosq; ut præfertur, electos, in Episcopum, ejusque Vicarium Generalem indebitè, ac nulliter excommunicationem fulminasse. Ceterum S. Congregatio seriò in Domino hortatur, ac monet Episcopum, ut Christiana mansuetudinis memor, erga Societatem JESU, quæ laudabili suo Instituto in Ecclesia Dei tam fructuosè laboravit, ac sine intermissione laborabat, paterno se gerat affectu, eamq; in regimine Ecclesiæ suæ perutilem adnutricem agnoscens, benignè foveat, ac pristinæ suæ benevolentia restituat; quemadmodum sacra Congregatio ipsum facturum confidit, sibiq; certò pollicetur, cum ejus zelum, pietatem, ac Pastoralem sollicitudinem compertam habeat. Datum Romæ die 16. April. Anno 1648.

S. IV. Ac diversa dubia hinc inde proposita resolverunt.

ET præmissorum occasione pro parte prædicti JOANNIS Episcopi, nec non Religiosorum Societatis JESU in eadem Congregatione proposita fuerunt diversa dubia, de mandato Sanctissimi resolvenda, quæ quidem sacra Congregatio sæpius auditis Procuratoribus ab eodem Episcopo ad urbem missis; nec non Procuratore generali ipsius Societatis, negotioq; maturè perpenso, ad singula dubia ab utraq; parte proposita, respondit ordine, quo sequitur.

S. V. Dubia ex parte Episcopi Angelopolitani.

Primò. An in casu quo Episcopus præcipiat decreta aliqua Concilii Tridentini à Regularibus observari, & executioni demandari, Regulares quicunque, etiam Societatis JESU, sub prætextu, quod hujusmodi præcepta infringant sua privilegia, possint eligere Conservatores? Congregatio respondit; si Episcopus præcipiat Regularibus, etiam Societatis JESU, ut decreta aliqua Concilii Tridentini observent, ac exequantur in illis casibus, in quibus ipsum Concilium, vel constitutiones Apostolicas

Regulares exempti subijciuntur jurisdictioni, & correctioni Episcopi, minimè licere ipsis Regularibus ob eam causam Conservatores eligere.

Secundò. An quando Ordinarius procedit juris ordine servato, adversus Regulares prædictos in casibus, in quibus per Concilii Tridentini, vel constitutiones Apostolicas ipsi subijciuntur, possint Conservatores iudices assignare? Respondit, *ut ad primum, non posse.*

Tertio. An Regularibus, etiam Societatis Jesu, asserentibus se habere privilegia, quò minùs obediant Episcopo in executione decretorum juris communis, Concilii Tridentini, constitutionum Apostolicarum, Ordinarii debeant ipsis adhibere fidem absque exhibitione hujusmodi privilegiorum? Respondit, *Ordinarius non teneri hujusmodi asseritioni fidem adhibere, absque integrali privilegiorum exhibitione.*

Quarto. An in casu, quo Regulares quicumque, etiam Societatis Jesu, exhibeant aliqua privilegia, & Ordinarii iudicent ea non suffragari casui de quo agitur, & ad rem non facere, Regulares præfati possint, & debeant provocare ad Summum Pontificem, vel in partibus Indiarum remotissimis ad Metropolitanum, sive Ordinarium viciniorem, vel potiùs possint hoc casu eligere iudices Conservatores? Respondit; *si verba privilegiorum sint obscura, & ambigua, non licere recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem Episcopum nec Conservatores eligere, sed Summum Pontificem pro interpretatione esse adendum.*

Quinto. Utrum Constitutio fel. record. GREGORII XV. circa Conservatores Regularium publicata anno 1621. cum declarationibus Eminentissimorum sacre Congregationis Concilii Tridentini Interpretum desuper editis, æquè afficiat, & comprehendat Religiosos Societatis Jesu, ac reliquos Regulares, ita ut omnia alia prædictæ Societatis privilegia fuerint reducenda ad terminos dictæ Constitutionis, & sic impostèrùm debeant ab iis eligi Conservatores, juxta formam, & tenorem prædictæ Constitutionis? Respondit; *hujusmodi Constitutionem cum declarationibus, ut præteneditur, editis, æquè afficere Religiosos Societatis Jesu, atque aliorum Ordinum, & Conservatores ad illius præscriptum esse eligendos, non obstantibus quibusvis privilegiis, quippe quæ omnia sunt redacta ad terminos ipsius Constitutionis.*

Sextò. An Regulares prædicti gravati are alieno, vel ad ratiocinia, vel testamen-

torum Executores, possint Conveniri coram Ordinario, si Conservatores non nominaverint intra tempus habile ab Ordinario præscriptum? Respondit; *Regulares in causis præfatis coram Ordinario loci esse conveniendos, si ad præscriptum Constitutionis Sanctæ mem. GREGORII XV. Conservatores non elegerint, ipsumq; electionis documentum intra præfixum tempus in actis Curie ipsius Ordinarii non exhibuerint, ac dimiserint.*

Septimò. An dicti Regulares, Conservatores sive ad jura, sive ad privilegia tuenda assumentes, teneantur ante exercitium Commissionis præstare cautionem coram Ordinario, sive alio iudice competente, de iudicio fisci, & iudicatum solvendo, casu quo in lite sive causa succubuerint? Respondit, *non teneri.*

Octavo. An quando Episcopi jura, vel decimas Cathedralium adversus Regulares prædictos dote suâ spoliantes Ecclesias coram iudice competente tuentur, librosque, memorialia, & allegationes producunt, jus Ecclesiarum Cathedralium exprimentes, & acquisitiones Religiosorum, aliaque id generis adnumerantes, hujusmodi scriptorum occasione possint Regulares nominare Conservatores, prætendentes injuriam sibi inferri, in referendo immoderatas acquisitiones? Respondit; *si Episcopi pro tuendis juribus Cathedralium Ecclesiarum coram iudice competente hujusmodi scripta producant, & Regularium immoderatas acquisitiones veraciter, & modestè referant, non licere Regularibus ob eam causam ad Conservatores recurrere.*

Nonò. Utrum Regularis quicumque, etiam Societatis Jesu possit administrare Sacramentum Pœnitentiæ sæcularibus absque licentia Episcopi Diocæsani, etiam si in aliena Diocesi approbatus sit? Respondit, *Regulares, etiam Societatis Jesu, in una Diocesi ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum sæcularium audiendas, nequaquam posse in alia Diocesi hujusmodi confessiones audire, sine approbatione Episcopi Diocæsani.*

Decimò. An Episcopus contra dictos Regulares audientes in sua Diocesi confessiones sæcularium, absque sua approbatione, vel Concionatores absque licentia Episcopi intra, & extra proprias Ecclesias, possit procedere, eos à talibus ministeriis removendo, sive præceptis, & aliis juris remediis coercendo? Respondit; *eisdem Regularibus, qui confessiones personarum sæcularium audiunt, sine approbatione Episcopi*

Constit. 9.
Bullarii
Tom. 3.

Episcopi loci, vel predicant in Ecclesiis sui Ordinis, non petita illius benedictione, aut in aliis Ecclesiis absque ipsius licentia, vel in Ecclesiis, etiam sui Ordinis, ipso contradicente, posse Episcopum in vim Constitutionis fel. record. GREGORII XV. quæ incipit: Inscrutabili Dei providentiâ, tanquam Sedis Apostolicæ delegatum, administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, ac munus prædicationis interdicerè, easq. juris remediis coercere, & punire.

Undecimò. An quando Episcopo constat dictas licentias obtentas non fuisse, ipse possit præcipere, ut, donec licentiam intra præscriptum tempus exhibeant, à tali ministerio abstineant, & an requirendus sit per Episcopum pro his exhibendis Provincialis in alia Diœcesi, vel longissimè existens, vel ipsi Regulares Confessarii, vel eorum Superiores ejusdem Diœcesis, in qua prædicta exercent? Respondit; posse Episcopum sic præcipere, nec pro hujusmodi licentiis requirendum esse Provinciale, sed satis esse ipsos Religiosos requirere, aut eorum Superiores in Diœcesi Episcopi existentes.

Duodecimò. An, si contingat, ut aliquis prædictorum Regularium insurgat contra Episcopum in propria Diœcesi, maledictis, cum scripto, vel dicto populum scandalizando, possit ab Episcopo puniri, & quâ animadversione; & quid si hujusmodi delinquens transiverit ad aliam Diœcesin, hoc casu servandum sit? & qua pœna puniendus sit Regularis, qui commorans in una Diœcesi spargat famosos libellos contra Ordinarium alterius Diœcesis? Respondit; si Regularis intra claustra degens, extra ea in casibus in dubio expressis, ita notoriè deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante teneri Superiorem Regularem, infra tempus ab Episcopo præfigendum, severè illum punire, ac de punitiōne Episcopum certiores facere: alioquin sic delinquentem ab Episcopo puniri posse, ad præscriptum Concilii Tridentini cap. 14. sess. 25. de Regul. Quod si delinquens ad aliam Diœcesim migraverit, servandum esse, quod præcipitur in Constitutione sanctæ mem. CLEMENTIS VIII. incipiente, suscepti muneris ratio.

Decimò tertio. An Conservatores nominati, & electi à Regularibus prædictis, ante exercitium suæ jurisdictionis, teneantur authenticum documentum exhibere coram Ordinario, sub pœna nullitatis actuum? Respondit; utiq. teneri.

Decimò quarto. An privilegia, quæ sunt contra jurisdictionem Ordinarii, & quibus gaudent, & gaudere prætendunt Re-

gulares prædicti, debeant Episcopis notificari, sive insinuari? Respondit; Regulares teneri hujusmodi privilegia Episcopo exhibere si eis uti voluerint.

Decimò quinto. An prædia rustica, metallorum fodinæ, saccari opificinæ à Regularibus Societatis, vel aliis possessa, vel aliæ domus sæculares, in quibus videlicet, unus, vel duo Regulares tantum commorantur, gaudeant privilegio Collegiorum, seu Conventuum? Respondit; non gaudere.

Decimò sexto. Utrum Regulares prædicti apothecas quarumcunque mercium, macella, & similia, præsertim prope Collegia, sive Conventus exercentes, possint ab Ordinario sub censuris inhiberi, ne hujusmodi exerceant? Respondit, non posse Episcopum hoc prohibere Regularibus exemptis, sed si in præmissis ita notoriè delinquant extra claustra, ut populo scandalo sint, servandum esse, quod dictum est supra in responsione ad duodecimum.

Decimò septimò. Utrum Regulares etiam Patres JESUITÆ in suis prædiis, opificinis, aliisque suis domibus sæcularibus, sitis intra limites Parochialium ad se non spectantium, possint administrare Sacramentum Baptismatis, solemnem Matrimonii, extremæ unctiōnis, & Eucharistiæ in Festo Paschatis, famulis, mercenariis, rusticis, sive aliis id genus hominibus sæcularibus, absque Ordinarii vel Parochi Licentia? Respondit, non posse.

Decimò octavo. Utrum Patres Societatis in Civitatis, & Diœcesi Angelorum possint conservare vasa sacra, Altaria, & similia, in quibus unctiō requiritur? Respondit itidem; non posse.

s. VI. Dubia pro parte Religiosorum Societatis JESU.

Pro parte Religiosorum Societatis JESU propõsita fuerunt infra scripta dubia.

Primò. An Episcopi in partibus Indiarum possint ex integro totum unum Monasterium vel Collegium ab audiendis confessionibus suspendere? Respondit; Episcopos Indiarum posse quidem omnibus simul unius Monasterii, vel Collegii Confessariis adimere facultatem audiendi Confessiones personarum secularium, etiam inconsultâ sacrâ Congregatione Episcoporum & Regularium negotiis præpositâ, cum decretum ab ea editum sub die 20. Novembris 1615, ex intentionis defectu, & convenientia morali non

extendatur ad Regiones illas, tam longè ab urbe distitas. Verùm ab hac generali suspensione, quæ vix sine scandalo, & animarum pernicie contingere potest, abstinendum esse Episcopis, nisi gravissimâ subsistente causâ, super quo sacra Congregatio illorum conscientias graviter voluit esse oneratas.

Secundò. An Episcopus Regularem pro confessionibus semel approbatum, sine nova causa suspendere possit ab ipsis confessionibus audiendis? Respondit; Regulares aliàs liberè ab Episcopo, prævio examine approbato ad audiendas confessiones personarum secularium, ab eodem Episcopo suspendi non posse, sine nova causa eâq; ad confessiones ipsas pertinate.

Tertiò. An Bulla PII V. 34. in ordine tom. 2. Bullarii concessa, instante, & supplicante Serenissimo Rege Catholico, non ad petitionem Regularium fit revocata, in Bullis Summorum Pontificum, in quibus exemptiones Regularium mitigantur? Respondit: agendum cum Sanctissimo, an velit declarare Bullam non esse revocata, illam tamen non suffragari, nisi in locis, ubi est defectus Parochorum.

Quartò. An Episcopus possit cum censuris procedere contra Regulares exemptos, si inobedientes fuerint in confessionibus audiendis, vel prædicatione verbi Dei, & hoc, an vigore Concilii Tridentini, vel per quem Cånonem? Respondit; posse procedere, non quidem in vim Concilii Tridentini, sed in vim Constitutionis GREGORII XV. quæ incipit: *Inscrutabili Dei providentia.*

Quintò. An licentia audiendi Confessiones, & prædicandi, ab Episcopo per literas missivas, an solum per literas patentes Cancellariæ concedi possit? Respondit; posse concedi, etiam per literas missivas, vel oretenus, si ita Episcopo videbitur.

Sextò. An talis licentia oretenus sine scriptis concedi possit? Respondit; ut ad proximum.

Septimò. An facultas eligendi Conservatores concessa Societati à GREGORIO XIII. suffragetur illis in locis, in quibus non adsunt iudices Synodales? Respondit; ubi non adsunt iudices Synodales, privilegium GREGORII XIII. non suffragari, quoad hoc, ut Societas non teneatur ex illis eligere Conservatores, dummodo tamen in reliquis servetur forma Constitutionis GREGORII XV. hac de re editæ.

Octavò. An Conservatores Societatis, Vicarios Generales Episcoporum auctoritate Apostolicâ per sententias, censuras,

& penas Ecclesiasticas compellere possint virtute Bullæ GREGORII XIII. incipiente; Equum reputamus &c. Datum ultima Februarii 1573? Respondit; posse à manifestis injuriis, & violentiis eos compescere, etiam censuris, & penis Ecclesiasticis. Datum Romæ die 16. Aprilis 1648.

S. VII. Confirmantur præmissa.

Quapropter ut præmissa firmiter subsistant, & inviolabiliter observentur, Nobis pro parte JOANNIS Episcopi hujusmodi fuit humiliter supplicatum, ut illa auctoritate Apostolicâ confirmare de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur dicti JOANNIS Episcopi votis hac in re annuere, illumq; specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eundem JOANNEM Episcopum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolvendi, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, præinserta responsa, seu resolutiones auctoritate prædictâ, tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque Apostolicæ firmitatis vim, & robur adjicimus, & inviolabiliter observari mandamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis.

S. VIII. Decretum irritans.

Decernentes sic, & non aliter in præmissis per quoscunque iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si quid secus à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. IX. Clausula derogatoria.

Non obstantibus Apostolicis, ac universalibus, Provincialibusq; & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, & specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non Ecclesiæ Angelopolitanae, ac Societatis prædictæ, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel aliâ quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoq; indultis, & literis Apostolicis eidem Ecclesiæ, & Societati, sub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatarum derogato-

derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac decretis, etiam irritantibus, etiam motu proprio, ac etiam conſiſtorialiter, & alijs quomodolibet in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſus habent. illis alijs in ſuo robore permansuris, ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæterisque contrariis quibuſcunq;. Datum Romæ apud S. Mariam majorem ſub annulo Piſcatoris, die XIV. Maii M. DC. XLVIII. Pontificatus noſtri anno quarto.

CAPUT XVI.

§. I. Quales Monialibus præſciendi Confeſſarii.

Itaque deinceps Superiores omnes, quibus Monasteriorum Sanctimonialium cura incumbit, omni ſolicitudine, ac ſtudio provideant, ut Monialibus ii potiſſimum Confeſſarii ordinarii, ſeu Directores à Nobis, Noſtræ Vicario in ſpiritualibus Generali ad id ſpecialim approbati, aſſignentur, qui non modo in caſibus conſcientiæ probè verſati, ſed etiam ætate provecti, morum integritate, ac diſcretionem ſint probati.

§. II. Monialibus ter in anno Confeſſarius extraordinarius concedatur.

UT verò anxietati conſcientiarum ſubveniat, decretis Conciliorum tam Generalis Tridentini, quàm Provincialium Colonienſium inhærendo; volumus, ut cujuſvis Monasterii Sanctimonialium Superior, præter ordinarium ipſarum Confeſſarium, minimùm ter in anno offerat eis alium extraordinarium ſæcularem, aut Regularem, à Nobis, vel Noſtro Vicario in ſpiritualibus Generali priùs idoneum judicatum, & ad id ſpecialiter approbatum, cui omnes ſe liſtere teneantur, & confiteri, quæ voluerint, poterunt.

Sess. 25. de
Regul. c. 10.
Sub Herman.
p. 306. c. 8.
Sub Adolph. 3.
p. 455. col. 2.

§. III. Moniales extra Monasterium conſtitutæ non abſolvantur, niſi Ordinis ſui ſignum gerant.

Confeſſarius Sanctimonialium quæ ex Monasteriis ſuis violentiâ aliquâ ſunt expulſæ, vel alijs legitimâ authoritate extra Monasterium ſuum degunt, eas non abſolvat, niſi dum inter Catholicos morantur, capitis ſaltem ſui integumentum ex Regulæ, ac Ordinis ſui præſcripto gerant, ac reliquo habitu humilitatem, ac contemptum ſæculi præferant. Hortentur etiam eas, atque conſilijs juvent, ut ſilentium, ſolitudinem, fugam ſæculi, jejunia Ordinis, paupertatem, ac ſub idoneæ perſonæ directione obedientiam, & reliqua Ordinis peculiaria ſtatuta, quantum fieri poteſt, ſervent, habitationem pariter ſuam, ſi non in Monasteriis, ſaltem apud Dei timore præditos habeant, qui ipſas authoritate ſua in Officio continere poſſint.

CAPUT XVII.

§. I. Regulares frequenter communicent.

Religioſi omnes, etiam Donati, ſeu Oblati, & Converſi, quos vocant, & quotquot Religionis habitum gerunt, ſi non frequentius, ſingulis ſaltem menſibus, & celebrioribus præterea CHRISTI, Beatæ Mariæ, nec non præcipuorum Sancto- rum Ordinis, Civitatis, & Diœceſis Noſtræ, quam incolunt, Patronorum Feſtivitatis, confeſſionem peccatorum faciant, & Sacro-ſanc- tam Euchariftiam ſu- mant; ut eo ſalutari præſidio, ad omnes dæmonis oppugnationes fortiter ſuperandas ſe muniant, atque quod eorundem vocatio vel maximè exigit, tanquam Noë, Job, & Daniel, adverſus omnes ingruentes populo Dei miſerias, & ærum- nas, ceu firmiſſimas arces ſeſe opponant.

Clem. ne in
agro & ſan-
de ſtatu
Monach.
Trit. ſeſſ. 25.
de Reg. c. 10.

§. II. Miniſtri Altaris quoties communicare debeant.

Miniſtri Altaris in minoribus Ordini- bus conſtituti, non tantùm ſingulis menſibus, alijsque Feſtivitatis, ſed ſingulis etiam diebus Dominicis ſecundùm ſtatuta Decreſſoris Noſtri CONRADI Archiepiſcopi communicent; decet enim eos, qui ad Sacerdotium aſpirant, & ſacris Operanti ceu terreſtres Angeli aſſi- ſtunt,

pag. 15.

stunt, ut frequentiori Corporis CHRISTI Communione se ad hoc sanctè disponant.

C A P U T XVIII.

§. I. Crebra ad Religiosos fiat exhortatio.

Serm. 2. Quatrag.

Utilissima est ad perfectionem acquirendam crebrior apud Religiosos exhortatio, per quam cognoscant, quantumcunque in via perfectionis proficiant, semper tamen sibi superesse, quod quaerant, ne (ut ait D. LEO) *ab itineris nondum finiti intentione cessantes, ibi incidant deficiendi periculum, ubi proficiendi deposuerint appetitum.*

§. II. Eaque ad vitam Regularis perfectionem potissimum dirigatur.

Exhortationes quæ ad Regulares tam viros, quam mulieres instituentur, ad perfectionem vitam Regularis potissimum dirigantur: ut omnes scopum vitam suam, quæque ad eam perfectiùs instituendam requiruntur, eò meliùs intelligant.

§. III. Lectio sacra adhibeatur in mensa.

Hic quoque argumento accomodata sit lectio sacra, quæ tempore prandii, & cœnæ secundum Regulam, ac statuta servanda est, leganturque libri spirituales qui ad excitandum, & reficiendum Religiosorum spiritum præcipue conducunt.

§. IV. Etiam in mensa Laicorum.

Neque tantum ubi Sacerdotes, & Clerici, sed etiam ubi Religiosi Laici, seu Conversi sese reficiant, adhibeatur lectio, aut si eodem cum Sacerdotibus loco comedant, sub finem, aut initium mensæ, ex pio aliquo libello germanico capitulum legatur, ex quo & illi spiritualement capere queant utilitatem.

§. V. Concionatores à quibus abstinere debeant.

Contentiones, suggillationes, & altercationes à suggestu planè absint; quamvis causæ earundem multæ, ac magnæ videantur; ex istis enim non solum Dei, populi que offensio, sed etiam cultus divini oritur perturbatio. Proinde omnes verbi Dei Præcones ab obtræcationibus,

convitiis, & iis, ex quibus colligi posset particularis aliqua animi passio, aut alicujus ab aliquo commissi criminis reprehensio, omninò abstineant. Quod si inter diversi Ordinis Religiosos, vel etiam inter Parochos, & Ordinum Regularium Concionatores aliqua exorta fuerit dissensio, caveant, ne in concionando auditoribus suis ulla alienioris animi signa prodant (mirum enim quantum sæculares homines offendat Religiosorum virorum discordia) sed utrique legitimos Superiores, aut arbitros Ecclesiasticos adeant, qui suam autoritate controversias amicabiliter componant.

Concil. Prov. Colon. sub Herm. V. p. 360. c. 8.

C A P U T XIX.

§. I. Dissidia inter Parochos, & Regulares tollantur.

Ut omnis inter Parochos, & Regulares dissidiorum, quæ in hisce Germaniæ partibus ratione verbi Dei, & audiendæ Missæ, diebus Dominicis, & Festivis, nec non Communionis Paschalis hactenus exorta fuere, occasio præcindatur, necessarium & opportunum duximus iisdem in memoriam revocare Sanctionem SIXTI IV. Pontificis, inter cætera statuentis in hæc verba: *Quod Fratres Mendicantes non prædicent, populos Parochianos non teneri audire Missam in eorum Parochiis diebus Festivis, & Dominicis; cum jure sit cautum illis diebus Parochianos teneri audire Missam in eorum Parochiali Ecclesia, nisi forsitan ex honesta causa ab ipsa Ecclesia se absentarent &c. Quodque etiam ipsi Fratres in sermonibus eorum non detrahant Prælati, & Rectoribus Parochialium Ecclesiarum. Nec etiam populos à suarum Ecclesiarum Parochialium frequentia & accessu abstrahant, sive retrahant quoquo modo. Et vice versâ ipsi Rectores, & Prælati aliquo modo non detrahant Mendicantibus, sed illum favorem, quem possunt, iis impendant, & in omnibus, & per omnia præsent, ita ut vera unitas, & perfecta charitas inter eos ostendatur &c. Injungentes Archiepiscopis, Episcopis, Plebanis, Rectoribus, Curatis, nec non Prioribus, Guardianis, & singulis Fratribus Ordinum Mendicantium sub pœna excommunicationis lætæ sententiæ, quam contrasacientes, & quolibet eorum contrasacientem incurrere volumus eo ipso, à qua absolvi nequeant, nisi de expresso consensu partis læsæ, & debitâ satisfactione præviâ inviolabiliter observent, & quantum in iis est, ab aliis observari faciant.*

C. vices de Trenga & pace X. inter com. Trid. sess. 22. in decreto de obser. in celebrat. Missæ §. moneant & sess. 24. de Res. c. 4. §. moneant; Episcopus.

§. II.

§. II. Decretum CLEM. VIII. quod observari mandatur.

EXortâ hac super re in Belgio inter Parochos, & Regulares controversiâ CLEMENS VIII. Papa, Octavio Frangipano Mirtho, suo & Apostolicæ Sedis per Germaniam inferiorem, & Belgarum Provincias Nuntio rescriptis sequenti tenore: Venerabilis Frater salutem & Apostolicam benedictionem. Significatum fuit Nobis nuper, non sine gravi animi nostri molestia, nuper in Oppido Duacensi, Atrebatensis Diœcesis nonnullos Parochos maximo cum fidelium scandalo, tum docendo, & concionando, tum omnes reprehensionibus, & censurarum Ecclesiasticarum comminationibus perterrendo, Christi-fideles avertere, ne Festis diebus ad Ecclesias Fratrum Ordinis Mendicantium, atque Collegii Societatis JESU, pro Missis audiendis accedere, & ne etiam Quadragesimali & Paschali tempore Fratribus dictorum Ordinum, ac Presbyteris Societatis JESU peccata sua confiteri possent, ausos fuisse: affirmantes ipsis Christi-fidelibus tam de jure, quàm de consuetudine prohibitum esse, in aliis, quàm Parochialibus Ecclesiis, Missas diebus Festis audire: nec licere illis Quadragesimali, & Paschali tempore aliis, præterquam propriis Parochis peccata sua confiteri; unde maximam in fideli populo exortam fuisse animorum perturbationem accepimus. Contra enim Fratres Ordinis Prædicatorum, & Conventualium, ac Presbyteri dictæ Societatis, privilegii Apostolicis suffulti, tum privatim, tum publicè in concionibus contrarium usum in Ecclesia Dei receptum, & permissum, ac à S. Patribus, œcumenicisque Conciliis approbatum defendere conati fuerunt. Rem autem eo protractam fuisse intelleximus, ut graves inde dissensiones inter dictos Parochos, & Presbyteros Societatis JESU subortæ fuerint. Quod autem Nos gravius affecit, illud in primis fuit, quod Venerabiles Fratres, Archiepiscopus Cameracensis, & Episcopus Atrebatensis, inconsultâ Sede Apostolicâ, negotium hoc in disceptationem, tum etiam in iudicium fortassis apud secularem Curiam deduxerunt. At nos, ne graviora scandala suboriantur, paternè consulere, & celeri remedio prospicere volentes: causam, & causas hujusmodi, si quæ coram quocunque iudice introductæ reperiantur, ad Nos harum serie advocantes, illasq; penitus extinguentes, ac perpetuum de super tum Parochis, tum aliis prædictis silentium imponentes præsentis nostro decreto sancimus, licere secularibus, Christi-

fidelibus universis liberè Missas diebus Dominicis, & aliis majoribus Festis audire in Ecclesiis tam Fratrum Prædicatorum, quàm aliorum Mendicantium, nec non etiam Collegii Societatis JESU juxta illorum privilegia, & antiquas consuetudines, dummodo in contemptum Parochialium Ecclesiarum non faciant. Et tam dictis Fratribus Prædicatoribus, & Presbyteris dictæ Societatis, quàm aliis privilegiatis prædictis, quibus id à Sede Apostolica indulgendum est, idoneis tamen, & ab Ordinario approbatis peccata sua etiam Quadragesimali, & Paschali, & quovis alio tempore confiteri licet posse: dummodo tamen idem Christi-fideles Sacramentum Eucharistiæ die Festo Paschatis Resurrectionis, in propria Parochia, ab eodem Parocho sumant. Proinde tibi per præsentem committimus, & mandamus, ut præsentis nostrum decretum prædictis Archiepiscopo Cameracensi, & Episcopo Atrebatensi notum facias; iisdemq; auctoritate Apostolicâ mandes, ut illud in prædicto Oppido Duacensi, & ubicunque opus fuerit, publicari, & observari faciant: utque Parochos in eorum Officio contineant, illosq; ab avocatione populi ab Ecclesiis privilegiatorum, ac etiam à propositionibus, quibus tollitur populo libertas audiendi Missas in Ecclesiis privilegiatorum supradictis diebus, ac confitendi peccata sua, etiam in Paschate, ipsis privilegiatis, abstinere faciant. Iphis verò privilegiatis eadem auctoritate præcipias, ut in concionibus, & Catechismis populum ipsam, tum ad reverentiam Parochorum, tum ad eorum Missas, præsertim Dominicis, & aliis solemnibus Festis diebus audiendas: tum ad decimas, resque alias Ecclesiis debitas solvendas frequenter moneant, & adhortentur. Ac denique omnem hujusmodi controversiæ occasionem præcindere, & tollere, & Christi-fidelium animos ad unionem, & quietem traducere cures: omniaq; præmissa publicari, & exequi, adjectis etiam censuris Ecclesiasticis, & aliis tibi benè visis penis, opportunisq; omnibus juris, & facti remediis adhibitis, mandes, & facias. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 22. Decembris 1592. Pontificatus Nostri anno primo. Etli autem non minùs Regulares, quàm sæculares tam salutariibus ordinationibus meritò parere debuissent, graviter tamen accepimus, Regularium aliquos in urbe, & Diœcesi Nostra non solum clandestinis persuasionibus Parochianos à suis Parochis, & Parochiâ, ab auditione verbi divini, & Missâ suarum Parochia-

rum, diebus Dominicis, & Festivis, Communionem quoque Paschali abstrahere, sed & Pastoribus in faciem resistere, & publicè ex suggestu prædicare, neminem Parochianorum unquam teneri in sua Parochia verbum Dei, & Missam audire, neque Communionem Paschalem ibidem sumere, ita ut aliqui è Parochianis hac persuasione moti, intra tres, vel quatuor annos in Ecclesia sua Parochiali non videantur; imò eò audaciæ, procedere, ut à Nostris, Nobisque immediatè subjectis Pastoribus doctrinam è suggestu traditam, carpere, & sugillare; vitam etiam eorundem, & mores reprehendere audeant. Quod cum non sit aliud, quàm sanctionibus Apostolicis reniti, auctoritatem Nostram vilipendere, Ecclesiæ Hierarchiam dissolvere, oves à suo Pastore alienare, Pastores in partem oneris à Nobis vocatos confundere, & eorum jura, auctoritatemque convellere. Hinc in vim præactarum constitutionum Apostolicarum omnes, & singulos quorumcunque Ordinum Superiores, Abbates, Prælatos, Priores, Guardianos, Rectores, Præfectos hortamur, & districtè sub pœnis in ipsis constitutionibus Apostolicis insertis iisdem præcipimus, ne ipsi per se, vel suos, deinceps in Civitate, & Dicecesi Nostra, clam, vel palam Parochianos à frequentanda Parochia, verbo Dei, Missaque ibidem audienda dehortari; aut persuadere non teneri in sua Parochia Communionem Paschalem percipere, multò minùs arrogatà, inani tamen auctoritate, in eorum vitam, mores, & doctrinam inquirere præsumant. Quin præcipimus Regularibus, ut in Concionibus, & Catechismis populum ipsum, tum ad reverentiam Pastorum, tum ad eorum Missas, præsertim Dominicis, & aliis solemnibus Festivis diebus audiendas, tum ad decimas, resque alias Ecclesiis debitas solvendas, moneant, & adhortentur.

C A P U T XX.

- §. I. *Religiosi Curari Synodis Diœcesanis, & Capitulis interesse tenentur.*

UT Religiosi qui Ecclesiis Parochialibus præficiuntur, perfectiùs cognoscant, quæ ad salutem animarum in Synodis Nostris Colonensibus ordinantur, discernimus etiam eos, ad ipsas Synodos, &

ad Capitula Archidiaconalia, nec non Decanorum Ruralium, in quibus Synodi, seu Ordinationes Nostræ publicantur, esse convocandos, & cogendos.

- §. II. *Religiosus Curatus à Prælati non revocetur invitus, & inscio Ordinario.*

CUM Religiosus ad beneficium Curatum promotus non possit invitus, & Nobis non consentientibus, per Prælatum suum Regularem pro libitu beneficio illo privari, & ad Monasterium revocari, tum, ut inquit Provinciale Concilium Coloniense, quia periculosa est frequens personarum mutatio, tum quia aliquando minùs idonei surrogari solent: idcirco severè inhibemus omnibus, ac singulis Abbatibus, Præpositis, Prioribus, aliisque Regularium Præfectis, ne quemquam sui Ordinis Religiosum semel præsentatum, & ad curam animarum auctoritate Nostrâ admissum, absque causa legitima à Nobis cognita, Nostroque prævio consensu ad Monasterium retrahant; iis exceptis quibus id ipsum virtute legitimorum privilegiorum Nobis tamen priùs probandorum conceditur.

- §. III. *Bona quæcumque à Religioso acquisita Monasterio cedunt.*

QUæcumque Religiosus Ecclesiæ Parochiali præfectus, vel ex piorum oblationibus, aliisque eleëmofynis, vel Pastoralibus juribus, aut fructibus acquirat, ea omnia, dummodò à largientibus in alios Ecclesiæ usus non sint oblata, excepto tenui victu, & humili vestitu, prout Religiosam paupertatem decet, Monasterio, in quo professus fuerit, cedunt, eique fideliter tradenda sunt.

C A P U T XXI.

- §. I. *Nova Monasteria sine Ordinarii licentia non erigantur.*

AD Regularem disciplinam restituendam, & augendam, Concilium Tridentinum non minùs salubriter, quàm prudenter vetuit, de cætero nova Monasteria, vel domus tam virorum, quàm mulierum, etiam Mendicantium, siue bona immobilia eis possidere liceat, siue non, erigi sine Episcopi, in cujus Dicecesi construenda sunt, licentia priùs obtentâ.

Quomodo

Cum & plantare de privileg. §. in Ecclesiis C. unic. de Capel. Monach. in 6. Trid. sess. 25. de Reg. c. 11. sub Herman. V. pag. 366. c. 13.

Sess. 25. de Reg. c. 3.

Quomodo autem Episcopus licentiam huiusmodi ipsis impertiri debeat, GREGORIUS XV. Pontifex subjectis præscripsit verbis:

GREGORIUS PAPA XV.

s. II. Juxta Constat. Greg. XV.

Tom. 3. Bullarum, conf. 31.

Cum aliàs Fel. record. CLEMENS Papa Octavus decreverit, Ordinarios locorum licentiam ad novos Conventus cujuscunque, præsertim Mendicantium, Ordinis, in Civitatibus, & locis eorum Ordinaria jurisdictioni subjectis erigendos, impertiri non posse, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Civitatibus, & locis existentium Conventuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causâ servatis servandis cognitâ, in eisdem Civitatibus, & locis novos huiusmodi erigendos Conventus sine aliorum detrimento, commodè sustentari posse consliterit. Si verò ab eorum sententiis ad Sedem Apostolicam provocari, & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tamdiu erectionem novorum Conventuum suspendere debere, quamdiu à dicta Sede in ea causa pronuntiatum extiterit, ac aliàs, prout in decreto huiusmodi plenius continetur.

s. III. Quam Sacra Congregatio de mandato ejusdem GREGORII innovavit.

Verùm per pie mem. PAULUM Papam Quintum accepto, plerosq; ex Ordinariis prædictis favore, vel nimia exposcentium importunitate ad novos Conventus, seu domos præter, & contra tenorem prædicti decreti erigendos, plerumque adduci, quo fit, ut non habitâ debitâ eleemosynarum, seu reddituum cujuscunque Monasterii, Conventus, seu domus ratione, Monachi, seu Fratres, aut Religiosi ibi degentes manu-teneri nequeant, & ad tam exiguum numerum reducantur, ut cultus divinus in eorum Ecclesiis destituatur, ibiq; Regularis disciplina, ut convenit, conservari non valeat. Sacra Congregatio Illustrissimorum DD. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum, ad quos idem PAULUS Papa V. negotium huiusmodi rejecerat, tot incommodis obviam ire, eisq; aliquid opportunum remedium adhibere cupiens, decreti huiusmodi veriores, ac totos tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro plenè, & sufficienter expressis habens, viva vocis oraculo à S. D. N. GREGORIO Papa XV. habito, decretum prædictum, quatenus opus sit, innovat, & in usum reducit.

s. IV. Eamq; ampliavit, & extendit.

Volens, quòd de cætero Monasterium, Conventus, domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium cujuscunque, etiam Mendicantium, Ordinis, Societatis, & Instituti, quocunque nomine nuncupentur, etiam si de illis particularis, expressa, & specifica mentio habenda esset, in quacunque Civitate, vel Oppido, seu quocunque alio loco, non erigantur, nisi in eo saltem duodecim Fratres, aut Monachi, seu Religiosi habitare, ac ex redditibus, & consuetis eleemosynis sustentari valeant, ac Priores, seu Procuratores aliorum Monasteriorum, Conventuum, seu domorum aliarum Religionum, vel Congregationum, aut Societatum, seu Institutorum, huiusmodi non solum in prædictis, sed etiam in aliis per quatuor millia passuum circumvicinis locis, ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni consenserint, vel aliàs Ordinariis locorum consiterit, Religiosos Monasterii, Conventus, seu domus Regularis sic erigendi, seu erigende absque detrimento Religiosorum in Monasteriis, seu domibus antea in Civitatibus, seu locis huiusmodi erectis degentium, ibi in numero duodecim commodè, & congruè manu-teneri, & ali posse. Si vero novi Conventus, domus, Congregatio, vel Societas huiusmodi instituerentur, nulliq; alii Regulares inibi reperiantur, Ordinarii locorum nihilominus diligenter inquirent, an locorum Incolæ, & habitatores, quorum & consensum requirant, ac adhibeant, huiusmodi duodecim Religiosos in Conventibus, ut præmittitur, instituentis, commodè alere, & manu-tenere valeant.

s. V. Et appellationes à decretis ea de re per Ordinarios ferendis reservavit.

Si verò à Decreto, seu Decretis per Ordinarios prædictos in causis huiusmodi ferendis legitime appellari contigerit, ex nunc, prout ex ea die, quâ appellatio interponetur, ea ad eandem Sacram Congregationem, unâ cum toto negotio principali devoluta censeatur, appellationeque huiusmodi pendente, nihil innovandum esse, irritumq; & inane quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernens, quibuscunque in contrarium facien. Non obstantibus: Romæ, 17. Augusti 1622.

CAPUT XXII.

§. I. URBANUS VIII. diētas constitutiones extendit.

Urbani VIII. constit. 27. Bullarii Tom. 4.
INsuper URBANUS Papa VIII. quascunque facultates à Romanis Pontificibus Decefforibus suis, Monasteria, Conventus, vel alia loca Regularia, servatâ duntaxat sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini decretorum formâ, de sola Ordinarii licentia, seu etiam non servatâ formâ, & absque licentia huiusmodi erigendi, & instituendi, quæ suum nondum sortitâ sunt effectum, revocavit, & abrogavit, nec non omnium Regularium Superioribus, sub privationis vocis activæ, ac passivæ, & Officiorum quorumcunque, & inhabilitatis ad illa, & alia obtinenda; atque etiam excommunicationis ipso facto incurrendis pœnis prohibuit, ne facultatum huiusmodi revocatarum, sive alio prætextu, nova Monasteria, Conventus, vel alia loca Regularia, nisi de expressâ Episcoporum Diœcesanorum licentia, ac servatis sacrorum Canonum Conciliique Tridentini, & supradictis CLEMENTIS VIII. ac GREGORII XV. Pontificum constitutionibus recipere, erigere, seu aliâs quomodolibet instituere, seu incepta finire præsumant; sicut fusiùs cognoscere est ex sequentibus ipsius URBANI Papæ verbis:

§. II. Et facultates Regularibus desuper concessas revocat.

Sicut Nobis innotuit, complures licentia, sive facultates à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostri, per diversos Ordinum, etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Regularium Institutorum Superiores, seu alios eorum nomine ubique locorum Monasteria, domos, Collegia, Conventus, & alia loca Regularia, quovis nomine nuncupata, servatâ duntaxat sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini decretorum formâ, de sola Ordinarii licentia, seu etiam forsan non servatâ formâ, & absque licentia huiusmodi, & contra decreta à Sede Apostolica super præmissis edita, fundandi, erigendi, & instituendi importunis precibus seu etiam motu proprio, vel aliâs obtenta, & exorta fuerint: idcirco Nos omnes & quascunque licentias, ac facultates huiusmodi, literasque desuper tam sub plumbo, quàm in huiusmodi sub forma Brevis desuper expeditas, earumque tenores,

etiam veriores, & Datam presentibus, ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & infererentur, pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, iustis de causis animum Nostrium moventibus, motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & quascunque licentias, & facultates huiusmodi, literasque desuper tam sub plumbo, quàm in eadem forma Brevis expeditas, omniaque, & singula in eis quomodolibet contenta, & expressa, etiam quoad erectiones, & institutiones Monasteriorum, Collegiorum, domorum, Conventuum, & aliorum Regularium locorum huiusmodi, quæ suum nondum sortitæ sunt effectum, tenore presentium perpetuò revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, viribusque, & effectu prorsus evacuamus.

§. III. Et ne illis utantur, prohibet.

Preterea à Ordinum, etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Institutorum Regularium Superioribus, quocunque nomine nuncupatis, ceterisque personis, ad quos spectat, in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ, nec non Officiorum quorumcunque, ac inhabilitatis ad illa, & alia in futurum obtinenda, nec non etiam excommunicationis ipso facto incurrendis pœnis interdiciamus, & prohibemus, ne licentiarum, seu facultatum per Nos, ut præfertur, revocatarum, & annullatarum, sive alio quovis prætextu, vel causâ, etiam quantumvis privilegiatâ, nova Monasteria, Collegia, domos, Conventus, & alia loca Regularia huiusmodi, nisi de expressâ Ordinarii licentia, ac servatâ in omnibus, & per omnia sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini, nec non constitutionis fel. rec. CLEMENTIS VIII. que incipit: Quoniam ad Institutum, sub Data Romæ apud S. Mariam majorem sub annulo Piscatoris, die xxiii. Julii M.DC.III ac decretorum de mandato ejusdem CLEMENTIS, nec non sancti. mem. GREGORII XV. Romani Pontificis prædecessorum desuper editorum formâ, recipere, erigere, fundare, seu aliâs quomodolibet instituere, seu incepta finire, & absolvere audeant, seu præsumant.

§. IV. Numerus Religiosorum pro erigendis novis Monasteriis præscribitur.

Idem URBANUS Pontifex in alia constitutione, postquam onera Missarum
Constit. 45. §. 14.
 cele-

celebrandarum reduci, moderari, vel commutari Regularibus prohibuisset, atque Religiosorum numerum ex uniuersusque Monasterii, Conuentus, vel domus Regularis redditibus, eleemosynis, & obventionibus sustentandum præscripsisset, subiungit: *Deinceps verò Monasterium, Conuentus, domus, Congregatio, vel societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi, præter alia ad id requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis omnibus detrahendis competenter sustentari valeant, ad præscriptum decreti sel. rec. GREGORII XV. hac de re editi, alioquin Monasteria, & loca huiusmodi posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ jurisdictioni subiecta esse intelligantur.*

CAPUT XXIII.

s. I. Religiosus extra Monasterium degens, si delinquat, à quo corrigendus.

Trid. sess. 6. de Reform. c. 3.

SI quis Regularium, aut cum fœminis familiariter, & periculosè habitaverit, vel aliâ ratione extra Monasterium suum degens deliquerit, nullo privilegio Ordinis sui tutus censeatur, quò minus ab Ordinario loci, tanquam à Sede Apostolica delegato, secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat.

s. II. Intra Monasterium degens, si delinquat, à quo puniendus.

Trid. sess. 25. de Reg. c. 14.

QUI verò in Monasterio degit, & extra illud ita notoriè deliquerit, ut populo scandalo sit, & Episcopo instante, intra tempus ab ipso præscriptum dignâ pœnâ à suo Superiore non fuerit punitus, Superior suo priuetur Officio, & in delinquentem Episcopus advertat, utj decrevit CLEMENS Papa VIII. sequenti sua constitutione:

Tom. 3. Bullarum constit. 9.

CLEMENS PAPA VIII.

CAPUT XXIV.

s. I. Exordium.

SUscipi muneris ratio postulat, ut ea, quæ in sacro Tridentino Concilio provi de con-

stituta sunt, ab iis, ad quos spectat, inviolatè observari curemus.

s. II. Regularis intra Monasterium degens, & extra delinquens à Superiore puniendus, instante Episcopo.

MATURO sanè consilio ipsius Concilii decreto provisum est, ut quicumque Regularis non subditus Episcopo, intra claustra degens, extra ea ita notoriè deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo Superiore intra tempus ab Episcopo præscriptum, severè puniatur, & Superior de punitione Episcopum certiore faciat, sin minus ipse à suo item Superiore Officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

Sess. 25. de Reg. c. 14.

s. III. Executio huius decreti minus servata fuit.

VERUM, quia experientia comperit, interdum in huiusmodi decreti executione nimis remisse procedi; cum enim Episcopus instat, aliquem Regularem, eo, quo supra dictum est, modo, delinquentem à suo Superiore puniri, sæpè sit, ut Superior Regularem delinquentem ad alia suorum Ordinum loca, extra Episcopi Diœcesim, ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias provincias se conferat, nec ulterius super delinquentis excessibus inquiret, & de eius punitione Episcopum certiore reddat. Unde nec Regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest, cum extra ipsius Diœcesim existat, nec Superior, qui delinquentem corrigere negligit, Officio priuetur.

s. IV. Ideò strictè observari præcipitur.

NOS pro Pastoralis Nostra Sollicitudine, præfati decreti executioni, quantum cum Domino possumus, favere, & præmissis malis, ut par est, opportuno aliquo remedio occurrere volentes, de venerabilium Fratrum Nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium prædicti Concilii Interpretum sententia, motu proprio, & ex certa scientia Nostris ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac Nostrâ perperud valiturâ constitutione, omnibus, & singulis cuiuscunque Ordinis, & Instituti Regularium, etiam Mendicantium Superioribus, in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub indignationis Nostræ, ac privationis dignitatum, & Officiorum per eos obtentorum; eo ipso incurrendis pœnis, præcipimus & mandamus, ut juxta prædictum decretum, quilibet ipsorum, Regularem non subditum Episcopo intra clau-

stra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum, severè puniat, ac de punitione Episcopum certiore faciat, & aliàs decretum ipsum in omnibus, & per omnia exequatur.

S. V. Idq̄, cum statutis pœnis in Superiores.

Ceterùm si Superior in Regularem delinquentem non animadverterit, quin immò si illum impunitum ad alia suorum Ordinum loca extra Episcopi Diœcesani, ut præfertur, transmisserit, volumus, & simili motu, atque auctoritate decernimus, ut Superior instante Episcopo, intra terminum ab Episcopo præfigendum, & sub iisdem indignationis Nostræ, ac privationis Dignitatum, & Officiorum obtentorum, nec non & sub inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obrinenda, ac ulterius privationis activæ, & passivæ vocis, ad quas à nemine, præterquam à Nobis, & à Romano Pontifice pro tempore existente restitui possit, ipso facto similiter incurrendis pœnis, ipsum Regularem delinquentem à loco, ad quem transmissus fuit, revocare, & in quo deliquit consistere, seu sistere teneatur. Quod si hoc etiam facere prætermiserit, per præsentem similiter statuimus, ut Ordinarius loci, ad quem Regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso Ordinario loci, in quo deliquit, similiter requisitus, vel aliàs de illius delicto informatus, ut præfertur, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, prædictum Concilii Decretum omninò exequi, & in Regularem delinquentem severè animadvertere possit, & debeat.

S. VI. In correctione rigor lenitate temporandus.

Abbatres, Priores, Guardiani, Rectores, & alii Superiores Regularium in correctionibus eum modum teneant, ut nec disciplinam sine misericordia, nec misericordiam sine disciplina reliquissent videantur; sed sit in iis justè consulens misericordia, & piè sæviens disciplina; cum plus agat aliquando erga corrigendos clementia, quàm nimia severitas, plus admonitio, quàm comminatio, plus charitas, quàm potestas.

Concil. Trid.
sess. 13. de
Reform. c. 1.

S. I. Regularis ad alium Ordinem translatus incapax est beneficii sæcularis curati.

Quia Regulares de uno ad alium Ordinem translati, facilè à suo Superiore licentiam extra Monasteria commorandi solent obtinere, ex quo vagandi, & apostatandi tribuitur occasio; ex Sacræ Synodi Tridentinæ definitione declaramus; quòd nemo cujuscunq; Ordinis Prælati, vel Superior vigore cujusvis facultatis aliquem ad habitum, & professionem admittere possit, nisi, ut in Ordine ipso, ad quem transfertur, sub Superioris sui obedientia in claustris perpetuò maneat, ac tali lege translatus, ad quæcunq; beneficia sæcularia, etiam curata, omninò incapax censeatur.

sess. 14. de
Reform. c. 11.

S. II. Aliqui Superiores Apostatas reducere non satagunt.

Licet nihil sit, quod Ecclesiæ faciem magis hac tempestate deformat, quàm Apostatarum à fide, & Sacra Religione multitudo, eorumque impura vita, impiæque contra Religiosorum Ordines, & Ecclesiam Catholicam studia; quidam tamen Regulares Prælati, & Superiores, quorum conniventia, facilitate, vel etiam nimia austeritate hujusmodi Apostasias contigerunt, ob commissarum sibi animarum interitum, nullo intrinsecus dolore tangi videntur, nullaque curâ oves erraticas, ceu drachmam perditam, aut Filium prodigum quærunt.

Statut. Adolphi
III. Archep.
Colon. pag.
443. & seq.

S. III. E Monasteriis fugitivi Parochiis non præficiendi.

Nonnullos etiam ex ejusmodi Apostatis, seu fugitivis, deposito habitu Regulari, Ecclesias obtinere Parochiales, easque tanquam veros Pastores administrare, vel aliàs tanquam sæculares Presbyteros, quæ ad curam animarum pertinent, exercere intelleximus.

S. IV. Sed ad Monasteria revocandi.

Qua in re licet Archidiaconorum, & Decanorum Ruralium desideretur vigilantia: non minùs tamen Religiosorum Prælatos culpandos censemus, qui oves perditas non requirunt; quos proinde per obtestationem divini judicii monemus,

nemus, ut nihil intermittant, quod ad reducendos Fugitivos facere posse arbitrabuntur, & in recipiendis quidem eis, ita disciplinam temperent, ut rigor cum mansuetudine, iudicium cum misericordia, severitas cum lenitate misceantur. Ut autem cognoscant, quæ illorum hac in parte sit obligatio, decreta à Sacra Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Congregatione, jussu URBANI Papæ VIII. de Regularibus Apostatis, ejectis, & fugitivis edita censuimus inferenda.

Constit. 28.
Tom. 4.
Eullarii.

§. V. Decreta S. Congregationis de Regularibus ejectis & Fugitivis.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, Regularium ejectorum, & Fugitivorum statui consulere, illorumq; scandala submovere, & succrescentem numerum frangere, opera pretium existimans, auditis Religionum Superioribus, reque diligentissimè perpensa, communicato etiam consilio cum S. D. N. URBANO VIII. atque ex peculiari sanctitatis sue facultate, infra scripta Decreta edidit.

§. VI. Arctiorem Religionem ingressuro quid observandum.

UT Apostatandi opportunitas Regularibus praripiatur, statuit, ut de cætero nullus permittatur ad arctiorem Religionem transire, nisi prius Superiori legitimè constitierit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tumq; Regularis recta se transferat ad arctiorem. Quod ut reipsa adimpleatur, idem Superior omni studio, ac diligentia invigilet.

§. VII. Apostatae possunt incarcerationi.

Rursus statuit, ut Fugitivi, & Apostatae, sive habitum Regularem deserant, sive non, possint, ac debeant ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac Superioribus Regularibus consignari, secundum Regularia Instituta puniendi; utq; ipsi quoq; Superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficere, ut apprehendantur: salva tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa decreto Concil. cap. 3. sess. 6. de Reform.

§. VIII. Nisi spontè redierint.

Quod si Apostatae hujusmodi citra Montes infra quatuor, ultra Montes verò infra

octo menses, à presentis Decreti publicatione inchoandos, suâ sponte ad suam quisque Religionem redierit, tum poenarum omnium ipsis propter Apostasiam inflictarum, aut instigendarum remissionem, atque impunitatem assequantur. Ita tamen, ut debeant à Superiore absolutionem humiliter petere, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri: Superior verò è contra benignè illos teneatur excipere, ab hujusmodi poenis absolvere, & paternâ charitate complecti.

§. IX. Incorrigibilis quis dicatur, ut expelli possit?

Ad hoc ut in posterum è Religionibus nullus legitimè professus eici possit, nisi sit verè incorrigibilis; verè autem incorrigibilis minimè censeatur, nisi non solum concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex juris communis dispositione requiruntur, sublatis hac in parte statutis, & constitutionibus cuiusque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirmatis; verum etiam unius anni spatio in jejuniis, & poenitentia probetur in carceribus, proindeq; unaquæq; Religio privatos habeat carceres, in qualibet saltem provincia. Elapso autem anno, si nihilominus non resipuerit, sed animo indurato in sua pervicacia perseveraverit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre eici tandem possit, sed ab ipsomet Generali tantum, de consilio, & assensu sex Patrum ex gravioribus Religionibus, eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus, tumq; non nisi instructo secundum eorum stylum, & constitutiones, processu, & plenè probatis causis expulsionis ad Sacrorum Canonum præscriptum. Interea tamen usque ad primum Generale Capitulum, seu Congregationem proximè celebrandam, si quempiam ex justis, & necessariis causis expellere oportebit, ejectio fieri possit à Generali, cum consilio, & assensu sex Patrum, ut supra, quos idemmet Generalis eligere debeat infra quatuor menses, à presentis decreti publicatione; servata tamen in reliquis formâ superius præscriptâ.

§. X. Ejectus subest Ordinario.

Sic verò Ejecti, quamdiu non redierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant, atque Ordinarii loci jurisdictioni, & obedientiæ subsint; proindeq; Generalis illiùs expulsionis sententiam eidem Ordinario notificare teneatur.

§. XI.

s. XI. Superiores deliberatè agant cum Ejiendis.

Ceterùm Sacra Congregatio Religionum Superiores seriò admonet, ac per JESU CHRISTI viscera obtestatur, ut memores paternæ Charitatis, & mansuetudinis, quam profitentur, nihil intentarum relinquunt, ut luventur animas Fratrum suorum ferè in profundum malorum delapsas, antequam gravissimum, atque extremum expulsionis remedium experiantur, idq; eo magis, quod subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui Officii immemororum Prælatorum regimine peribunt, Dominus Noster JESUS CHRISTUS in supremo Dei iudicio de eorundem Prælatorum manibus sit requisiturus.

s. XII. Ejectis non dentur testimoniales.

Praterea statuit, ut iidem Superiores nemini ex Religiosis expulsis literas testimoniales concedant, illos ad Sedem Apostolicam rejicientes vel jubentes aliam ingredi Religionem.

s. XIII. Ejecti sunt suspensi.

Item, ut Ejecti extra Religionem degentes, sint perpetuò suspensi ab exercitio Ordinum, sublatâ Ordinarii locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.

s. XIV. Innovatur constitutio C. fin. de Regular.

Apostremò censuit esse innovandam, & Juxta Beatiudinis autoritate innovat constitutionem sel. record. GREGORII IX. relatam in C. fin. de Regular. ac praterea declarat, eam Constitutionem in iis quoq; sibi vendicare locum, servandamq; esse, qui jusse, diffinitiveq;, ac juris ordine servato expulsi fuerint, dummodo tamen in expulsis hujusmodi subsit spes evidens emendationis, ex literis saltem testimonialibus Ordinarii, cuius conscientiam in his literis concedendis Sacra Congregatio seriò oneravit.

s. XV. Observantia prædictorum decretorum commendatur Superioribus.

NE que verò difficultas in supra scriptis decretis, & ordinationibus exequendis suborietur, Sacra Congregatio Sanctissimo Domino Nostro annuente, atque approbante,

universis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscunque aliis Superioribus quorumcunque Ordinum, vel Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, domorum, ac locorum Regularium ubiq; locorum existentium, injungit, seriòq; mandat, ut illa diligenter observent, atque observari procurent in omnibus Cœnobiis, ac Monasteriis, Collegiis, ac domibus quorumcunque Monachorum, ac Regularium ubiq; locorum existentibus, efficiantq;, ut tam decreta supradicta sel. record. CLEMENTIS VIII. quam præsentis ordinationes in singulis ejusmodi locis bis saltem in anno legantur in publica mensa.

s. XVI. Contravenientium pœna.

SI quis verò ipsorum adversus ea, que superius præscripta sunt, vel eorum aliquid, quoquo modo facere, vel moliri præsumserit, ipso facto pœnam incurrat privationis omnium Officiorum, que tunc obtinebit, vocisq; activæ, & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, pœnaq; hujusmodi sit Sanctitati suæ, ac Sedi Apostolicæ reservata, iisdem Superioribus, etiam Generalibus, & Protectoribus, illam moderandi, seu relaxandi potestate penitus interdictâ; & nihilominus sit irritum, & inane, quidquid secus à quoquam actum extiterit.

s. XVII. Contrariis derogatur.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcunque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, domorum, ac locorum Regularium quorumcunque, nec non illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoq;, indulgentiis, & privilegiis, etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bullâ aurâ, aut aliâ nuncupatis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisq; efficacioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicâ potestate plenitudine, aut aliâ quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro

pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formam in illis traditam observatam, inserti forent, presentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, que supradictis quomodolibet adversantur, illis aliis in suo robore permansuris, specialiter, & expressè Sanctitatis suæ autoritate derogat, cæteris contrariis quibuscumque. Datum Romæ die 21. Septembris 1624.

CAPUT XXVI.

§. I. *Quinam ad alia Monasteria mittendi, aut carceribus mancipandi.*

SI qui sint fugitivi Religiosi, quos vel propter scandalum, vel aliam ob causam ad Monasterium recipere non fuerit consultum, illi vel mittantur ad aliud ejusdem Ordinis Monasterium, vel ad ingrediendum strictiorem Ordinem inducantur. Si autem nullam rationem ad frugem meliorem reduci queant, aut toties, & taliter deliquerint, ut secundum Regulam, aut statuta Ordinis non sint recipiendi; Prælati advigilent, ne extra Monasterium relictæ populi fiant seductores. Quapropter expediet eos potius perpetuis carceribus mancipari, ne quod metuendum est, alios secum in æternam damnationem trahant: aspera quidem hæc, sed brevis poenitentia forè eos ad beatam refrigerii mansionem perducet, qui suæ relictæ voluntati, certò in abyssum inferni erant demergendi.

§. II. *Rebellium apprehensioni Magistratus secularis assistat.*

IDEO vestigiis Prædecessoris Nostri ADOLPHI III. inhærentes, Christianos Principes, Magistratus sæculares, & quotquot potestatem coercendi habent, requirimus, ut suo ministerio ad laudem Dei, & Ecclesiæ salutem perfungentes, obstinatos Apostatas, & Sanctimoniales, in suis fordibus, & rebellionem hærentes, seductores quoque fidelis populi, postquam ab Ecclesiastico Magistratu ad hoc requisiti fuerint, potenti manu capiant, tradantque suis Superioribus, aut Monasteriis poenitentiam salutari submittebant.

§. III. *Pœna recipientium Fugitivos.*

IN usum porro revocantes, quæ à prædicto prædecessore Nostro ADOLPHO III. aliisque in poenam Apostatarum, & inobedientium decreta fuerunt; præcipimus, ne quis cujuscunque status, vel conditionis fuerit, Monachos, vel Monachas, Fugitivos, vel Fugitivas, & extra Superiorum suorum obedientiam, evagantes, quos noverit certam aliorum relatione, aut Superiorum testimonio, vel alio quovis modo esse tales, recipere, fovere, aut ad Sacramenta, vel Ecclesiastica Ministeriamittere aufferit, sub poena excommunicationis, quam ipso facto incurrat. Quin & ipsi Religiosi, cujuscunque autoritatis, & dignitatis fuerint, cum Religiosis Apostatis, & inobedientibus, sub eadem poena non communicent, nisi ad effectum eos convertendi, & ad poenitentiam inducendi.

Par. 416.
& 443.

§. IV. *Religiosis foris degentibus an saveant dispensationes, quas prætentunt.*

Religiosi, qui autoritate literarum Apostolicarum, vel dispensatione in Curia Romana, aut à Legato, vel Nuntio Apostolico obtenta, se extra Monasteria sua manere posse prætentunt, nullum ex hujusmodi literis sentiant patrocinium, nisi à Nobis, & suis Superioribus fuerint examinata, & approbata; aliàs verò illos, haud secus quam publicos Apostatas haberi, vitari, & Superioribus suis cum rebus omnibus, quas habent, tradi volumus.

Stat. Adolph III. pag. 447.
& 448.

§. V. *Apostatarum Conversio orationibus juvetur.*

QUAMVIS Apostatæ ob poenam excommunicationis, quam Apostatando incurrunt, tanquam abscissa à corpore membra, nullum ex communibus Ecclesiæ, & Ordinis sui orationibus, aliisque meritis habeant fructum; sed traditi sint Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat, peculiaribus tamen orationibus adjuvandi sunt, ut Deus det illis poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciant à Diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.

2. Tim. 2. v. 25. & 26.

§. VI. *Capitulum discipline diligenter servetur.*

AD corrigenda verò, quæ aut negligentia, aut infirmitate, vel etiam malitia contra Regulam, & Constitutiones Ordinum perpetrata sunt, efficax & accommodatum remedium semper habitum fuit Capitulum *discipline*. Id si alicubi negligatur, aut si rariùs, quàm Regula, & statuta præscribunt, observetur; vel si quid, quod ad primam ejus formam, & institutionem pertinet, in eo desideretur, id ipsum Præfectorum, aut Superiorum vigilantia, curâ, & sollicitudine, quamprimùm emendetur; negligentes hac in parte, aut remissi, in visitatione, & in Capitulis Ordinis Generalibus, aut Provincialibus corrigantur.

§. VII. *Præscripta Decreta à Religiosis servanda.*

Denique omnes, ac singulos quorumcunque Monasteriorum, Conven-

tuum, & Collegiorum Abbates, Priores, Guardianos, Rectores, Præfectos, & Superiores in virtute obedientiæ, quam vel in confirmatione suæ electionis, vel in consecratione Sacerdotalis Ordinis Pontifici Maximo, sive Nobis velut Episcopo tuo Dicecesano promiserunt, monemus, ut ex definitionibus Oecumenicorum Conciliorum, Summorum Pontificum Constitutionibus, & decretis, ad ipsorum salutem, & Ordinis cujuslibet conservationem, honorem, atque utilitatem præscripta, tanquam obedientiæ filii exequi, ac perficere contendant: alioquin si ea, vel non curaverint, vel negligenter distulerint, Nos in Monasteriis, Conventibus, & locis Regularibus jurisdictioni Nostræ subiectis, autoritate Ordinariâ, in exemptis autem autoritate Apostolicâ eadem inviolatè observari faciemus.

TITULUS IX.

De Scholis, & Ludimagistris.

CAPUT I.

§. I. *Scholarum utilitas.*

Primùm interest, ut pueri puellæque rectè erudiantur. Juventuris enim institutio tanti momenti est, ut ab ea totius propemodùm Reipublicæ Christianæ salus dependeat. Ideò curent Pastores, & Vice-Pastores, ut quamprimùm pro sexus utriusque pueris, latinæ, & germanicæ Scholæ, in singulis Dicecesis Nostræ urbibus, oppidis, & pagis, saltem frequentioribus, erigantur, & temporum injuriâ collapsæ restituantur, agantque cum Præfectis, & locorum Primariis, ut ex loco commodo, & Ecclesiæ vicino constituantur; & rationem ipsis Ludimagistris de annuis stipendiis providendi ineant; mediis verò Ludimagistros alendi deficientibus ipsi Parochi, & Vice-Parochi, eorumve Vicarii, seu Sacellani exemplo Salvatoris Nostri, qui parvulos ad se venire hortatus est, & blandè venientes excepit, Dei & proximi amore pueros instruant.

Mar. 10.
v. 14.

§. II. *Magistri probati juventuti præficiantur.*

Cæterùm Scholis Ludimagistri Catholici, pii, eruditi, & bene morati, ac tales, ad quorum vivendi rationem tanquam ad normam puerorum vita, ac mores componi possint, præficiantur; & nullus in posterum Ludimagister, Hypodidascalus, seu adjutor ad docendum publicè, vel privatim assumatur, nisi qui exhibitis idoneis Catholicæ Fidei, doctrinæ, vitæque testimonialibus, per Nos, Nostrum Vicarium in spiritualibus Generalem, Archidiaconum, aut Decanum Ruralem, aut saltem loci Pastorem, vel Vice-Pastorem examinatus, juventuti instituendæ idoneus repertus fuerit, atque orthodoxæ Fidei professionem emiseric.

§. III. *Juventus bonis moribus, & Catechismo canis instituenda.*

Ludimoderatores hujusmodi commissos sibi discipulos, sive latinam, sive germanicam addiscant linguam, non tantum

tum literis, sed ante omnia fundamentis Catholicae Religionis, bonis moribus, aliisque piis, & honestis exercitiis manere, meridie, vesperi, & de die fieri consuetis sedulo imbuant. Quo sine Ludimagistri, vel Ludimagistræ antequam ad instruendam juventutem admittantur coram Pastore, seu Vice-Pastore loci promittant, quod Catechismo Petri Canisii, vel alio auctoritate Nostrâ approbato utentur, puerosque verecundiam, modestiam, pietatem erga Deum, & parentes, erga Magistratum Ecclesiasticum, & sæcularem reverentiam, & obedientiam docebunt; remedium siquidem hoc ad fidem orthodoxam integerrimè tuendam, ac pravæ Religionis prohibenda contagia est efficacissimum.

§. IV. *Libri hæretici, & impuri non permittantur.*

Nulli Ludimagistri, vel Ludimagistræ, nec quicumque eorum Hypodidascali, seu adjutores libros hæreticos, turpia, aut obscena continentes, vel à Nobis, Nostrisque librorum censoribus ordinariis non approbatos, discipulis suis proponere, prælegere, seu explicare audeant; sed & advertant ne pueri similes legant; blandum enim incautis virus facile instillatur; secus facientes, vel exemplo vitæ, offendiculo esse deprehensi, nisi moniti respuerint, à docendi munere protinùs amoveantur.

§. V. *Pietas juventuti insillatur.*

Ludimagistri, seu Hypodidascali comprimis discipulos ad Sacro-sanctum Missæ Sacrificium quotidie piè audiendum; stans verò diebus, & horis ad lectio-

nem Catechetica deducant, diligenterque ipsos modum manere, meridie, ac vesperie orandi, mentæ benedicendi, ac deinde gratias agendi, Sacerdoti item sacrificanti inserviendi, ac peccata sua confitendi doceant; iis autem qui annos discretionis attigerint, methodum sese ad Sacram communionem ritè, religiosèque disponendi tradant. Ut à teneris discipuli puram, & inviolatam semper retineant conscientiam, & regnum Dei quærant, Ludimoderatores attendant, ut frequentius in anno, præcipue verò circa quinque anni Festa Solemniora videlicet: *Paschatis, Pentecostes, assumptionis gloriosissimæ Virginis Mariæ, omnium Sanctorum, & Nativitatis Domini*, ipsis præsentibus confiteantur, vel saltem factæ tunc confessionis à singulis testimonium Confessarii exigant, simulque advigilent, ut adultiores Sacræ Synaxi sæpiùs reficiantur, & in suis Parochiis communicent.

§. VI. *Pauperes, etiam minervalibus, & præmiis juvandi.*

Ad tollendam occasionem pauperibus conquerendi, quod ob defectum mediorem proles eorum scholas frequentare nequeant, Provisores mensæ pauperum Ludimagistris dimidium ejus, quod ditiores pendunt pro pauperibus solvant. Item ex eleëmolyinis mentæ pauperum libros ad discendum necessarios subministrant, curentque ne unquam ipsis desint Catechismi, & præmiola tempore Catechesios distribuenda: nam persæpè humano affectu dominante pauperibus præteritis, & neglectis soli ditiorum liberi munusculis ad diligenter studendum animantur.

TITULUS X.

De Seminario.

CAPUT UNICUM.

§. I. *Archiepiscopalis Seminaris instauratio & promotio summè utilis.*

Maximum conservandæ Catholicae Religionis, & restituendæ Ecclesiasticæ disciplinæ præsi-

dium Patres Oecumenici Concilii Tridentini in pia sæcularium Clericorum educatione collocarunt ut, optimis moribus & sufficienti doctrinâ instructi, verbo, & exemplo Christiano populo præesse pariter, ac prodesse possent; idèque serio omnibus Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Ecclesiasticis Superioribus

Seff. 23. de Re-form. c. 18.

bus inculcarunt, ut de erigendo per Diœceses suas Clericorum Seminario essent solliciti, ubi conquisiti bonæ indolis Adolescentes, ad animarum curam suscipiendam, in omni virtutum, & scientiarum genere instituerentur. Quapropter FERDINANDUS Archiepiscopus prædecessor Noster, piissimæ Patrum dicti Concilii intentioni satisfacere cupiens, pro suo in Catholicam Religionem zelo, ejusmodi Seminarium in Civitate Nostra Coloniaensi erexit: sed ob varias, quæ postea secutæ sunt, temporum injurias, & rerum difficultates, laudabiliter ceptus conatus continuari, & optatos fructus producere non potuit: Nos proinde vestigiis ejusdem inhærentes, Seminarium hoc ad Catholicam fidem fovendam, augendamque restaurare, ac totis viribus promovere unice desiderantes, illud stabiliendum, confirmandum, & augendum esse censuimus; prout maturo desuper cum Venerabilibus Decano, & Capitulo Nostro Metropolitanano præhabito consilio, ad Dei omnipotentis gloriam, Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ incrementum, & animarum salutem, assignatis eidem certis annuis proventus, locoque habitationis à Decano & Capitulo Nostro præfato, in usum Seminarii specialiter donato, restauramus, ac ipsius institutionem sub certis Regulis, ac legibus à Nobis præscriptis confirmamus, & stabilimus. Quocirca hortamur omnes in Domino, ut ad tam salutarem institutum omni conatu concurrant, mediisque suggerant, & conferant, ut indies majus sumat incrementum.

s. II. *Seminarii Inspectores.*

UT autem ejusdem Seminarii conservationi, bonoque tam in his, quæ ad Alumnorum institutionem, & disciplinam, quàm quæ ad victum, vestitum, aliisque hujusmodi necessaria pertinent, opportuniùs consulatur, & oblatae Seminario pecuniæ, redditus, & legata diligentius administrantur, certos è Clero Nostro sæculari spectatæ virtutis viros, in ipsius Seminarii Inspectores, Directores, Provisores, Præsides, & Oeconomum de consensu Capituli Nostri deputavimus, quos ut Seminarii bona, & facultates benè impendantur diligentissimè advigilatos, planè confidimus.

s. III. *Inspectoribus reddendus computus.*

VOlumus etiam, ut Seminarii Præsides, & Oeconomus quotannis circa Vernalium tempus, administrationis, & Oeconomix suæ coram Nostri ad id deputatis Inspectoribus, Directoribus, & Provisoribus fideliter rationes reddant, simulque de Alumnorum in virtutum, ac doctrinarum studiis, moribus, & pietate progressu accuratam relationem faciant. Mandamus pariter Seminarii Inspectoribus, Directoribus, Provisoribus, Præsidi, & Oeconomus, ut omnium reddituum, proventus, jurium, obventionum, & emolumentorum, nec non disciplinæ domesticæ diligentem curam habeant; regulas, ac leges Seminarii exactè faciant observari, & Nobis singulis annis de statu totius Seminarii exactam informationem transmittant.

TITULUS XI.

De Custodibus Ecclesiarum.

CAPUT I.

s. I. *In Custodes quinam assumendi.*

AD Custodum, seu Campanariorum munus alii non admittantur, quàm viri Catholici,

Dei timore præditi, & pii, vitæ honestæ, boni nominis & famæ, latinæ linguæ, & cantus Gregoriani periti, ut cum Parochis divinum Officium decenter decantare valeant. Corpore insuper sint integro, non autem mutilo, manco, seu enormiter deformi.

s. II.

§. II. *Custodibus pro instructione pauperum merces solvenda.*

Qui si Ludimagistrorum munere fungantur, & juventutem erudiant, Magistri Fabricæ Ecclesiarum, seu Provisores mensæ pauperum, respectu pauperum, quos docebunt gratis, aliquam ipsis portionem ex redditibus Fabricæ Ecclesiæ, vel bonis mensæ pauperum labori proportionatam pertolvent.

§. III. *Laudabile est, si Sacerdos juventutem instruat.*

Pastore vero loci, vel Vice-Pastore, Sacellano, aliòve Sacerdote auctoritate Nostrâ ad id approbato hanc juventutis docendæ, instituendæque, Provinciam appetente, is alteri non Clerico, seu Custodi præferatur; maxima etenim in Republicam, & privatos commoda ex bona juventutis institutione redundare solent; illis autem juventutis docendæ munus non affectantibus Custos, dummodo sit idoneus, cuicumque alii sæculari præferatur.

§. IV. *Ludimagistri ante admissionem professionem fidei emittant.*

Ad Ludimagistri munus reperti idonei, præmissâ professione fidei Catholicæ, præviòque obedientiæ & reverentiæ Pastori seu Vice-Pastori exhibendæ juramento admittantur.

§. V. *Admittendi rerum sibi creditarum cautionem præsentent.*

An te admissionem etiam iudicio Pastoris, & Ædilium idoneam cautionem, pro sacra supellectile, vasis, ornamentis, vestimentis Ecclesiasticis, linteis Altarium, cunctisque utensilibus Ecclesiæ ipsorum curæ & custodiæ committendis præsentent; horum omnium, & singulorum accurata specificatio iisdem, dum admittuntur, à loci Pastore, seu Vice-Pastore descripta in forma authentica tradatur, quam subscribant, & de specificatis se responsuros, officiumque per se ipsos administraturos spondeant.

§. VI. *Custodes Parocho semper sint ad manum, divinisq; in superpelliceo assistant.*

Quavis horâ sint parati, ut Pastoribus, Vice-Pastoribus, eorumque Vicariis serviant. Sine Pastoris, seu Vice-Pastoris licentia à Parochia non absint: exeuntes domesticis, si quos habeant, vel Pastori, aut vicino, quo vadant, indicent; sub Officio divino, & administratione Sacramentorum superpelliceo mundo temper induti Pastoribus, seu Vice Pastoribus assistant, & inserviant.

CAPUT II.

§. I. *Ostia Ecclesiæ diligenter observent.*

Custodes ostiorum Ecclesiæ diligentem curam habeant, ea debitis temporibus aperiant, ac finito divino Officio claudant; maximè si per templa, quibus serviunt, quasi per plateam publicam transitus fiat; aut non tam orationis, quam ambulationis causâ eò homines convenire soleant.

§. II. *Diebus ferialibus ostia minora tantum aperiant.*

Diebus ferialibus non integras valvas, sed minimas duntaxat templi januas aperiant; quas ita componant, ut onera portantibus transitus non pateat: indecentissimum enim est, domus Domini soli orationi, sacrificiis, Sacramentorum usui, & sacre doctrinæ consecratas in vias publicas converti.

§. III. *Tota quotannis purgesur.*

ET quia domum Dei vel maximè mundam esse convenit, Custodes, quotannis minimùm semel integras Ecclesias, Capellas, & Sacella ab omni pulvere, atque araneorum telis expurgent, nec non in tectis, concamerationibus, pavimentis, ostiis, seris, aliisque similibus debitam conservent munditiam; parietes autem ad altitudinem fenestrarum, ipsasque fenestras, & Sacro-sancta Altaria, eorumque lacunaria, integumenta, & sacras imagines quater minimùm in anno, circa Nativitatem nimirùm, & Resurrectionem Dominicam, Assumptionem gloriosæ

Virginis Mariæ, ac sancti Patroni, seu Tutelaræ Ecclesiæ Festivitatem mudent.

s. IV. *Impedimenta suis quæque locis reponenda.*

Feretra, seu vehicula, quibus in supplicationibus Sanctorum Reliquiæ, ac imagines portantur, & fulcra, quibus in medio templi certis diebus exponuntur, sediliaque, & scamna pro Sodalitatibus, & lectione Catechetica destinata, aliæque impedimenta taliter seponant, ut decori domus Dei non officiant. Nunquam autem Ecclesias, nisi finitis Officiis divinis, & foribus templi clausis mudent, vel ornent.

s. V. *Reliquiæ, & Vasa sacra profanis manibus non contrectentur.*

Sedulò advigilent, ne Sanctorum Reliquiæ sacrilegiis, aut furto expositæ sint, neve abjiciantur, vel sine reverentia tractentur, neque eas, aut sacros Calices, patenas, aliæque vasa, Corporalia, palas, purificatoria, nisi in sacris Ordinibus constituti fuerint, attingere audent.

Concil. Provinc. Colon. sub Hieron. V. part. 3. cap. ult.

s. VI. *Aqua lustralis quo ritu benedicenda.*

Tamet si ipso die Paschatis, & Pentecostes in Ecclesiis, ubi fons Baptismalis consecratur, Christi fideles aquâ pridie in fonte Baptismi benedictâ, & ante infusionem sancti Olei, & sacri Chriftmatis inde haustâ aspergantur; aliis tamen Dominicis Missam celebraturus, vel alius Sacerdos albâ, & superpelliceo, desuperque stolâ indutus præparatum sale, & aquam mundam in sacristia, vel Ecclesia ex decreto S. ALEXANDRI Papæ ac Martyris benedicat, eâque populum aspergat.

C. aquam de consecrat. dist. 3.

s. VII. *Ea singulis septimanis renovanda.*

Atendant quapropter Sacristæ, & Custodes, seu Æditui, ne ullis in Ecclesiis, præsertim Parochialibus, vas cum aquâ hujuscemodi lustrali, antecedente Dominicâ benedictâ unquam desit: eamque singulis hebdomadibus in aquiminariis, & amulis renovandam diligenter curent; aquiminaria, & amulas mudent, & ne quis faciem, manus, vel aliud quidquam in his abluat, aut ex iis

canes bibant, studiosè provideant, ex elapsa hebdomada reliquum in sacrarium, vel cæmeterium effundant.

s. VIII. *Campanarum cura habenda.*

Custodum etiam est campanas diebus Sabbathinis, & profestis meridie, & velperi pullare, atque campanarum sono Ecclesiæ Ministros, aliosque Christi-fideles ad Officium divinum, verbumque Dei audiendum statuto tempore convocare, campanarum pariter curam gerere, & si quid contractum, aut quod frangi facillè possit deprehenderit, Pastoribus, Vice-Pastoribus & Ædilibus significare.

s. IX. *In sacristia quæ observanda.*

Custodes sacristiam, seu sacrarium sceminas nunquam ingredi, multò minus Altaria, seu tabulas eorum superiores pedibus calcare patiantur. In singulis quoque sacristiis lavacrum cum aqua pura, & duo munda lintea, unum quo ante, alterum quo post peractum sacrificium, Sacerdotes manus tergant, suspendant.

C A P U T III.

s. I. *Celebrantium paramenta sint munda & integra.*

AD Custodis præterea officium pertinet, præparare vestes Sacrificantium, amictum seu superhumerali, albam, cingulum, manipulum, stolam, planetam seu casulam: eæ sint omnes integræ, munda, ab Episcopo, vel alio, cui per Sedem Apostolicam id licet, benedictæ, ac tales, ut cum honore, ac decore divinis usibus servire queant. Vestes laceras refici faciant.

s. II. *Casula, & dalmatica ejusdem materiae non separentur in usu.*

Casulas ad divinum Officium solemnius obeundum ordinatas, quibus dalmaticæ ex eadem materia confectæ respondent, quando sine Diacono, & Subdiacono sacrificatur, non exponant.

s. III. *Hosie curentur recentes, & vinum purum.*

Hostias in singulos saltem menses novas, recentes, nitidas & integras in pixide munda conclusas, vinumque naturale

turale de vite purum, non acetosum aut corruptum procurent.

s. IV. *Aqua recens in poculo servetur pro Sacrificio.*

Aquam in usum Sacrificii limpidam, ac recens haustam, non in lavaero, aut titula, in quam urceolos, aut ampullas immergunt; sed in mundo, & decenter cooperto angusti oris poculo, huic duntaxat usui destinato, servant, ex quo illam in ampullas infundant.

s. V. *Post Sacrum quid faciendum incumbat Custodibus.*

Absoluto Missæ sacrificio cereos extinguant, & ut Altaris lintea à pulvere, & sordibus diutiùs pura conserventur, superiorem ejus mappam corio, vel alia crassiori telâ coloris alterius tegant, expositaque ornamenta sive linea, sive lana, vel ex pretiosiori materia sint, ab omni pulvere, & macula, si quam fortè contraxerint, expurgent, ordinatèque complicata in Vestiarii scriniis, vel alibi decenter recondant.

s. VI. *Sacra vasa, & linea supellex sæpiùs mundanda.*

Vurceolos, seu ampullas, pixides, candelabra, & cætera vasa argentea, ænea, ac stannea, singulis saltem bimestribus, aut etiam crebriùs diligenter abluant, superpellicea, lintea, mappas Altarium, Cruces, imagines, reliquamque sacram supellectilem semper mundam, & nitidam exhibeant, ac proinde quoties opus fuerit, per annum lavent, & purgent.

s. VII. *Sacra vasa, & purificatoria à quo eluenda.*

Calices porrò, patenas, vasa sacrorum oleorum solus Sacerdos, aut Clericus majoribus Ordinibus initiatus; vel si is desit, ipse Parochus expurget. Corporalia, pallas, & purificatoria primùm Sacerdos, vel Clericus in sacris Ordinibus constitutus lavet, dein aliæ honestæ personæ accuratiùs eluant. Aqua verò quâ Sacerdos ea abluit, non in plateam, sed in piscinam, vel sacrarium effundatur.

s. VIII. *Corporalia, & purificatoria cruce signentur.*

Quandoquidem res divino cultui dicatæ, usibus profanis adhiberi non debeant, idcirco, juxta antiquam Ecclesiæ consuetudinem, Corporalia, & Altarium lintea in quatuor angulis; pallæ verò, & purificatoria in medio crucis signo rubei, aut cærulei coloris muniantur, seu acu pingantur; ut ab aliis profanis linteis dignoscantur.

s. IX. *Vestes sacre detrita comburantur.*

Corporalia, pallas, purificatoria, & alia Ecclesiæ ornamenta vetustate detrita comburant. Cineres in sacram Piscinam, fossas pavementorum Ecclesiæ aliùmve locum honestum, ubi nullus est transitus, effundantur; fundus tamen tabernaculi parte Corporalis detriti operiri poterit.

s. X. *Oblata fidelium ad Altaria non recipiantur à feminis.*

Quæ fideles stationum, vel alio quovis tempore ad Altaria offerre solent, nusquam ne in Monasteriis quidem, aut Collegiis virginum scemina recipiat.

s. XI. *Custodes in Choro cum aliis canant.*

Cum divinum cantatur Officium, Æditui unâ cum aliis devotè concinant; aliàs autem reverenter, & piè, prout Sacerdotum, ac Ecclesiæ ministros decet, assistant, vel flexis genibus, unâ cum Sacerdotibus, Diaconis, aliisve Clericis, ac Dei ministris preces Ecclesiæ, totâ mente Deo offerant.

C A P U T I V.

s. I. *Reverentiæ meminerint.*

ÆDituis divina non vilescant mysteria; sed Sacramentis salutis nostræ fontibus honorem debitum deferant. Absit ab iis stulta persuasio, quasi privilegio muneris sui, ab honore, & adoratione interiori, & exteriori Deo præstandâ eximantur; quin fides eorum viva excitetur, ac augeatur, charitas, & pietas in Deum incalcescat tantò vehementiùs, quantò divini erga Nos amoris, ac fervoris

ris

ris mysteriis, & Sacramentis propinquius assistunt.

s. II. *Maximè erga Eucharistiam.*

QUare quotiescunque tabernaculum sanctissimi Sacramenti, aut Summum Altare transeunt, faciem reverenter ad illud convertant, ac flexo poplite Deum supplices adorent; quod etiam in transitu SS. Sacramenti, dum sacra Communio distribuitur, observent.

s. III. *Mane, vesperi, & meridie dent signum salutationis angelicæ.*

Concil. Provinc. Colon. sub Theodorico Archiep. pag. 235.

CUstodes quoque ex antiqua, & laudabili Ecclesiæ consuetudine, mane, meridie, & vesperi ad excitandam Incarnationis, Passionis, & Dominicæ Resurrectionis memoriam; Christi que fideles ad orationem incitandos, campanæ majoris pulsu dent signum salutationis angelicæ.

s. IV. *Vesperi dent signum ad orandum pro defunctis.*

1. Machab. 12. vers. 46.

Quia sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur, idcirco decretum Synodi Diocesis Colonienfis sub prædecessore Nostro FERDINANDO Archiepiscopo habitæ confirmantes; præcipimus, ut in omnibus, & singulis Civitatis, & Diocesis Nostræ Ecclesiis, Oratoriis, & Sacellis, post vespertinum pulsum, diversæ campanæ signo, ubi plures sunt, ejusdem autem, ubi una duntaxat existit, fidelis populus orationis pro defunctis fundendæ admoveatur; Curentque Decani tam Collegiales, quàm Rurales, & quicumque alii Superiores, cum hujus Nostræ mandati ad eos notitia pervenerit, quantocyùs in suis Ecclesiis, Oratoriis, & Sacellis pium hunc morem introduci.

s. V. *Indulgentiæ salutationem Angelicam prædicto tempore Orantibus concessæ.*

Cit. pag. 235. §. 10.

VT verò hæc devotio indies crescat, & augeatur exemplo THEODORICI

Archiepiscopi Colonienfis, Decessoris Nostræ, omnibus utriusque sexus contritis, & confessis, qui ad salutationis Angelicæ signum, manè, meridie, ac vesperi datum, preces ad Deum fuderint, ac pro Ecclesiæ necessitate ad honorem, & memoriam Incarnationis, Passionis, & Dominicæ Resurrectionis piè oraverint, de cœlestibus Ecclesiæ thesauris quadraginta dies de injuncta iis pœnitentia, toties, quoties id fecerint, benignè relaxamus.

s. VI. *In Summa Missa ad elevationem S. Hostiæ detur signum.*

CUstodes in Summa Missa ad elevationem sanctissimi Corporis, & Sanguinis Dominici dent signum campanæ, ut populus vota, desideriaque sua ad placandam iram divinam, unâ cum Sacerdote celebrante dirigat.

s. VII. *Subortâ aëris tempestate pulsantur campanæ.*

Concitatâ denique aëris tempestate campanas juxta pium Ecclesiæ morem pulsare non omittant; tum ad aëreorum malignitatem tempestatum, & diabolicas machinationes depellendas, tum ut Christi-fideles ad Dei misericordiam, & ab imminente periculo liberationem, piis orationibus implorandam impetrandamque invitentur.

s. VIII. *Dum verno tempore campanæ pulsantur insolentia caveantur.*

Provideant autem, ne, dum tempore verno pro repellendis aëris injuriis campanæ vesperi, noctu, vel manè pulsantur, in templis computationes tolerantur, aliæque insolentiæ, quibus Dei ira potiùs accenditur, quàm placeatur, exerceantur.

TITVLVS XII.

De bonis Ecclesiasticis ritè conseruandis, & administrandis.

CAPUT I.

s. I. *Bona Ecclesie non facillè alienanda.*

Magna à Prælatiſ, aliisq̄ue Ecclesiasticis diligentia adhibenda est, ut quæ Ecclesiis, vel Majorum pietate donata, vel Antecessorum suorum industriâ sunt acquisita, benè conseruentur; cavendum verò, ne bona Ecclesiarum permutentur, oppignorentur, vendantur, vel alienentur, nisi evidens id suadeat utilitas, vel inevitabilis exigat necessitas, decretumq̄ue iudicis Ordinarii accedat, & solemnitates à jure requisitæ exactè obseruentur: quin potiùs sedulò laborandum, ut Ecclesiæ subtracta, vel non legitime alienata vindicentur, & recuperentur.

s. II. *Ablata Ecclesiis restituenda.*

ET quia ob suppressa, vel deperdita monumenta, & documenta plurima Ecclesiarum bona, & jura ab aliis injultè detinentur, & usurpantur, partes Officii Nostri Archiepiscopalis adimplere cupientes, omnibus, ac singulis Civitatis, & Diocesis Nostræ subditis, maximè verò Satrapis, Prætoribus, Scabinis, Secretariis, Scribis, antiquorum censuum, & jurium Receptoribus, ac Notariis seriò mandamus, ut si quam notitiam, aut suspicionem habeant, aut quacunque occasione acquirant, Ecclesiarum jura, bona, vel redditus ab aliis occupata hætenùs, vel adhuc usurpari, desuper Nobis accuratam faciant relationem, ut præviâ diligenti inquisitione, Ecclesiæ restituantur, & hujusmodi Usurpatores condignâ penâ afficiantur: monemus eosdem sub obtestatione divini iudicii, ut Ecclesiis, aut piis locis debita integrè, & promptè persolvant, aliisve bono exemplo præluceant; nullatenùs autem vel minimum ipsi prædetineant; quin potiùs implorati contra similes Prædetentores Ecclesiasticis, & lo-

corum piorum Inspectoribus sine ulla tergiversatione assistant. Si enim, qui in Actibus Apostolorum sponte suâ omnia Deo devoverant, propter modicam subtractionem subitâ morte perierunt, & pecunia eorum piè promissa, sed non integrè oblata, illis exitium attulit corporis & animæ, quantò magis timendum est, ne graviùs puniantur, qui Deo debita subtrahunt, negant, aut supprimunt.

s. III. *Bonorum Ecclesie injusti Possessores excommunicantur.*

VT verò omnibus innotescat, quàm graviter peccent, qui CHRISTI patrimonium usurpant, volumus ut Pastores, Vice-Pastores, & Concionatores, Concilii Tridentini decretum contra Occupatores quorumcunque bonorum, & jurium Ecclesiasticorum suis Auditoribus, minimùm bis in anno, nempe ad Evangelium de villico iniquo: & quo jubemur reddere Deo quæ Dei sunt, inculcent quem in finem decretum illud inferendum censuimus: *Si quem Clericorum, vel Laicorum inquit, quacunque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat in tantum malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Ecclesie, seu cujusvis secularis, vel Regularis beneficii, montium pietatis, aliorumq̄ piorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura, etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascunque obventiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates converti debent, per se, vel alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut Laicorum, seu quacunque arte, aut quocunque quæsito colore; in proprios usus convertere, illosq̄ usurpare præsumserit, seu impedire, ne ab eis, ad quos jure pertinent, percipiantur: is anathemati tamdiu subiaceat, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocunque, etiam ex donatione suppositæ persone pervenerint, Ecclesia, ejusque Administra-*

Cap. 5.

sess. 22. de Res. c. 11.

C c

nistra-

nistratori, si ve beneficiato integrè restituerit; ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si ejusdem Ecclesiæ patronus fuerit, etiam jure patronatus, ultra prædictas pœnas, eo ipso privatus existat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & usurpationis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, ejusdem pœnis subjaceat, nec non quibuscunque beneficiis privatus sit, & ad quæcunque alia beneficia inhabilis efficiatur, & à suorum Ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui Ordinarii arbitrio suspendatur.

S. IV. Decimæ Ecclesiis solvendæ.

Similiter ut constet, quanta sit decimarum Ecclesiæ reddendarum obligatio, præcipimus iisdem Pastoribus, Vice-Pastoribus, & Concionatoribus, ut subsequens ejusdem Concilii Tridentini decretum, maximè paulò ante messem è suggestu promulgent: *Non sunt ferendi, qui variis artibus decimas Ecclesiis obvientes subtrahere moliantur, aut qui ab aliis solvendas temerè occupant, & in rem suam vertunt: cum decimarum solutio debita sit Deo: & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadunt. Præcipit igitur sancta Synodus omnibus, cujuscunque gradus, & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur, in præsertim Cathedrali, aut quibuscunque aliis Ecclesiis, vel personis, quibus legitime debentur, integrè persolvant. Qui verò eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur: nec ab hoc crimine, nisi plenâ restitutione secuti, absolvantur. Hortatur dehinc omnes, & singulos pro Christiana charitate, debitoq; erga Pastores suos munere, ut de bonis sibi à Deo collatis, Episcopis, & Parochis, qui tenuioribus præsumt Ecclesiis, largè subvenire, ad Dei laudem, atque ad Pastorum suorum, qui pro eis invigilant dignitatem tuendam, non graventur.*

C A P U T II.

S. I. Beneficiati reddituum suorum Indicem erigant.

Pro accuratori autem bonorum Ecclesiasticorum conservatione, universi, ac singuli tam in Metropolitana Nostra, quàm Collegiatis Ecclesiis Civitatis, & Diocesis Nostræ Vicarii, aliiq; beneficio, vel Officio Ecclesiastico gaudentes, Curati, & non Curati, residentes, & non resi-

identes monumenta, literas originales, fundationum suarum Vicariarum, beneficiorum, & Officiorum, atque omnium bonorum ad Vicarias, beneficia, & Officia spectantium intra annum à monitione computandum, unâ cum claro, & distincto eorum bonorum, censuum, omniumque proventuum, & onerum indice, plenaque designatione limitum, & hypothecarum, & quidem si à quindecim annis confectus sit index, à persona publica, præsentibus duobus saltem testibus renovato, Decanis, & Capitulis suis exhibeant; cujus duo exempla authentica ab eadem publica persona conscribantur, & subscribantur; unum cum aliis Ecclesiæ monumentis, & documentis in communi Capituli Archivo, seu tutiore parte Ecclesiæ, firmo in serinio in hunc usum parato, sub tribus clavibus variè fabricatis; quarum unam Prælatus Ecclesiæ, alteram senior Canonicus Presbyter, ac tertiam senior Canonicus Diaconus habeat, conservetur; & si Archivum, seu scrinium ejusmodi erit aperendum, clavium Custodes ipsi compareant: alterum verò exemplum, Vicariarum, beneficiorum, & Officiorum possessores sibi referent, illudque quotannis Decano, & Capitulo Ecclesiæ suæ, nec non deputatis à Nobis Visitatoribus, tempore ab iis præfigendo, addito novissimo, & legali statu bonorum dictarum Vicariarum, beneficiorum, & Officiorum præsentare, illosque indices authenticos Successoribus suis gratis relinquere, & in testamentis suis, ut ab Executoribus suis iisdem fideliter tradantur, serio cavere teneantur. Ubi mentionatæ literæ, monumenta, seu documenta vetustate nimia corrupta sunt, expensis Vicariorum, beneficiorum, & Officiorum describantur: ubi nulli, aut imperfecti existunt indices, statim perficiantur.

S. II. Beneficium etiam non Curatum in Ecclesia Parochiali adepturus, Archidiacono, vel Decano Rurali reddituum sui beneficii indicem tradat.

Quemadmodum promotus ad Pastorum, antequam ejus possessionem adeat, vel curam animarum suscipiat, inter alia se Archidiacono, vel Decano suo Rurali, intra certum tempus descriptionem omnium bonorum, fructuum, reddituum, proventuum, jurium, & emolumentorum

Sess. 25. de
Ref. c. 12.

mentorū univerſorum ejuſdem ſui Paſtoratus, nominatis in ea hypothecis, limitibus, & terminis traditurum jurare obligatur; ita quoque deinceps quodcunque beneficium non Curatum in Eccleſia aliqua Parochiali adepturus, intra annum poſt apprehenſam poſſeſſionem Archidiacono, vel Decano Rurali, cujus viſitationi ſubeſt, plenam & perfectam deſcriptionem omnium bonorum, & reddituum ejuſdem ſui beneficii, adjectâ hypothecarum, limitum, & terminorum designatione tradet; & idipſum ſe praſtiturum jurabit, antequam ad poſſeſſionem admittatur.

§. III. *Indici addantur onera, quibus beneficia gravantur.*

NE Eccleſiaſtica bona annuis cenſibus, aliisq̄ue oneribus gravata, defectu ſolutionis ipſorum beneficiatorum culpâ deperdantur; omnes, & ſinguli quotquot beneficio Curato, vel non Curato gaudent, vel gaudebunt, dum Archidiacono, vel Decano bonorum, & proventuum ad ſua beneficia ſpectantium indicem tradunt, cenſuum, & aliorum quorumcunque onerum deſcriptionem addant. Quin & onera, quibus bona beneficiorum gravata ſunt, perſoluta eſſe tempore viſitationis, apochis exhibitis, vel aliis idoneis testimoniis docebunt.

§. IV. *Indicem acceptum Archidiaconi, & Decani Rurales mittant Archiepiſcopo.*

Singuli Archidiaconi, & Decani Rurales indice accepto eundem deſcribi faciant, & pro ſua informatione retineant, copiamq̄ue authenticam ejuſdem, adjunctâ ſpecificatione onerum, ad quæ beneficiati tenentur, Nobis tranſmittant.

§. V. *Indices imperfecti perſiciantur cum ſpecificatione hypothecarum.*

IN Collegiis, Eccleſiis, aliisq̄ue locis piis, ubi vel nulli, vel minus perfecti fundationum, bonorum, & reddituum reperiuntur Indices, iidem conſiciantur, aut perſiciantur; in quibus non tantum numerus, & deſcriptio agrorum, ſeu terrarum arabilium, pratorum, ſylvarum, hortorum, vivariorum, & cæterorum emolumentorum ſpecificetur, ſed hypothecæ quoque cenſuum, & reddituum, unâ

cum earundem poſſeſſoribus, limitibus pariter, & terminis exprimantur; ubi verò Indices, ſeu Regiſtra quidem ſunt, ſed à decem, vel quindecim annis legitime non renovata, intra proximum annum debite renoveantur.

§. VI. *Fiat quoque mentio, unde obligatio ſolvendi redditus oriatur, & ſpecificentur anni elocationis.*

UT à majoribus in pios uſus donata conſerventur, & neceſſarium non ſit poſt obitum beneficiatorum novas designationes reddituum ex aliorum diſtis, & deſcriptionibus conſicere, antiquis indicibus, & monumentis vel deperditis, vel fraudulenter ſuppreſſis: Paſtores, Vice-Paſtores, & quotquot beneficia & Officia Eccleſiaſtica poſſident, conſiciant libellos, in quibus annuos proventus annotent, cauſasq̄ue obligationum & contractus, vigore quorum redditus recipiunt adſcribant: annorum quoque numerum, præſertim quoad bona quæ ad longum tempus elocata ſunt, adjungant. Libelli hi ab Archidiaconis, Decanis, aliisq̄ue Viſitatoribus Noſtris Luſtrentur, ac Succeſſoribus relinquuntur.

§. VII. *Eccleſiaſtici Teſtatores Eccleſiaſticum nominent Executorem.*

UT conſervationi monumentorum, & indicum ad Eccleſias, Vicarias, aliaq̄ue beneficia, & Officia Eccleſiaſtica ſpectantium magis ſit proſpectum, omnes Eccleſiaſtici ſemper aliquam perſonam Eccleſiaſticam in Executorem ſui teſtamenti nominent, alioqui Archiepiſcopali Noſtrâ Authoritate per Noſtrum Officium Executor Eccleſiaſticus deputetur.

§. VIII. *Paſtores jura ſua diligenter exigant.*

Curent Paſtores, Vice-Paſtores, Cuſtodes, & qualeſcunque Eccleſiarum miniſtri, ut antiqua, & conſuetâ jura à Parochianis, aliisq̄ue debita perſolvantur: utque iis in locis, ubi populus à ſolutione tali præſtanda, negligentia Paſtorum, ſeu Vice-Paſtorum, aut alia de cauſa deſuevit, ad veterem conſuetudinem, implorato, ſi opus fuerit, brachio ſæculari, revocetur.

s. IX. *Et quidem in natura, vel vero valore.*

NE porrò his juribus ex modo solutionis aliquid decedat; census, ac reditus quorumcunque frumentorum, leguminum, vini, olei, ceræ, pullorum, caponum, anserum, & similes Collegiis, beneficiis, Fabricis Ecclesiarum, mensis pauperum, ac quibuscunque piis locis debiti in natura quotannis, aut saltem in pecunia juxta verum valorem persolvantur: quos absque Nostro, Nostrive Officialis decreto, & causâ prius maturè examinatâ redimi nolumus, redemptiones aliter factas nullas declarantes. Quoad decimas autem, ne loca, termini, & jura earum deperdantur, aut saltem obscurentur, Pastores, Vice-Pastores, & omnes qui eas ab Ecclesia acceptas possident, omnino advigilent, ut illæ curru decimali circumeunte colligantur, & à contractibus per quos collectioni ejusmodi præstatur impedimentum, omnino abstineant.

s. X. *Bona caduca beneficiis Ecclesiasticis maneant.*

SI bonorum ad Parochiales Ecclesias, aut quæcunque beneficia, sive Officia Ecclesiastica pertinentium directum dominium, ob neglectam solutionem canonum, vel alias in jure fundatas causas, cum utili consolidetur, Pastores, Vice-Pastores, beneficia, vel Officia Ecclesiastica possidentes, illa nullatenus sibi approprient, aut de iis disponant; sed ipsi Ecclesiis, beneficiis aut Officiis acquisita maneant; contrafacientes arbitrio Nostro punientur, & ab illorum detentoribus, tanquam bona Ecclesiastica injustè detinentibus, vindicabuntur.

s. XI. *Reductio fundationum à quo fieri debeat.*

PIÆ fundationes ad certos, & determinatos usus factæ, aliis etiam piis usibus per Administratores earum propriâ autoritate non applicentur: sed si quæ ob earum tenuitatem, juxta voluntatem fundatorum impleri nequeant, ideoque reductione opus sit, vel bona illarum ad alios meliores, aut magis necessarios usus converti expediat, ad sanctam Sedem Apostolicam, aut Nos, juxta sacros Canones recurratur.

C A P U T III.

s. I. *Elocatio bonorum Ecclesiasticorum ad quot annos fieri debeat.*

CUM diuturnâ observantiâ comperitum sit, quantum Ecclesiis detrimenti locatione rerum Ecclesiasticarum ad longum tempus inferatur: statuimus, ut decimæ Capitulorum, Collegiorum, Monasteriorum, aliorumque piorum locorum, vel beneficiorum Ecclesiasticorum, ultra sexennium; curtes verò, ac terræ arabiles ultra novennium, seu ut in his regionibus, ab immemorabili tempore fieri consuevit, ad annos duodecim, ita tamen, ut utrique parti singulis respectivè trienniis, & sexenniis permillum sit contractui renuntiare, non elocentur.

s. II. *Elocatio fiat plus Offerenti & petitiâ cautione.*

BONA ad Capitula, Monasteria, Pastoratus, Capellas, aliisque beneficia Ecclesiastica, nec non Fabricas Ecclesiarum, mensas pauperum, aliasque pias fundationes, ac pia loca spectantia, post tres promulgationes debitè factas, publicè, & secundum æquitatem plus offerenti, petitiâque idoneâ à Conductoribus cautione, elocentur. Sin publicam elocationem propter collusionem iucularum loci, vel ob aliam justam causam, elocantibus fore damno verosimiliter appareat, ommissis promulgationibus, bona poterunt elocari; non minoris tamen, quàm bona vicina ejusdem naturæ, & conditionis elocantur, nec aliter, quàm acceptâ idoneâ cautione.

s. III. *Elocationes anticipatis solutionibus non fiant.*

ELOCATIONES bonorum quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum anticipatis solutionibus nunquam fiant: & si quæ fuerint factæ, easdem nullas & irritas, nec Successores ullatenus obligare, etiamsi quocunque privilegio, vel indulto fulciantur, juxta Concilii Tridentini decretum declaramus; vetamusque ne ulli Ecclesiastici pendentes beneficiorum fructus, aut proventus currentes quovis colore, vel causâ vendant, aut elocent, nisi dilatâ in tempus quo fructus erunt à solo separati, aut annus cessit, solutione, ne

*Trid. sess. 25.
de Reformat.
cap. 11.*

ne
iisdem

iisdem cedentibus, aut decedentibus Succelliores illis priventur, & Ecclesia debitis muneribus destituatur.

§. IV. *Neque eâ condicione, ut statim notabilis summa solvatur.*

Abusus est nullatenus tolerandus, quod subinde Ecclesiastici beneficiorum suorum bona ad multos annos exigua pensione elocant, eâ condicione ut statim Conductor notabilem summam pecuniæ solvat; quæ elocationes cum in maximum præjudicium Successorum cedant, si currentibus earundem annis Elocatores moriantur; hæredes ipsorum ad restitutionem pecuniæ anticipatæ, juxta proportionem annorum cessorum teneri declaramus.

§. V. *Omnis occasio perpetuarum elocationum vitetur.*

Improbamus pariter, & prohibemus à nonnullis fieri solitas elocationes, cum

facultate Conductoribus datâ in fundis conductis ædificandi & plantandi eâ condicione, ut finitis elocationis annis ædificata, & plantata per peritos æstimentur, Conductoribus pretium restituatur, aut elocationis terminus producat: illæ siquidem causam perpetuarum elocationum sæpissimè præbent, & in gravissimum damnum Successorum vergunt.

§. VI. *In locum arborum cæduarum aliæ plantentur.*

Demum universis Parochis, Vice-Parochis, aliisque Beneficiatis mandamus, ut in locum arborum cæduarum, quæ vel vetustate, vel aliter pereunt, aut debito tempore cæduntur, alias plantari faciant: arbores verò non cæduæ, absque speciali Nostra, Nostrive Officialis licentia non cædantur, pretiumque inde proveniens ad augmentum, & utilitatem beneficiorum, aut refectionem ædificiorum eorundem applicetur; & in locum earum aliæ plantentur.

TITULUS XIII.

De bonis Fabricæ Ecclesiarum, & mensæ pauperum.

CAPUT I.

§. I. *Fabricæ Ecclesiarum, aliisque piis locis quinam præficiendi.*

Fabricæ Ecclesiarum, mensæ pauperum, Xenodochiis, aliisque piis locis Magistri, Provisores, atque Administratores viri Catholici, providi, idonei, ac boni testimonii, quique domui suæ bene præesse sint comperti, qui sciant, velint, valeantque loca ipsa, bona eorum, ac jura, instar Tutorum, & Curatorum conservare, præficiantur; non prodigi, lufui, ac comotationibus dediti, nullatenus autem hæretici, vel de hæresi suspecti. Teneantur iidem singulis annis, vel

Trid. sess. 24. de Reformat. cap. 8. & 10.

saltem ubi tenuiores sunt præventus, singulis bienniis, Archidiacono, Decano Rurali aut saltem Pastori, seu Vice Pastori loci, tanquam Nostris hac in parte deputatis, rationes accuratas receptorum & expeditorum ad Archivum Ecclesiæ re-

ponendas, unâ cum exacta reddituum non solutorum designatione reddere. Omni decennio sigillatim limites agrorum, terrarum arabilium, pratorum, Sylvarum, & bonorum ad pia loca pertinentium exprimentur; addaturque designatio fundorum, & ædium oppignoratarum Ecclesiæ, ædiumque & fundorum iisdem adsiturum, & vicinorum; ante administrationem etiam coram Pastore, vel Vice Pastore jurent se fideliter, & utiliter officio suo functuros. Insuper Magistri Fabricæ Ecclesiarum, Administratores Hospitalium, mensæ pauperum, similibusque fundationum Curatores, cautionem ad minus fideiussoriam proportionatam redditibus per ipsos administrandis, præsentent, nisi aliud attentâ qualitate personarum Archidiaconis, Decanis Ruralibus, aut Pastoribus visum fuerit.

§. II. *Duo sint Administratores, nec ultra biennium maneant.*

Duo sint eodem tempore ejusmodi bonorum Ecclesiæ Administratores, alter Magister Fabricæ, alter Provisor mensæ pauperum, & sodalitatum, nec ultra biennium nisi rursus legitime electi juramentum renouent, in Officio continentur.

§. III. *Pro restantibus redditibus certus Receptor deputetur.*

Ad emonendos à multis annis restante redditus à Pastore, vel Vice-Pastore, Magistris Fabricæ, & Provisoribus mensæ pauperum, constituatur specialis receptor, qui erga condignam mercedem eisdem diligenter exigat, & colligat, desuperque rationes reddat.

§. IV. *Stato tempore rationem non redentes mulcentur.*

Certi quoque dies ad audiendas rationes constituentur, in quibus ad eandem reddendas obligati in loco destinato compareant, & computus exhibeant sub pena duorum florenorum aureorum.

§. V. *Computationibus ad minimum adsit Pastor.*

Archidiaconi, Decani Rurales, vel saltem Pastores loci, non tantum Fabricarum, & mensarum pauperum, sed etiam hospitalium, domorum orphanorum, confraternitatum, ac quorumcunque locorum piorum rationibus interfint; an redditus diligenter emoneantur, & bona fideliter administrantur, obseruent.

Trid. sup. cit.

C A P U T II.

§. I. *Provisoribus quænam observanda.*

Quoniam bona Ecclesiarum, mensæ pauperum, sodalitatum, aliorumque piorum locorum merito omni sollicitudine conservanda sunt, idcirco quæcunque circa censuum, ac proventuum Ecclesiasticorum venditiones, solutiones, elocationes mandavimus observari, ad eadem observanda Magistros Fabricarum Ecclesiæ, Provisores mensarum pauperum, Administratores bonorum sodalitatum,

& ejusmodi locorum piorum obstringimus.

§. II. *Quænam ab eis procuranda.*

Meminerint Magistri Fabricæ suarum esse partium, omnes census, ac redditus Fabricæ Ecclesiæ diligenter exigere, colligere, recipere, fideliterque expendere; Ecclesiæ, turris, campanarum, sacrorum vasorum, ornamentorum, instrumentorum, ac vestium, aliarumque rerum, præcipue ad Fabricam pertinentium curam habere; nullas autem Magistri Fabricæ vendant, cædant, multo minus donent arbores, vel in privatos usus convertant ex sylvis, cæmeteriis, aliisque locis Ecclesiæ, sub pœna restitutionis quadrupli, & alia arbitraria; si vero eas cædi necessitas exigat, vel evidens Ecclesiæ utilitas suadeat, pretium earundem, addito die, anno, & causâ venditionis rationibus inferatur.

§. III. *Lis nulli in scio Parocho intendatur.*

Processum nullum Ecclesiam, vel ejusdem bona concernentem Magistri Fabricæ Ecclesiarum, seu Provisores mensæ pauperum, absque Pastorum, Vice-Pastorum, & Primariorum loci virorum consilio, consensuque incipiant.

§. IV. *Eleemosynæ quando, & quibus dandæ.*

Eleemosynæ, ac proventus mensarum pauperum, verè pauperibus, ac probis, ordinatis diebus, maxime Dominicis, ac Festivis post Summum Sacrum, & Concionem, quibus omnes interfint, distribuuntur; ante Festum verò Nativitatis JESU CHRISTI, & Paschæ Provisores mensæ pauperum nomina eorundem Pastoribus, seu Vice-Pastoribus exhibeant, ut in ipsorum vitam, ac mores, & an præcepto Ecclesiæ de communionem Paschali satisfecerint inquirent: in distribuendis siquidem Eleemosynis non tantum inopiæ, sed vitæ etiam, ac morum ratio habenda est.

§. V. *Ad hospitalia quinam non sint admittendi.*

Hospitalia in subsidium peregrinorum erecta, histrionibus, aleatoribus aliisque id genus hominibus non pateant; nec

nec in iis viri cum sceminis versari permittantur, etiamsi se Matrimonio conjunctos esse asseverent: quia sub hoc colore hospitalia sepe in lupanaria fuisse conversa deprehensum est.

§. VI. *In pauperibus alitur* CHRISTUS.

Quicumque locorum piorum administrationem, pro curatione mve suscipiunt, geruntque, illud in primis cogitare debent, se ad curam pauperum, pu-

pillorum, viduarum, senum, aegritudine laborantium, peregrinorum, & aliorum aliena ope indigentium diligentissime, & patientissime sustinendam obligari, Christumque in extremo iudicii die rigidissimam desuper rationem exacturum, misericordiam, operam, opem, beneficia, & officia illis collata liberalissime quasi sibi facta remuneraturum; molestias autem, & injurias iisdem illatas, malamque redituum in ipsorum usus destinatum administrationem severissime puniturum.

TITULUS XIV.

De sententia excommunicationis.

CAPUT I.

§. I. *Excommunicationis effectus à secularibus non impediatur.*

Trid. sess. 25.
de reformat.
cap. 3.

Um excommunicationis gladius, veluti Ecclesiasticæ disciplinæ nervus, à CHRISTO Ecclesiæ concessus sit, quo contumaces & rebelles à Sacramentorum administratione, perceptione, & Christi fidelium communione separantur, indignum est, & planè intolerandum, Laicos quosdam Magistratus iudicibus Ecclesiasticis quoad usum iurisdictionis huiusmodi obicem nonnunquam ponere, & injicere impedimenta: quos proinde sub obstaculo divini iudicii districtè monemus, & hortamur, ut quæ in vindictam, & correctionem iniquitatum ab Ecclesiasticis legitime discernuntur, nequè impediant ipsi, nequè ab Officialibus, & Ministris suis impedi, aut convelli patiantur; quin potiùs eadem sæcularis brachii subsidio promoveant, ac tueantur.

§. 2. *Censura circumspèctè ferantur.*

Cap. 3. cit.

Udèx verò Ecclesiasticus cum parè admodum, cautè, & circumspèctè, excommunicationem in eos dumtaxat, qui aliis opportunioribus juris mediis corrigi nequeant, ferre debeat: eapropter decreto Concilii Tridentini inhærentes, prohibemus omnibus, & singulis Iudicibus Ecclesiasticis, ne facilè, aut leviter

hoc spiritali gladio, sed aliis, sicubi commodè fieri poterit, tum in procedendo, ac definiendo, tum exequendo juris remediis utantur. Nam sicut ægra membra, tunc demùm à sano sunt corpore rescanda, cum corporis salutem alià ratione consuli non valet; ita anathematis gladio nemo à corpore Ecclesiæ est præcidendus, quamdiu aliis sanari remediis potest.

§. 3. *Excommunicati monendi ut respiciant.*

ET quia sententia excommunicationis in quemquam ferenda non est, ut pereat, sed ut penitentiam ductus emendetur; Pastores, Vice-Pastores, & Concionatores anathematis vinculo ligatos seriò admonent, ut habita salutis suæ ratione resipiscant, & corpori à quo culpa sua sunt præcisi, præstita satisfactione, & emendatione restituantur. Si qui verò pertinaces per integrum annum in excommunicatione infortuerint, tanquam Ecclesiasticæ potestatis contemptores, de hæresi suspecti habeantur.

CAPUT II.

§. I. *Modus excommunicandi præscriptus à Canonibus est servandus.*

PORRò modum excommunicandi à canonicis Sanctionibus præscriptum norint iudices, qui eam potestate pollent. Pastores autem singulis diebus Dominicis, dum

dum populus frequens ad divina confluit, si qui sint per sententiam à reliquorum communione præcisi, eisdem clarâ voce nominent, obligationemque ipsorum conversationem vitandi significant, ut hoc etiam adhibito remedio citius sese Ecclesiæ reconciliare satagant; erubescunt enim vel maximè ab Ecclesiæ communione præcisi, dum se tanquam bonorum congressu, & convictu indignos ab omnibus vitari vident.

s. II. *Publicè denunciati à Christi-fidelibus vitentur.*

C. si quis suadente 17. q. 4.

OMnes, & singuli Christi-fideles iuxta Canonicas, & Apostolicas Sanctiones à consortio per Ecclesiasticam sententiam publicè denunciatorum abstinere, omnemque eorum conversationem devitent; sicut & illorum, qui ob Clerici manifestam percussorem similem censuram incurrerunt. Qui verò ab eorum so-

cietate & familiaritate se continere noluerint, tanquam manifesti criminis fautores severè punientur.

s. III. *Excommunicati non absolvendi nisi à Judice, vel ejus Superiore.*

SCALISTUS Papa & Martyr non tantum vetuit communionem cum excommunicatis; sed & eorum quemquam absolvi, nisi causâ cognitâ parti lætæ fuerit satisfactum. Quare absolutio ab excommunicatione non nisi à Judice, qui sententiam tulit, vel à Superiore ejus concedi potest: præterquam in mortis articulo, quo permittitur cuivis Sacerdoti facultas absolvendi ab omnibus criminibus, & censuris, etiam Apostolicæ Sedi reservatis, dummodo absolvendus habeat propositum sincera, quòd si pristinae sanitati restituatur, in contumacia nolit persistere, & tam judici, quam parti lætæ intra mensis spatium satisfacere.

C. excommunicatos 11. q. 3. c. 23. de appellat. c. 23. de V. S.

TITULUS XV.

De Visitatione Ecclesiarum & personarum.

CAPUT I.

s. I. *Vita mala Ecclesiasticorum Ecclesiæ Dei valde perniciofa est.*

SI attentius consideretur, unde fidei corruptio, pietatis tepor, morum & disciplinæ dissolutio in Ecclesiam Dei irrepsit, id vel inde potissimum processisse apparebit, quòd illi, qui (ut INNOCENTIUS III. Pontifex illos appellat) in sortem, sive hæreditatem Domini sunt adsciti, à vitæ, & vocationis suæ tramite deviantes fiant filii, qui suam matrem iniquitatis suæ armis impugnant.

C. cum secundum de Præbend.

s. II. *Hinc frequentes Visitationes instituendæ.*

Quibus malis eradicandis nullum efficacius potest adhiberi remedium, quàm quod & antiqua Concilia ordinarunt, & sacro-sanctum œcumenicum Tridentinum saluberrimè præscripsit, crebra scilicet Ecclesiarum visitatio.

Sess. 24. de Reform. c. 3.

s. III. *Quid ante Visitationem Episcopalem à Decanis Ruralibus præstandum.*

Quæ ut maiori cum fructu instituantur, Decani Rurales, vel illi, quibus id muneris delegatum fuerit, antequam Episcopus visitationem incipiat, aliquot diebus præcedant, Parochias visitandas lustrent, viamque minoribus ac levioris momenti causis discussis præparent, ne Episcopus, seu ab eo deputati Visitatores similibus negotiis detineantur, & diutius hæere cogantur; sed ubique locorum visitationem expedite peragere, & absolvere possint.

Statuta Adolph. III. p. 474. §. verum cum laetissima sit.

s. IV. *Visitatores visitandis exemplo bono præluceant.*

Cum nihil potentiùs sit exemplo, vitæque laudabilis efficacior sit, quovis de virtute sermone, præsertim in iis, qui præsunt; integritas enim præsentium talis est subditorum, & eorum tanta communiter apud subditos est autoritas, ut etiam ipsorum vitia imitentur, idcirco ne

Concil. Trid. sess. 6. de Reformat. c. 1. Conci. Præter Colon. sub Hermann. part. 1. c. 4. pag. 405.

Vifi-

Vifitatores, dum fubditis Noftis debent exhibere medicamenta falutis, lethalia venena propinent, prius domos fuas reforment, mores & vitam ad Sacrorum Canonum, Concilii Tridentini, Conftitutionum Apoftolicarum, & Decretorum fynodaliũ præfcripta componant: *fi quis enim domui fuæ præfse nefcit, quomodo Ecclefie Dei diligentiam habeat*, inutilibus fumptibus per Vifitandos fubminiftrandis nemini graves fint, fed contenti modico famulatio ftudeant quàm celerrimè, debita tamen cum diligentia vifitationes abfolvere, nequè ipfi, aut quisquam fuorum quidquam procurationis caufâ pro vifitatione accipiant, multò minùs exigant.

1. Timoth. 3. v. 5.

Concil. Trid. feff. 24. de Reformat. cap. 8.

C A P U T II.

§. I. Quid Vifitatoribus obfervandum fit.

Concil. Trid. feff. 7. de Reformat. cap. 8. feff. 21. de Reformat. cap. 8. feff. 22. de Reformat. cap. 8.

DEcani Rurales, aliique autoritate Noftâ deputati Vifitatores, affumpro Notario qui Sacerdos fit, aut faltem Clericus non conjugatus, Parochias fuorum diftrictuum, aut ad vifitandum à Nobis ipsis commiffas, cum Capellis, Xenodochiis, Hospitalibus, & Confraternitatibus foletiffimè perfpiciant, de fide, vita, moribus, doctrina, & adminiftratione Parochorum, Vice-Parochorum, Vicariorum, Capellanorum, aliorumque Beneficiorum, nec non Magiftrorum Fabricæ Ecclefiarum, Ædiliũ, Provisorum Hospitalium, ac menfarum pauperum, Ludimagiftrorum, & Custodum, reliquorumque incolarum diligentiffimè difquirant, errores, vitia, & crimina corrigant & evellant, eorumque loco virtutes, ac bonos mores inducant, inferant, & promoveant, paternâque charitate & chriftiano Zelo omnes amplectantur, aliud nihil quàm Dei honorem, & lucrum animarum quærant, omniaque exactiffimâ curâ peragant Propheticæ comminationis memores: *maledictus qui facit opus Dei negligentè.*

Jeremie 28. ver. 10.

§. II. Quid Vifitatoribus investigandum.

Concil. Provinc. Colon. part. 14. pag. 405. cap. 9.

ARchidiaconi, Decani, Commiffarii & alii Vifitatores Noftri exactè investigate, num Paftores, Vice-Paftores, eorumque Vicarii, Sacellani, Capellani & adjutores, quibus animarum cura incumbit, pro Verbo Dei prædicando, Confeflionibus excipiendis, aliisque Sacramen-

tis Ecclefiafticis miniftrandis autoritate Noftâ juxta Concilii Tridentini, & Summorum Pontificum Sanctiones examinati, & approbati, fideique profeflionem fecerint.

§. III. Super quibus ulterius fpecialis inq̄ſitio faciendâ.

INquirant ſpecialim, an Paftores, & Vice-Paftores, ac reliqui Sacerdotes, & Miniſtri Eccleſiarum honeſtè vivant, an ſinguli ad quos Sacramentorum adminiſtratio, & animarum cura ſpectat in Parochiis ſuis reſideant, ac pernoctent, utrum paſtoralia munia per ſemetipſos diligèter obeant, Dominicis ac Feſtis fori diebus Catecheticaſ lectionè ſervent, juventutè etiam extra Catecheſin inſtruant, verbum Dei cum fructu Parochianorum prædicent, Miſſæ ſacrificium frequenter offerant, Sacramenta ſedulò adminiſtrent, & ægros viſitent, an quâcunq̄ diei, ac noctis horâ ad Sacramenta animarum ſaluti neceſſaria miniftranda requiſiti, ſtatim ſe paratos ac promptos exhibeant, neque prætexendo horam importunam, tempus intempetiſivum, aut aliam occupationem tergiverſentur, aut ob convivium ſe excuſent, an ipſorum negligentia Parochiani abſque Baptiſmo, Confefſione, ſacro Viatico, aut extrema Unctione ex hac vita migraverint, an piis Teſtatorum voluntatibus, fundationibus, legatis, Eleëmofynis, & oneribus Parochiarum, beneficiorum, & Officiorum Eccleſiaſticorum ſatiſſiat: advertant etiam, utrum Eccleſiæ, vel domus paſtorales, vel Sacellanorum reparatione egeant, an Cœmeteria bene ocluſa ſint; neque Sacramentalium ornamentorum, ſacæ ſupellectilis Eccleſiarum, & ſcholarum vifitationem prætermittant; accuratè pariter attendant, an ſynodalia Noſtra decreta & ſtatuta obſerventur.

§. IV. Major pars diftrictus ad minimum ſingulis annis Viſitetur.

QUamvis deſiderandum foret, ut in ſingulis diftrictibus vifitationes annuè inſtituerentur, ſi tamen latitudo diftrictus idipſum non permittat, Decani Rurales ſaltem majorem partem vifitâdo abſolvant, & reliquam ſubſequenti anno viſitent; acta autem cujuſque vifitationis nitidè, ac correctè deſcripta ad Nos, vel Vicarium Noſtrum Generalem in ſpiritualibus intra menſem, à die abſolutæ

Concil. Trid. feff. 24. de Reformat. cap. 3.

visitationis computandum, transmittant, ut non tantum Ecclesiarum statum cognoscamus, sed & collapsa erigere, vitiosa emendare, deformia nitore suo restituere possimus.

s. V. Dies ad visitandum deputatus notificetur.

Concl. Provinc. Colon. sub Hermans. F. pars. 14. 7. pag. 405.

UT autem tam utile, & necessarium opus accuratiori diligentia peragatur, Visitaturus Parochiam aliquam diem visitationi designatum, & adventus sui Pastori, seu Vice-Pastori Ecclesie visitandae notificet, moneatque ut omnibus, & singulis ad Parochiam spectantibus visitatio promulgetur, precesque ad Deum fundantur, ut visitatio ad honorem, & gloriam Omnipotentis, fidelisque populi salutem cedat.

s. VI. Pastor Visitatorem in Ecclesia expectet.

PAstor seu Vice-Pastor praestituta visitationis hora in Ecclesia cum Beneficiatis, Custode, Ludimagistro, & dilibus,

Magistro Fabricae Ecclesiae, Provisore mentae pauperum, & Scabinis synodali- bus compareat, claves tabernaculi sanctissimi Sacramenti, Sacrorum oleorum, Baptisterii, Sacrarum reliquiarum, Sacristiae, Capellarumque, si quae sint, paratas habeat, ibidemque Visitatoris adventum praestoletur:

s. VII. Visitationi invocatio Spiritus sancti praemittatur.

Visitator ingressus Ecclesiam visitandam, Sacro Missae officio celebrato, spiritus sancti gratiam invocet; quo peracto materialem visitationem incipiat, & deinde ad personalem juxta formam quam imprimi mandavimus, & accuratissime observari volumus, procedat, omni- que diligentia eod collimet, ut visitatio ad majorem Dei gloriam, extirpationem vitiorum, eradicationem abusuum, reformationem Ecclesiasticorum, & Ecclesiae Ministrorum, fidelisque populi aedificationem vergat, prout in Domino confidimus, & optamus.



INDEX



INDEX RERVM

In Decretis Synodalibus D. MAXIMILIANI HENRICI Archiepiscopi Coloniensis contentarum, in quo post paginam cifris notatam verbum initiale quod studioso Lectori singula inquirenti primâ facie sese offeret, quasi digito monstrare placuit.

A.

Abbas dimissoriales daturus qualem servabit formulam. 95. modum.
Abbas quibus tonsuram & ordines minores possit conferre. *ibid.* Sacra.
Abbatissarum aliarumque Monialium præfectorum Electioni Episcopus simul interesse potest. 175. ac similiter.
Abbatissarum illarum electio Episcopo est significanda. 178. exorto.
Abbatissarum confirmatio an competat Episcopo. 176. ad quintum.
Absolutio Sacramentalis non est danda absenti. 66. ut.
Absolutionis Sacramentalis forma. *ibid.* insuper.
Absolutio Sacramentalis quibus neganda. 75. noverint.
Abstinencia à carnibus quibus diebus servanda. 51. dies & seqq.
Abusus varii referuntur & tolluntur. 36. consuetudinem & seqq.
Altare aliud fixum aliud mobile. 111. porro.
Altare consecrationem amittit notabili fractione *ibid.* tam.
Altari includenda Reliquia. *ibid.* juxta.
Altare portatile ex necessitate permittitur. 112. altarium.
Altare portatile quantum debeat esse capacitatis. *ibid.* quod.
Altaria bene muniantur & munda servantur. *ibid.* cum.
Altaria sine Episcopi licentiâ non destruantur. 114. nullum.
Altaribus amotis fidelium ossa deportentur. *ibid.* Altaribus.
Altaria Regularium an visitare possit Episcopus. 176. ad primum.
Animarum cura vide V. cura animarum.
Anniversariorum index à quo consiciendus & cui tradendus. 20. ne. 21. Exemplum.
Anniversaria diebus dominicis à Pastoribus publicanda. *ibid.* præterea.
Apostata & fugitivi reducendi. 190. licet & seqq.
Apostatarum & fugitivorum eosque recipientium pœna. 193. si qui & seqq.

Approbatio pro secularium confessionibus necessaria. 69. sacerdos. 70. nos. 179. sacra.
Approbatio unius Episcopi an sufficiat. 69. semel. 180. nono.
Approbatio ad curam animarum. vide V. cura animarum & V. sacellani.
Aqua lustralis qualiter benedicenda. 198. tametsi.
Aqua lustralis quomodo renovanda. 198. attendant.
Archidiaconi in Visitatione quid inquirere debeant. 13. Archidiaconi.
Archidiaconus reddituum Index à beneficiatis tradendus. 148. quæcunque 203. ne & seqq.
Archidiaconorum in Diœcesi Coloniensi fundata est auctoritas. 143. Archidiaconorum.
Archidiaconi qualia loca visitabunt. *ibid.* Archidiaconi.
Archidiaconi quem finem in Visitatione spectabunt. 144. scopum.
Archidiaconi visitandos non gravent. *ibid.* licet.
Archidiaconi cansarum cognitionem habent cumulativedum Officiali. *ibid.* Archidiaconi.
Archidiaconi in Synodis diœcesanis compareant. *ibid.* ad.
Archidiaconi habent jus investiendi. 145. quamvis.
Archidiaconi habent auctoritatem in redditibus beneficiatorum divino officio non satisfacientium. *ibid.* si.
Archidiaconi ante officii sui administrationem quid præstare debeant. *ibid.* noverint.
Archidiaconi advigilent, nè quis sine prævio examine & approbatione animarum curæ sese ingerat. 146. summo.
Archidiaconi Pastores pro infirmorum visitatione & Sacramentorum administratione stipendium exigentes puniant. 150. proinde.
Astrologia divinatoria damnata. 23. illicita.

B.

Baptismus ultra octavum diem non differatur. 57. cum.
Baptismi materia est sola aqua naturalis. *ibid.* Sciat.
Baptismalis fons quo die & in quo vase benedicendus. *ibid.* aqua.
D d 2 Baptif-

INDEX RERUM.

- Baptismalis aqua si defecerit nova benedicatur. ibid. fin.*
Baptismalis aqua congelata liquefiat. ibid. fi.
Baptismus an una vel trina infusione administrandus. ibid. licet.
Baptizandus extra baptisterium abluatur. 58. in.
Baptizandi formam & normam calleant obstetrices. ibid. curet.
Baptismus extra necessitatem prolibus suis non administrant parentes. ibid. pater.
Baptizaturus de quibus paternos & maternos monere debeat. ibid. sacerdos.
Baptizatorum, parentum, & susceptorum nomina notanda. ibid. quilibet.
Baptismalis liber cui exhibendus. ibid. eundem.
Baptismo profana non miscenda. ibid. cum.
Baptismus extra Parochiam sine licentiâ non ministrandus. 59. nullus. 60. tamen si.
Baptizandus an sua Parochia sit, Parochus examinet. 59. ideo.
Baptizandi sunt illegitimi, parentibus pauperibus nati & sponsore destituti. ibid. ad hęc.
Baptismi ceremonie non adhibita quando suppleri debent. ibid. quando.
Baptizandus si quis fuerit sub conditione, ea exprimat. ibid. cum.
Baptismi signum incertum est sal expositiis infantibus appositum. ibid. quia.
Baptismalia convivia abolenda. 61. ad.
Baptismatis annua dies recolenda. ibid. impensus.
Beneficium capax an sit spurium. 127. jure. 128. tamen si.
Beneficiis Parochialibus vacantibus indilate providendum. 148. vacantibus.
Beneficiis curatis quinam providere teneantur. 143. quod.
Beneficia curata non uniantur. ibid. ut.
Beneficiati Regulares Monasterio suo acquirunt. 186. quęcunque.
Beneficii curati secularis incapax est Regularis ad alium Ordinem translatus. 190. quia.
Bona Ecclesiasticorum ab intestato decedentium quibus cedant. 117. si.
Bona Ecclesie non facile alienanda. 201. magna.
Bona Ecclesie ablata restituenda. ibid. Et.
Bona Ecclesie injuste possidentes excommunicantur. ibid. ut.
Bona caduca beneficiis Ecclesiasticis manent. 204. si.
Bonorum Ecclesiasticorum elocatio ad quot annos facienda. ibid. cum.
Bonorum Ecclesiasticorum elocatio fiat plus offerenti & petitiâ cautione. ibid. bona.
Bonorum Ecclesiasticorum elocatio non fiat anticipatâ solutione. ibid. elocationes.
Bonorum Ecclesiasticorum elocatio perpetua vitetur. 205. improbamus.

C.

- C**eremoniarum uniformitas commendatur. 13. inter & seqq.
Ceremoniarum magister in quibuscunq; Ecclesiis deputandus. 18. cum. 88. cum vero.
Ceremoniarum periti, qui Neomystras instruant, deputandi. 19. quin.
Ceremoniarum uniformitas in Missâ servanda. 87. sicut.
Ceremonie in novo Missali Coloniensi præscriptæ servandæ. 88. quod. vetamus.
Ceremonie probatæ in sepulturis servantur. 121. sacros.
Ceremonie quando ad feretrum servandæ. 122. quod.
Calicum materia præscribitur. 89. calices.
Casus Pontifici & Episcopo Coloniensi reservatos scire debent Confessarii. 71. in & seqq.
Casus Regularium Superioribus reservati. 172. sanctissimus.
Catechismus Petri Canisi ubique docendus. 13. diversitas.
Catechetica instructio in Visitationibus procuranda. ibid. Archidiaconi.
Christma. vide V. olea sacra.
Clausura Monialium introductio & conservatio cui commendetur. 174. itemq;.
Clausura Monialium sit perpetua. 168. quo.
Clerici sacris non initiati quoties communicare debeant. 100. insuper.
Clerici Tonsuram & habitum convenientem sub certis pœnis gestare debent. ibid. quicunque. 124. omnes.
Clerici alius præsertim Laicis sint exemplo. 123. nihil. hęc.
Clerici quare non honorentur. ibid. Et.
Clerici gerant vestem nigri coloris ad genua promissam. 124. Et.
Clericus quænam prohibita. ibid. Clerici & seqq. 125. cum Sacerdotum & seqq.
Clerici qualiter tempus bene impendant. ibid. Pastores.
Clericus concubinatus severe prohibitus est. ibid. cum divina.
Clericus concubinarius qualiter puniendus. 126. hanc & seqq.
Clericus an concubinarius sit ad quem spectet cognoscere. ibid. supradictorumquę.
Clerici proles suas spurias domi non alant nec earum nuptiis intersint. 127. prætereâ pariformiter.
Clerici illas non dorent aut hæredes instituant sub certis pœnis. ibid. quę & seqq.
Clericis eorumq; bonis collectas & alia onera imponentes excommunicantur. 128. quin.
Clericorum bona etiam laicalia ab oneribus laicalibus sunt libera. 129. ex.
Clerici etiam in necessitate non contribuunt nisi requisito Pontifice. 130. prætereâ & seqq.
Clericis prohiberi nequit, ut vina & frumenta sua absq; onere laicali vendant. ibid. undę.
Clericis propterea obsequia necessaria non sunt neganda. ibid. ad hęc.
Clerici ad tribunal laicale citari nequeunt. 131. cum.

Plura vide V. Immunitas.

Cæmeteria muniantur & custodiantur. 113. Cæmeteria.

Cæmeteria ab arborum plantatione, trituratione, & mercatu sint libera. 114. in & seqq.

Cæmeteriis jungantur ossuaria. ibid. ossuaria.

Cæmeterium est usitatus sepulture locus. 120. ubi.

Cognationem in levatione infantis ex fonte baptismatis quinam

INDEX RERUM.

- quinam contrahant. 49. alios. 60. dum. Et.
 Cognitio concubinitus ad solum spectat Episcopum. 126.
 supradictorumque.
 Cognitio causarum spiritualium & Ecclesiasticarum Judici
 Ecclesiastico refertur. 132. causa. huc.
 Cognitio questionum sponsalitarum & matrimonialium
 reservatur eidem. ibid. quæstiones.
 Cognitio criminum, quæ juri canonico adversantur eidem
 soli competit. ibid. singula. quibus.
 Cognitio Hæresis est fori Ecclesiastici tantum. 135. de.
 Cognitio causarum competit Archidiaconi. 144. Archi-
 diaconi.
 Communionis paschalis præceptum quando publicandum.
 68. ne quis. 84. quilibet.
 Communio Paschalis in propria Parochia sumenda. 10. cum.
 84. exponant. 185. exorta.
 Communio quando frequentanda à pueris. 83. Pastro-
 res.
 Communioni qualis dispositio præmittenda. 84. admo-
 neant.
 Communio quibus neganda. ibid. concubinariis, phrenetici.
 ultimo.
 Communionem tempestivè sumant infirmi. 85. Viati-
 cum.
 Communionem paschalem negligentium pœna. 3. quod. 11.
 si quis.
 Communicet spiritualiter qui S. Hostiam sumere non valet.
 85. parochus.
 Concilii Tridentini decretum de reformatione Matrimonii
 publicandum. 104. comperimus.
 Concionatorum dotes & vita. 8. fides & seqq.
 Concionandi facultas à quo obtinenda. 9. ne & seqq.
 Concionari debent curari per se vel idoneum substitutum.
 ibid. ut. quancumque.
 Concionatores sint cantu in verbis & salutaria doceant. 10.
 cum & seqq. 11. omnium & seqq.
 Concionatores à quibus abstinere debeant. 184. contentio-
 nes.
 Concio dum in templo habetur à divinis officiis cessandum.
 12. dum.
 Confessarius scire debet vota & casus Pontificis & Episcopo
 reservados. 71. in. sciant.
 Confessarius Regularis an à reservatis Pontificis & Episcopo
 possit absolvere. 72. nemo. sacra. quod.
 Confessarius Regularis quando à reservatis suo Superiori
 possit absolvere. 173. Sanctitas.
 Confessarius Regularis approbatus quovis anni tempore etiam
 paschali secularibus audire potest. 185. exorta.
 Confessarius Monialium vide V. constitutio Gregoriana.
 Confessarii quo habitu & ubi pœnitentes audire debeant.
 73. Confessarii. nulli.
 Confessarius recto capite pœnitentem absolvat. ibid. sicut.
 Confessarius alios propius accedere non permittat. ibid. non.
 Confessarius rudes instruat & circa materiam castitatis sit
 circumspectus. ibid. Confessarii. monemus.
 Confessarius circa confitentes aut complices non sit curiosus.
 74. ut supervacanea.
 Confessarius pœnitentem non inducat, ut ipsi soli confiteatur
 ex voto. ibid. cum.
 Confessarius complicem peccati proprii non audiat. ibid. ut
 animarum.
 Confessarii pœnitentem ad turpia sollicitantis pœna. ibid.
 confessarius.
 Confessarius fœminarum familiaritatē caveat. 75. caveant.
 Confessarii cum filia spiritali peccantis pœna. ibid. si.
 Confessarius rebus temporalibus pœnitentis se non immi-
 sceat. ibid. Confessarii. quoque.
 Confessarius quibus absolutionem negare debeat. ibid. nove-
 rint.
 Confessarius in pœnitentiis injungendis sit circumspectus.
 ibid. confessarii.
 Confessarius abstinat ab historica in confessione acceptorum
 narratione. 76. abstinant.
 Confessarius extra confessionem de confessis non agat. ibid.
 observent.
 Confessarii dicta pœnitens non revelet. ibid. pœnitentes.
 Confessio in mortale lapsis est necessaria, ideòq; non diu diffe-
 renda & sæpius in anno repetenda. 67. Sacramentum.
 hinc. Pastores.
 Confessionis documentum exigant Pastores. 68. ne tepidi.
 Confessiones absq; Ordine presbyterii audiens graviter pu-
 niatur. ibid. idcirco.
 Confessiones secularium sine approbatione sacerdos etiam Re-
 gularis non audiat. 69. sacerdos. 173. sanè.
 Confessiones pestiferorum qualiter audiendæ. 149. Pastor.
 Confessionalia ubi & qualiter disponenda. 72. ut.
 Confitens non absolvatur nisi peccato oretenus expresso. 66.
 ut.
 Confitenti merito Passionis Christi sacerdos peccata remittit.
 67. doceant.
 Confitens peccatorum numerum & circumstantias expri-
 mere debet. 67. moneant.
 Confirmationis Sacramenti virtus & minister. 62. Sacra-
 mento. Ordinarius.
 Confirmationis Sacramentum iterari nequit. 63. Sacra-
 mentum.
 Confirmationis circumstantiæ confirmatis in memoriam re-
 vocandæ. ibid. quia.
 Confirmatio quâ etate, & quo tempore suscipienda, & qui-
 nam ab illa arcendi. ibid. cum & seqq.
 Confirmandi qualiter debent esse dispositi. 64. cum. si.
 Confirmandi mundi & fronte liberâ accedant. ibid. præ-
 terea.
 Confirmandi quamdiu fasciam lineam gestabunt, & à quo-
 nam illa solvenda. 65. patrini. etsi.
 Confirmatum se dubitans quid agere debeat. ibid. cum se-
 mel.
 Confirmatorum, Parentum, & Patrinorum nomina anno-
 tanda. ibid. quod.
 Confraternitates qualiter instituendæ. 77. inter & seqq.
 Conservatores an possint eligi à Regularibus. 179. primò &
 seqq.
 Conservatorum potestas. 182. octavo.
 Constitutio Sixti IV. de tollendis dissidiis inter Parochos &
 Regulares. 184. ut omnis.
 Constitutio Sixti V. circa habitum & tonsuram Clericorum.
 100. cum.

INDEX RERUM.

- Constitutio Pii IV. de simonia confidentiali.* 139. *veruntamen.*
Constitutio Pii V. de simonia. 137. *durum.*
Constitutio Pii V. circa recitationem officii B. Mariæ Virginis. 16. *cum.*
Constitutio Gregorii XIV. de criminorum asylo. 134. *hac.*
Constitutio Gregorii XV. de pœnis Confessariorum sollicitantium. 74. *Confessarius.*
Constitutio ejusdem de novorum conventuum erectione. 187. *cum.*
Constitutio ejusdem de exemptorum privilegiis. 173. *instructibili.*
Constitutio Gregoriana in Confessario Monialium requirit approbationem Episcopi. 174. *Confessores.*
Constitutio Gregoriana à bonorum ad Moniales spectantium administratoribus exigit, ut Episcopo rationem reddant. *ibid. sed.*
Constitutionis Gregorianæ varia dubia explicantur. 176. *ortis.*
Constitutio Clementis VIII. de non confitendo per litteras aut internuncium. 66. *ut.*
Constitutio ejusdem de confraternitatibus. 77. *quæcunque.*
Constitutio ejusdem de receptione & institutione Novitiorum. 155. *cum.*
Constitutio ejusdem de regimine Regularium. 162. *nullus.*
Constitutio ejusdem de casibus Regularium Superioribus reservatis. 172. *Sanctissimus.*
Constitutio ejusdem de Regularium correctione. 189. *suscepti.*
Constitutio Urbani VIII. de Festis diebus. 38. *universa.*
Constitutio ejusdem de cultu Imaginum. 42. *cœlestis.*
Constitutio ejusdem de ornatu Imaginum. 47. *sacro-sancta.*
Constitutio ejusdem de Vigiliâ S. Joannis Baptiste. 51. *cum evenire.*
Constitutio ejusdem de contrahentibus Matrimonium in loco, in quo Tridentinum non est publicatum. 106. *exponi.*
Constitutio ejusdem de novorum conventuum erectione. 188. *sicut.*
Constitutio ejusdem de numero Religiosorum novis conventibus præficiendorum. *ibid. idem.*
Constitutio ejusdem de secularium confessionibus. 69. *cum.*
Constitutio Innocentii X. in causâ Angelopolitanâ jurisdictionis. 178. *cum, sicut.*
Corporalia & purificatoria à quo eluenda. 199. *calices.*
Cura animarum nemo sese ingerat absq; examine & approbatione. 146. *summo.*
Cura animarum sine examine & institutione se ingerens Officiali denunciatur. *ibid. quod si quis.*
Custodes Ecclesiarum quales assumendi. 196. *ad.*
Custodes rerum sibi creditarum cautionem præsent. 187. *ante.*
Custodes Parochis sint ad manum. *ibid. quavis.*
Custodes qualiter ostia Ecclesie observabunt. *ibid. custodes diebus.*
Custodes Ecclesiam quotannis purgent. *ibid. Et.*
Custodes sacra vasa profanis manibus non attingant. 198. *sedulo.*
Custodes campanarum & sacrificiæ curam gerant. *ibid. custodum. custodes.*
Custodes paramenta & sacra vasa exponant & eluant. *ibid. ad. & seqq.*
Custodes sacras vestes detritas comburant. 199. *corporalia.*
Custodes in choro cum aliis canant. *ibid. cum.*
Custodes reverentiæ meminerint maxime erga Eucharistiam. *ibid. editus. 200. quare.*
Custodes mane, meridie, vesperi & sub summâ Missâ dent signum. *ibid. custodes & seqq.*

D.

- D**ecani Rurales ante Officiorum suorum administrationem quid præstare debeant. 145. *noverint.*
 Decani Rurales iis, quos visitant, non sint graves. 144. *licet.*
 Decani Rurales quid in Visitatione inquirere debeant. 13. *Archidiaconi. 147. ut autem.*
 Decani Rurales Pastores infirmos visitent, & quid post mortem illorum præstare debeant. 146. *ordinamus. quod.*
 Decani Rurales Pastores suos moneant ut otium vitent. 147. *cum.*
 Decani Rurales qualia valetudinariis præscribere debeant exercitia. *ibid. sicubi.*
 Decani Rurales de salute Pastorum suorum debent esse solliciti. *ibid. denique.*
 Decani Rurales Pastores, qui pro infirmorum visitatione & Sacramentorum administratione stipendium exigunt, Officiali denuncient. 150. *proinde.*
 Decani Rurales capitula Pastorum suorum servare debent. 145. *Decani. hac.*
 Decani Rurales in Parochiis suis resideant. 146. *quæ.*
 Decani Rurales documentum Ordinationis à sibi commissis Clericis exigant. 87. *Decani.*
 Decani Rurales causas judicialem indaginem requirentes ad Officiale vel Archidiaconum remittere debent. 144. *Archidiaconi.*
 Decani Rurales acta Visitationis ad Vicarium in Spiritualibus Generalem transmittant. 209. *quamvis.*
 Decanis Ruralibus redituum & onerum annexorum index à beneficiatis tradendus. 202. *quemadmodum & seqq.*
 Decanis Ruralibus tantum usus exorcismorum conceditur. 26. *ne.*
 Decima Ecclesis solvende. 202. *similiter.*
 Defuncti juxta morem patriæ vestiendi. 118. *corpora.*
 Defuncti innocentes precibus Ecclesie non indigent. 121. *parvuli.*
 Defuncti num in sermonibus laudandi. 122. *in.*
 Defuncti quando & quomodo tumulandi. 119. *nullum.*
 Defunctorum cadavera cum vulgaribus excubiis, quæ abrogantur, non sunt custodienda. *ibid. minime.*
 Defunctorum justa funebria ultra sex septimanas non differantur. 122. *justa.*
 Dies dominici. *Vide V. Festa.*
 Distributiones. *Vide V. Officium divinum. & V. Processiones.*
 Divortium. *Vide V. Officialis.*

E. Ecclesie

INDEX RERUM.

E.

Ecclesia Colonienſis fidelis Romana Eccleſiæ filia appellatur. 13. inter.
 Eccleſia abſq; licentia Diœceſani non eſt adificanda. 110. nemini.
 Eccleſia cum præjudicio Parochialis non facile adificanda. ibid. cavendum.
 Eccleſia ab Epifcopo eſt dedicanda. 111. Eccleſia.
 Eccleſia quo die dedicanda & quando reconſecranda. ibid. quolibet. Eccleſia.
 Eccleſia ſi fuerit deſtruenda quid faciendum de Reliquiis. 114. quod.
 Eccleſiæ ornatus. 113. auleis.
 Eccleſiæ Parochiales gazophylacium habeant. 113. quoniam.
 Eccleſiæ frumenta & ſuppellectilia extra neceſſitatem non imponantur. ibid. tametsi.
 Eccleſiam propriam habeant leproſi. 111. leproſi.
 Eccleſiarum cuſtodes. Vide V. cuſtodes.
 Eccleſias Parochiales quomam reparare & reedificare te- neantur. 153. Paſtores. ut. 154. verum.
 Eccleſiaſtici redditus & cenſus ſuos in naturâ vel vero valere exigant. 204. nê.
 Eccleſiaſtici frequenter viſitentur. 208. quibus.
 Eccleſiaſticorum mala vita aliis pernicioſa. ibid. ſi.
 Eccleſiaſticorum Teſtamentum. Vide V. Teſtamentum.
 Plura vide V. Clerici.
 Eleemoſyna in templo non eſt danda. 12. inſuper.
 Eleemoſyna an in templis Parochialibus colligenda. 113. quoniam.
 Plura vide V. Terminarius.
 Elocatio Vide V. bona Eccleſiæ.
 Epifcopus eſt ordinarius Sacramenti Confirmationis miniſter. 62. ordinarius.
 Epifcopus Regularem ſemel approbatum ſine cauſâ à confeſſionibus audiendis ſuſpendere nequit. 182. ſecundo.
 Epifcopus dat licentiam concionandi. 9. ne. ſed. adhæc. Et.
 Epifcopus novas Reliquias approbat. 45. eſi.
 Epifcopus inſolitas imagines approbat. 47. ſacro-ſancta. 50. adhæc.
 Plura vide V. Ordo.
 Euchariftiæ Sacramentum an & qualiter in proceſſionibus deferendum. vide V. proceſſiones.
 Euchariftia fideliter cuſtodienda. 53. Et quoniam.
 Euchariftia religioſè tractanda, ſuſcipienda & quando re- novanda. 82. ſacro-ſanctum. variis.
 Euchariftia ubi aſſervanda, & num in choro Monialium. ibid. ſacro-ſancta. ſi.
 Euchariftia qualiter & quo ritu infirmis miniſtranda. 85. Paſtores. agrotis.
 Euchariftia ad infirmos deferenda eſt ſub umbellâ, quam por- tantes indulgentiam lucrantur. 33. ſimilem.
 Euchariftia cum lumine ad infirmos deferenda. 85. Pa- rochi.
 Euchariftia an de nocte ad infirmos deferenda. ibid. abu- ſus.

Euchariftia ſi ad infirmum deferatur, duæ deferantur ho- ſtiæ. 86. ordinariè.
 Euchariftia ſi longius deferatur Sacerdos pixidem è collo pen- dentem habeat. ibid. quod.
 Euchariftia excellentia & ſanctitas populo frequenter ex- ponenda. 82. quapropter. 83. ſi nemine.
 Euchariftiam negligenter cuſtodientis pœna. ibid. ſi quis.
 Excommunicatio circumſpectè ferenda eſt. 207. iudex.
 Excommunicationis effectus à ſecularibus non eſt impediend- us. ibid. cum.
 Excommunicati ſunt monendi ut reſpiciant. ibid. Et.
 Excommunicandi modus quiſnam ſervandus. ibid. porro.
 Excommunicati quinam vitandi. 208. omnes.
 Excommunicati à quonam abſolvendi. ibid. S. Califtus.
 Exequiæ pro iis celebrandæ non ſunt, quibus ſepultura nega- tur. 119. nemo.
 Exequiæ pro adultis celebrandi ritus. 121. cum.
 Exorcifmis circumſpectè utendum. 25. quanquam.
 Exorcifmis cum licentiâ & ceremoniis approbatis utendum. 26. quare licentiam.
 Exorcifmorum uſus ſolis decanis Ruralibus conceditur. ibid. ne.
 Exorcifmorum locus. 28. tametsi.
 Exorcifta non ſit facilis ad exorcizandum. 26. non.
 Exorcifta qualiter ſigna mali ſpiritus ab aliis diſcernet. ibid. quamvis.
 Exorcifta media naturalia non reſpuat. 27. itaque.
 Exorcifta ſit prudens & fide polleat. ibid. quia non. exorcif- mos.
 Exorcifta curet nê afflictiſ mediis illicitis utatur. ibid. quia vero.
 Exorciftarum prædictis contravenientium pœna. ibid. ſi.
 Exorcifta qualiter obſeſſum moneat & conſoletur. 28. mo- neatur. quod.
 Exorcifta remedia utilia contra demonis infeſtationes ſug- gerat. ibid. ſi. ſimiliter.
 Exorcifta ſolus mulierem non exorcizet. 29. mulieri.
 Extrema unctio quàm utilis. 92. Sacramentum.
 Extrema unctio tempeſtivè ſuſcipienda. ibid. idcirco.
 Extrema unctio qualiter ad infirmos deferenda. ibid. quod ſi propter. ſi.
 Extremâ unctio an pueri ungenti. 93. cum.
 Extremâ unctio muniendi non ſunt, qui modo violento perimuntur. ibid. Sacramentum.
 Extremâ unctio muniti non ideo citius moriuntur. ibid. Paſtores.
 Extremâ unctio munito Sacramentum Euchariftiæ & pœnitentiæ ruruſum adminiſtrari poteſt. ibid. conſuetudo.
 Extremâ unctio in novo periculo quis iterum muniti po- teſt. ibid. admoneatur.
 Extremæ unctio miniſter eſt ſolus Sacerdos juridiſtioneſ habens. 92. miniſter.
 Extremam unctioſem quando Sacerdos ſimplex adminiſtrare poſſit. ibid. quod ſi proprius.

F. Fabricæ

INDEX RERUM.

F.

- F**abrica Ecclesie quinam praeferendi. 205. fabrica.
 Fabrica Praefecti rationem reddere debent. 206. certi.
 Fabrica Magistrum quoniam procurare debent. *ibid.* meminere-
 rint.
 Ferdinandi Archiepiscopi Colonienfis studium circa refor-
 mationem Breviarii & Missalis. 14. cui. 15. idcirco.
 Festa pie transigenda. 36. ut.
 Festa violentum poena. 37. quin.
 Festa & dies dominici quomodo transigendi doceant Pasto-
 res. *ibid.* non.
 Festa ex praescripto Urbani VIII. servanda recensentur. 38.
 insuper & seqq.
 Festus & dominicis diebus tabernae sub divinis nulli pateant.
 37. quae.
 Festus & dominicis diebus mercatus & operibus servilibus
 non vacandum. *ibid.* ut.
 Festorum accurata observantia mandatur Pastoribus. 40.
 cum.
 Festum immaculae Conceptionis in tota provincia Colonienfi
 celebratur. *ibid.* nobis.
 Festum S. Ursulae & Sociarum in Civitate Colonienfi cele-
 bratur. *ibid.*
 Fidei doctrina a Pastoribus explicanda. 3. quia.
 Fidei professionem facere tenentur Ecclesiarum Cathedra-
 lium Praelati, Canonici, & curati omnes. 1. cum.
 Fidei professionem facere tenentur Ecclesiarum Collegiata-
 rum Praelati, Decani, Canonici, Canonissa & beneficiarii
 non curati. *ibid.* Et.
 Fidei professionem facere tenentur omnes Ecclesiae Ministri.
 2. similiter.
 Fidei professionem facere tenentur provis de Monasteriis.
ibid. constitutionem.
 Fidei professionem facere tenentur omnes pro confessionibus
 approbandi. *ibid.* universi.
 Fidei professionem facere tenentur Ludimagistri, Magistrae &
 obstetrices. *ibid.* hanc. 197. ad.
 Fidei professionem facere tenentur Professores & Lectores.
 2. quaecumque. decretum.
 Fidei professionem facere tenentur Archidiaconi & Decani
 quae Collegiales, quae Rurales. 145. noverint.
 Fidei professionem quando facient Ordinandi. 102. omnes.
 Fidei professionis formula a Pio IV. praescripta. 7. ego.
 Fiscali publica vitia a Pastoribus sunt denuncianda. 150.
 Parochi.
 Fundationum reductio a quo facienda. 204. si.

G.

- G**abellarum impositionem libertas Ecclesiastica non pa-
 titur. 129. ex.
 Gabellae sub nullo praetextu Clericorum rebus & bonis im-
 poni possunt. *ibid.*
 Gabellae Ecclesiasticis imponentium haeredes & successores
 anathemate feriuntur. *ibid.* eodem.

Gabellarum Ecclesiasticis extorquendarum causa eisdem ob-
 sequia non neganda. 130. adhuc.
 Gymnasiorum Regentes fidei professionem edant. 2. qua-
 cumque.

H.

- H**eresis cognitio ad quem spectet. 135. de & seqq.
 Haeretici eorumque mercatura & schola vitanda. 3. ad-
 haec & seqq.
 Haeretici qualiter ad gremium Ecclesiae recipiendi. 5. qui-
 cunque.
 Haeticorum Religionem non simulent Catholici. 4. memi-
 nerint.
 Haeticorum disputationes an fugiendae. *ibid.* quod.
 Haeticorum conciones vitandae. *ibid.* Et.
 Haeticorum turpiumque librorum ac schedularum lectio
 vetita. *ibid.* cum & seqq.
 Hora Canonica quibus ritibus persolvenda. 13. inter &
 seqq.
 Hora Canonica ex quo Breviario recitanda. 15. nos.
 Horas per alium legens non satisfacit, nec fructus facit suos.
 19. sane.

Plura vide V. Officium.

- Hospitalia quibus patere non debeant. 206. hospitalia.
 Hospitalibus quinam praeficiendi. 205. fabrica.
 Hospitalium computubus adsint Pastores. 206. Archidia-
 cono.
 Hospites qualiter in Monasteriis excipiendi & tractandi.
 172. hospites & seqq.

I.

- I**ejunii Ecclesiastici finis & fructus populo explicandus. 50.
 jejunia.
 Iejunii pleni a semipleno differentia. 51. in.
 Iejunii quadragesimalis observantia quando populo intiman-
 da. 52. singulis.
 Iejunii lege soluti alios ad illius violationem non provocent.
ibid. caveant.
 Iejunandum non est in Vigilia S. Joannis Baptistae incidente
 in festum corporis Christi. 51. de.
 Iejunare ter hebdomatim in Quadragesima est abusum. 52.
 corruptelam.
 Iejunia quatuor temporum & Vigilia S. Matthiae observan-
 da. *ibid.* jejunium.
 Iejuniorum dies specificantur. 51. porro.
 Imagines & statuae an in Processionibus deferendae. 30. eam
 & seqq. 32. tamen si.
 Imagines Sanctorum nondum beatificatorum in locis publi-
 cis non proponenda. 41. severe. 42. caelestis & seqq.
 Imagines aut statuae qualiter exornanda. 49. in ornandis.
 Imagines prototypo sint conformes. *ibid.* imprimis.
 Imagines tantum benedictae exponantur. 50. cruce.
 Imagines deformatae instaurantur & apocryphae tollantur.
ibid. imagines.

Imagines

INDEX RERUM.

Imagines vivorum in intimâ altarium tabulâ non exprimantur. ibid. adhæc.
Imago unica unius Sancti sit in Ecclesia. 49. præterea.
Immunitas Ecclesiastica quid sit & quo jure introducta. 128. Immunitas.
Immunitate Ecclesiasticâ quinam gaudeant. 133. et si.
Immunitati Ecclesiasticæ præjudicari non potest. 129. sed.
Immunitati Ecclesiasticæ contraria secularium statuta sunt damnata. 130. proinde.
Immunitati Ecclesiasticæ statuta contraria referuntur. ibid. qualia.
Immunitati Ecclesiasticæ renunciare nequit Clericus. 133. tanti.
Immunitatem violantium pœna ad eorum heredes extenduntur. 129. eodem.
Immunitatis Ecclesiasticæ observantia Dominis temporalibus commendatur. 135. denique.
Immunitas localis quid sit. 133. Immunitas.
Immunitate locali quenam loca gaudeant. ibid. hæc. 134. quin.
Immunitate locali sive alyli quinam non gaudeant. ibid. insuper & seqq.
Plura vide V. Clericus.
Incorrigibilis quis dicatur. 191. adhæc.
Indulgentiæ quid sint, & quenam pro iis lucrandis requirantur conditiones. 76. magnum. quam.
Indulgentiæ non sunt publicandæ sine auctoritate Ordinarii. 81. severè.
Indulgentiæ salutationem Angelicam mane, vesperi & meridie orantibus concessæ. 200. ut.
Indulgentiarum index consiciendus & ab Ordinario examinandus. 81. sacri.
Iura funeralia à quibus determinanda. 122. tametsi.

L.

Lampas ante Venerabile fovenda. 83. ob.
Liber Baptismalis & matrimonialis. vide V. Baptismus & Matrimonium.
Libri qui typis mandantur sunt approbandi. 6. Sanctæ & seqq.
Librorum hereticorum & turpium lectio prohibita. 4. cum & seqq. 195. nulli.
Librorum sortilegia & divinationes docentium lectio prohibita. 25. præterea.
Litteras dimissoriales Ordinandis dare ad quem spectet. 94. quemadmodum. verum.
Litterarum dimissoriaium formula. 95. modum.
Ludimagister. vide V. schola.
Ludus alearum Sacerdotibus interdictus. 151. Sacerdotes.

M.

Maleficia remediis ab Ecclesia usitatis pellenda. 24. omni.
Malefici vera indicia. 26. signa.

Maleficiorum pœna. 25. cum.
Matrimonium post sponsalia non diu differendum. 104. graviter.
Matrimonium clandestinum ut abrogetur, publicandum est decretum Tridentini. ibid. comperimus.
Matrimonium an validè contrahant, transeuntes ad locum in quo decretum Tridentini non est publicatum. 106. quamvis. exponi.
Matrimonium priusquam contrahatur tres proclamationes præmittendæ sunt. ibid. decretis.
Matrimonium contrafluri de quibus interrogandi. 107. Parochus.
Matrimonium contracturi si diversæ fuerint Parochiæ quid faciendum. ibid. si matrimonium.
Matrimonium die ultimæ proclamationis factæ non est celebrandum. ibid. si quando.
Matrimonium sub Sacro celebrandum. 109. laudabilis.
Matrimonium secundum inire volenti quid faciendum. 108. ad.
Matrimonium secundum non est benedicendum. 109. quoniam.
Matrimonium ineuntium & testium nomina in libro annotanda. ibid. habeat.
Matrimonium Eunuchorum est invalidum. 108. sciant.
Matrimonium contentiosum ad Officialem remittitur. ibid. si.
Matrimonii impedimenta norint Curati. 107. Pastores.
Matrimonii solemnitates certo tempore prohibita. 108. tametsi.
Matrimonii usum impediendum pœna. 109. cum.
Matrimonio alienos jungentis pœna. 107. si quis.
Matrimonio alienos ut quis jungere possit, licentia præsumpta non sufficit. ibid. sciant.
Matrimonio non faciliè copulandi peregrini & vagi. 109. ut.
Matrimonio non jungantur vi coacti, & cogentium pœna. ibid. quia.
Matrimoniali convivio Curati sese non ingerant. 110. Curati.
Maximilianus Archiepiscopus Colonienfis ad Officium Romanum recipiendum omnes hortatur. 15. Nos.
Medici curent ut animæ prius quàm corpori consulatur. 67. sancitum.
Mendici ficti amandandi. 12. repletur.
Mendici è templis ab hominibus conductis arcendi. 113. abusus. quapropter.
Miracula nova non evulganda sed Episcopo significanda. 41. fide.
Missæ in Ecclesiâ Parochiali audienda integrè & prævio pulsu. 11. adhortentur & seqq.
Missæ in adibus privatis sub pœnâ arbitrariâ non est celebranda. 89. statuit. quæ.
Missæ in solis Ecclesiis extra necessitatem est celebranda. 110. Ecclesiæ.
Missæ non est celebranda in Ecclesia polluta. 112. innovando.
Missæ in oratorio privato ad hoc deputato licitè celebratur. 110. etiamsi.
Missæ una tantum de die extra casus jure permissos est celebranda. 91. extra.

E e

Missæ

INDEX RERUM.

Missâ sicca est abroganda. ibid.
Missâ communis intrâ semihoræ spatium est absolvenda. ibid. ut.
Missâ Officio diei convenire debet. 90. quoniam.
Missâ primaria dominicis & Festis diebus non sit funebris. 122. si quis.
Missæ non intersint excommunicati & criminosi. 88. cum manifesti.
Missam sine Ordine presbyterii celebrare temeritas est detestabilis. 86. maximè.
Missam celebrare non permittantur Sacerdotes ignoti absq[ue] Ordinationis testimonio. ibid. nos. 87. quod. Et.
Missam celebrare non permittantur Sacerdotes facinorosi, habitum & tonsuram non gestantes. ibid. cum, injungimus.
Missam cum chirotecis & annulis celebrare quibus prohibetur. 89. quandoquidem.
Missam celebranti assistat Minister non fœmina sed masculus. ibid. in.
Missam celebranti assistens in habitu sit decenti. 90. dum.
Missam celebrans hostiam adhibeat majorem. ibid. celebranti.
Missam celebrans qualiter hostiam in monstrantiâ asservatam sumere debeat. ibid. vetus.
Missam celebrans vinum non mustum adhibeat. ibid. ex.
Missam celebrans qualiter genuflectere debeat. 91. quoties.
Missam celebrans qualiter illam cantare debeat. ibid. current.
Missam celebrans Canonem secretè legat, & nihil ei addat. ibid. sancta.
Missam celebrans dum hostiam elevat, signum campanæ detur. ibid. dum.
Missam celebrans paramenta in Sacrificiâ assumat. 112. observandum.
Missam frequentare non valentes mente divinis intersint. 89. Pastores.
Missam diebus dominicis & aliis Festis majoribus in Ecclesiis Regularium seculares liberè audire possunt. 185. exorta.
Missionarii litteras approbationis pro audiendis confessionibus exhibeant. 71. cum.
Monasteria nova qualiter erigenda. 186. ad Regularem & seqq. 187. cum aliis & seqq. 188. sicut & seqq.
Monasteria qualiter debeant esse disposita. 171. in.
Monasteria ruinosâ ad urbes transferantur. ibid. ad.
Monasteria sint libera à strepitu judiciario. ibid. ut.
Moniales sollicitantis aut violentis pœna. 167. quicunque.
Moniales secularibus loquantur velat e. 169. præterea.
Monialibus non licet extrâ Cancellos cum aliis prandere. 172. in Sanctimonialium.
Monialis lapsæ pœna. 167. Sanctimonialis.
Monialium claustra non pateant viris. 169. in.
Monialium templum sit extrâ clausuram. ibid. si.
Monialium clausuram quibus intrare liceat. 170. quando.
Monialium convictrices clausuram servant & sumptus solvant. ibid. eadem. ne puellarum.
Monialium colloquia quomodo cum secularibus instituenda. ibid. ne puritas.
Monialium quæ per Abbatissas, aliasque præfectas reguntur Electionibus Episcopus interesse potest. 175. ac similiter.

Plura vide *V. Clausura. V. Constitutio. Greg. XV. & V. Religionis ingressus.*

N.

N *Neomystra in ceremoniis instruendi. 19. quin.*
Neomystra quando primitias celebrabunt. 103. sacerdotes.
Neomystrarum convivia sint honesta & frugalita. ibid. cum.
Nobilium sedilia locis incongruis in templis collocata Pastores amoveant. 152. nobilium.
Nomina minus convenientia in Confirmatione mutantur. 64. patrini.
Novitii qualiter recipiendi, examinandi & instruendi. 155. collapsa & seqq.
Novitii an bonis suis renunciare possint. 161. nulla.
Novitii ante professionem Sacramentum Confirmationis suscipiant. 162. nulli.
Novitii obedientiæ & castitatis curam gerant. 167. ad castitatis.
Novitiorum libertati consulitur. 191. neque.
Novitiorum professio ante annum probationis est nulla. ibid. tametsi.

O.

O *bsetrices professionem fidei facere tenentur. 2. hanc.*
Obstetrices formam & normam baptizandi calleant. 58. curet.
Obstetrices ad obstetricandum admittendæ quid præstare debeant. 60. Magistratus.
Obstetrices extrâ necessitatem non baptizent. 61. obstetrices.
Officialis de Matrimonio contentioso aliisque causis cognoscit. 108. si. 144. Archidiaconi.
Officialis sententiâ faciendum est divertium. 109. severè.
Officiali Ecclesiasticorum testamenta sunt exhibenda. 116. ne.
Officialis curare debet ut illa sedulo adimpleantur. 117. quandoquidem.
Officialis qualiter ad relationem sigilliferi majoris illa expediri mandabit. ibid. sigillifer.
Officiali qualiter à testamentorum Ecclesiasticorum executoribus reddenda ratio. ibid. omnes.
Officialis decretum in censuum ac reddituum Ecclesiasticorum redemptione intervenire debet. 204. ne.
Officialis licentia in cadendis arboribus caduis ad Ecclesiasticos spectantibus intervenire debet. 205. demum.
Officialis consensu criminosi à locis sacris extrahi possunt. 134. ne.
Officiali denunciandus est, qui sine examine & institutione curæ animarum sese ingerit. 146. quod si quis.
Officiali denunciandi sunt Pastores, qui pro infirmorum visitatione & Sacramentorum administratione stipendium exigunt. 150. proinde.
Officiales Archidiaconales quales esse debent. 144. de.
Officium divinum uniformi ritu ex Missali & Breviario Rom. persolvendum. 13. inter & seqq.
Officium diei vel ejus ritum immutare non licet. 15. nomine sacra.

Officium

INDEX RERUM.

Officium divinum an de sancto, cujus in loco insignis Reliquia non existit celebrare liceat. *ibid.* *item.*
 Officium divinum an de sancto nondum Canonizato celebrare liceat. 16. de sanctis.
 Officium divinum statim horis publicè & privatim recitandum. 19. *in super.* quoniam.
 Officiū divinū uti Deo dignū est, ab omnibus peragendū. 20. quū.
 Officium divinum non est mutilandum, nec indecentia ipsi miscenda. 21. nemo. 22. ut & seqq.
 Officium divinum frequentantes qualiter per quotidianas distributiones sint excitandi. 20. quandoquidem.
 Officium divinum & Missas defunctorum non frequentantes distributionibus privandi sunt. *ib.* studeat quemadmodū.
 Officium divinum est frequentandum non obstante statuto de diebus recreationis, quod abrogatur. 21. Et.
 Officium divinum serius frequentantes non sunt publicè confundendi *ibid.* serius.
 Officio divino quando absentes interesse censeantur. *ibid.* intelligimus.
 Officium B. Mariæ Virginis uti à Pio V. præscriptum, est recitandum. 16. ad & seqq.
 Officium B. Virg. recitantes indulgentias lucrantur. 18. ac.
 Officiū B. Virg. recitatio introducenda. *ib.* mandantes. concionales.
 Olea sacra fideliter custodienda. 53. & *(coribus.*
 Olea & Sacrum Chrisma presbyteri in vasculis mundis excipiant. 55. quamvis.
 Olea & Sacrum Chrisma gratis dispensentur. *ibid.* hi.
 Olea sacra à Decanis Ruralib. vel aliis accipiēda. 56. Pastores.
 Olea sacra thecis ligneis inclusa & signata per laicos deferri possunt. *ibid.* scubi.
 Oleum vetus non aboleatur nisi allato novo. *ibid.* quia.
 Oleum vetus lampadi infundatur aut exuratur. *ibid.* simul.
 Oleum benedictum si exaruerit vel defecerit, à superiore petatur novum. *ibid.* si contingeret.
 Oleum novum si haberi nequeat, gutta olei profani affundatur. *ibid.* si vero.
 Ordinatio ut ritè peragatur, in quatuor temporibus à Deo petendum. 97. univrsus.
 Ordinationis documenta à quibus exigenda. 87. Decani.
 Ordinandi testimonium ordinis suscepti producant. 96. ut.
 Ordinandi interstitia servare & functiones suas exercere debent. 97. nullus sancta.
 Ordinandi quando in domo Suffraganei comparebunt. 100. quotquot.
 Ordinandi quando professionem fidei emittent. 102. omnes.
 Ordinandis dimissorias dare ad Suffraganeum spectat. 94. quemadmodum. Verum.
 Ordinandorum qualitates à Suffraganeo explorandæ. 94. Vicarius.
 Ordinandorum qualitates recensentur. 96. nullus ad.
 Ordinandorum examini Suffraganeus præsit. 97. quoniam.
 Ordinandorum examinatores quidam jurare debeant. 98. examinatores.
 Ordinandorum ætas. *ibid.* nullus.
 Ordinandorum tituli etiam patrimonii, seu pensionis discutendi. *ibid.* tituli. 99. eadem. *(ib.* titulus.
 Ordinandorum titulus minimus sit. 25. aureorum annus redditus.
 Ordinati ante ætatem suspenduntur. 98. si
 Ordinati tonsuram & habitum clericalem gestare debent. 100. quicumque & seqq.
 Ordines à proprio Episcopo suscipiendi, & quis ille. 94. sciant.

Ordines gratis conferendi & soli Testimonialium scribere sedecim albi assignantur. 98. cum.
 Ordinibus sacris quinam illicitè initiantur. 86. gravi.
 Ordinibus sacris initiandus in minorum functionibus sit exercitatus. 99. verum.
 Ordinibus sacris initiandi cantū Gregorianū addiscant. 100. Et.
 Ordinibus minoribus initiandi an interstitia servare debeant. 97. nullus. *(rim.* *ib.* qui.
 Ordinibus minoribus initiandi an in iisdem ministrare debue-

P.

Pastorales ades si desint conducantur. 154. quod.
 Pastorales ades annuè visitentur & reparentur. *ibid.* cum.
 Pastorales Ecclesia à quo reparandæ & reedificandæ. 153. Pastores & seqq.
 Pastores fidei doctrinam suis subditis crebrò explicent. 3. quia.
 Pastores familias sibi commissorum studiosè visitent. *ibid.* quod.
 Pastores artis divinatoria pericula suis subditis exponant. 5. quandoquidem.
 Pastores libros suspectos tollant. *ibid.* Parochi.
 Pastores crebrò inculcent graviter peccare eos, qui sacris abutuntur. 5. Pastores.
 Pastores anniversaria occurrentia diebus dominicis debent publicare. 21. præterea.
 Pastores populū doceant, quomodo dies Festi transigēdi. 36. ut.
 Pastores advigilent ut Festa accuratè serventur. 40. cum.
 Pastores dominicā quinquagesimæ populū de observando jejunio admoneant. 52. singulis. *(54. ut.*
 Pastores Sacramentorum & ceremoniarū usū populo exponant.
 Pastores hortentur populū ut à convivii baptismalibus abstineat. 61. ad.
 Pastores doceant quando Sacramentum Confirmationis suscipiendum. 63. cum. eapropter. *(isse.* *ib.* Et.
 Pastores doceant usū hujus Sacramenti à primordio Ecclesiæ suscipiendum. *ibid.* ne quis.
 Pastores documentum confessionis exigant. *ibid.* ne tepidi.
 Pastores Matrimonii impedimenta norint. 107. Pastores.
 Pastores jura sua exigant. 203. curent. 204. nè.
 Pastores quales esse debeant. 147. diligenter.
 Pastores an, quando & quamdiu ab omnibus suis abesse possint. 148. curati & seqq.
 Pastores pro infirmorum visitatione & Sacramentorum administratione nihil exigant. 149. multis & seqq. *(res.*
 Pastores fructū sacrificii populo frequenter applicent. 150. Pastores.
 Pastores pro Decanis & Confratribus suis mortuis celebrent. *ibid.* fraternæ. Decano.
 Pastores publica vitia Officiali vel sigillifero vel fiscali denuncient. *ibid.* Parochi.
 Pastores curent, ut in Parochiis suis scabini Synodales eligantur. *ibid.* idcirco.
 Pastores ad Parochias suas recens commigrantium vitam explorent. 151. ab.
 Pastores opera servilia non tractent. *ibid.* dolenter.
 Pastores qualiter Regulares concionari aut Eleemosynam colligere permittent. 152. *in super.*
 Pastores sedilia locis incōgruis collocata amoveant. *ib.* nobiliū.
 Pastores instituendi quid præstare debeant. 154. nullus.
 Pastores in domo Ecclesiæ proximā habitent. *ibid.* pastores. quod.
E e 2 Pastores

INDEX RERUM.

- Pastores Regulares. vide V. Regulares.*
Pastoribus quomodo subveniendum. 152. sacro-sancta. nec.
Pastoribus non facile concedendum ut à Parochiis absint.
 145. *Parochiis.*
Pastorum Officium. 149. præ cæteris & seqq.
Pastorum congrua portio. 153. præterea. quoniam.
Patrini quot in Baptismo admittendi. 59. numerus.
Patrini de quibus monendi. 60. patriniis.
Patrini Officium in Baptismo obire quinam prohibeantur.
 59. *alios. 60. idcirco. pater.*
Patrini in Confirmatione non sint iidem qui fuerunt in Ba-
ptismo. 64. in.
Patrini ejusdem sint sexus, cuius sunt confirmandi. ibid. pa-
trinum.
Patrini sint Catholici & Confirmati. ibid. volumus.
Patrini armati non accedant cum Confirmatis quorum no-
mina si minus convenientia fuerint mutantur. ibid. pa-
trini.
Patrini in & post Confirmationem quænam observare de-
beant. 65. si.
Patrini fasciam lineam conferant à Confirmatis in tertium
diem gestandam. ibid. patrini fasciam.
Patrini munera confirmatis dare non tenentur. ibid. sciant.
Patrini ante benedictionem Episcopalem non abeant. ibid.
patrini et.
 Plura vide *V. Baptismus. Et V. Confirmatio.*
Pœnitentiæ Sacramenti institutio, ejusq; forma. 66. Sacra-
mentum. insuper.
Pœnitentiæ Sacramentum in mortale lapsis est necessarium.
 67. *Sacramentum.*
Pœnitentiæ Sacramento tempestivè munitantur puerperæ &
periculosè agrotantes. 68. puerperæ.
Pœnitentiæ Minister est solus Sacerdos. ibid. quoniam.
Pœnitentiæ Minister quales debeat habere qualitates. 71.
adhæc.
Pœnitentiæ circumspicere à Confessariis sunt injungenda. 75.
Confessarii sint.
 Plura vide *V. absolutio & V. Confessio.*
Procuratio Canonica quid sit. 120. communiter.
Processio publica feria quarta Pentecostes non instituat.
 40. *cum.*
Processiones indicere & ordinare est penes Episcopum. 29. cum.
Processiones quinam frequentare teneantur. ibid. omnes.
Processiones frequentantibus distributiones dandæ. 35. ne.
Processiones frequentantes à levitatibus abstineant. ibid. cum
porro.
Processiones frequentantes. Officia divina in Ecclesiis non
turbent. ibid. cum in.
Processiones quomodo & ubi instituendæ. 29. insuper.
Processiones quales abrogandæ. 30. quam & seqq.
Processiones dum servantur quales in iis portandæ imagines.
ibid. eam. præmissa.
Processionibus qualis præfigendus ordo. 34. ut.
Processionibus certa tempora præscribenda. 35. insuper.
Processionibus dum Canonice intersunt cultu nimis exquisi-
to non utantur. 34. quod.
Processionibus peractis nulla convivia instituenda. 33. quam-
obrem.
Processionibus Reliquiæ & statuæ non adhibeantur dum
Venerabile, quod rarius deferendum circumfertur. 32.
tametsi. sanctissimum.
Processionibus viri primarii intersint qui portent umbellam.
 33. *deputentur.*
Processionis via, per quas Venerabile portatur, mundandæ.
 32. *insuper ad.*
Processionis via à quibus mundandæ. 33. in.
Processionum abusus à Visitatoribus & Decanis Ruralibus
tollendi. 30. additum. 31. quæ.
Processionum circuitiones contrahendæ & scandala tollenda.
 31. *cæterum. præterea.*
Processionum causam concionatores populo exponant. 34.
quibuscunque.
Processionum decreta ab Ecclesiasticis Religiosis observanda.
 33. *quæ.*
Procuratio Canonica præscribi nequit. 144. à necessariis.
Professio fidei vide V. fidei professio.
Provisores mensæ pauperum. 206. duo.
Provisores computum, cui Pastor intersit, reddere tenentur.
ibid. certi. Archidiaconi.
Provisores quænam observare debeant. ibid. quoniam.
Provisores inscio Pastore nemini litem intendent. ibid. pro-
cessum.
Provisores quando & quibus eleemosynam dabunt. ibid.
eleemosynæ.
Pueri quando ad communionem admittendi. 83. Pastores.
Puerperæ aliquot diebus ab ingressu Ecclesiæ abstineant. 61.
quanquam.
Puerperæ egressuræ, ad Ecclesiam Parochialem primò se con-
ferant. ibid. sacris.
Puerperæ antè 25. à partu diem ad purificationem non ad-
mittantur. 62. volumus.
Puerperæ ex illicito concubitu parientes ad purificationem
non admittantur. ibid. mulieres.
Puerperæ ad purificationem cum pompâ non procedant. ibid.
Puerperæ dominicis & festis diebus non purificentur. ibid.
cæterum.
Puerperæ mortuæ orationes purificandis destinatæ non adhi-
beantur. ibid. damnamus.

R.

Regularis approbatus ab Episcopo an à Confessionibus
 audiendis suspendi possit. 182. *secundo.*
Regulares an possint Altaria consecrare. 181. decimo octavo.
Regulares ut seculares circa curam animarum jurisdictioni
Episcopi subsumt. 174. nec non.
Regulares Confessiones secularium etiam Sacerdotum sine
approbatione Episcopi audire non possunt. 69. Sacerdos.
 70. *Nos. 175. ac demum. 179. Sacra.*
Regulares ad alium Ordinem translati beneficii secularis
incapaces sunt. 190. quia.
Regulares Concionari volentes quid facere debeant. 174. at-
que. 175. ac demum.
Regulares delinquentes à quo puniendi. 189. si quis & seqq.
Regulares decreta Ernesti & Ferdinandi Archiepiscoporum
circa abusus in susceptione & professione observent. 161.
innovamus.

Regu-

INDEX RERUM.

Regularium Superiores diligentiam adhibeant, ut vota ac precepta Ordinum non relaxentur. 162. Abbates.
 Religionem ingredi volentem nemo impediatur. 160. sed.
 Religionem ingredientibus virgines sunt examinanda. ibid. urget & seqq.
 Religionem ingredientibus qualiter vestiendae. ibid. indecorum.
 Religionem ingredi virgines non cogantur. 159. in super.
 Religionem ingredientibus sumptuosa convivia non instituant. 161. innovamus. sicut.
 Religionis substantialia exacte servanda. 162. Abbates. 167. Religiosi & seqq.
 Religiosi sine defectu non recipiantur. 155. collapse.
 Religiosi quicunque obedientiae exactissimam habeant rationem. 167. Religiosi.
 Religiosi castitatis diligentissimam habeant curam. ibid. castitatis.
 Religionum Superiores clausuram severissime faciant servari. 168. Lubrica.
 Religiosi raro egrediantur & visitentur. 169. sicut.
 Religiosi quando ad alia loca transferendi. 171. Religiosi.
 Religiosi omnes etiam Donati seu oblatores & conversi frequenter communicent. 183. Religiosi.
 Religiosi Curati omnia Monasterio suo acquirunt. 186. quaecumque.
 Religiosi Curati Synodis & Capitulis Ruralibus interesse debent. ibid. ut.
 Religiosi Apostatae & fugitivi reducendi. 190. licet & seqq.
 Religiosi quando dicantur incorrigibiles ut expelli possint. 191. adhuc & seqq.
 Reliquia insignes quoniam dicantur. 16. insignes.
 Reliquiae novae non sunt exponenda priusquam approbentur. 45. etsi.
 Reliquiae antiquae praesumuntur approbatae. ibid. inter.
 Reliquiae Sanctorum debite sunt honorandae, visitandae & custodiendae. ibid. cum. eadem. Praelati.
 Reliquiae approbatae in tabella sunt designanda. ibid. ut.
 Reliquiae qualiter ostendenda & attingenda. 46. ad & seqq.
 Reliquiae vendi non possunt. ibid. improbae.
 Reliquiae a quibus in processione gestandae. ibid. cum.
 Reliquiae Sanctorum quomodo donanda. ibid. in.
 Reliquiarum usus & veneratio populo exponenda. 45. unde.

S.

Sacellani ad curam animarum sunt approbandi. 148. cum.
 Sacellani ab oribus infacio Pastore non absint. 149. eodem.
 Sacerdos. vide. V. Confessarius. & V. Missa.
 Sacramenta ministros Sanctos & attentos exigunt. 53. cum. quapropter. etsi.
 Sacramenta Sacerdos administraturus si peccati mortalis sit conscius, vel de eo dubitet, confessionem praemittat. 54. itaque.
 Sacramenta administret Sacerdos jejunus. ibid. si.
 Sacramenta non administrentur publice excommunicatis. ibid. nullus a.
 Sacramenta non administrentur Haereticis, facinorosis & usurariis. ibid. nullus etiam.

Sacramenta administraturus ceremonias praefigat & devote se preparat. 55. Sacerdos.
 Sacramenta in quo habitu administranda. ibid. in super.
 Sacramenta administraturus an aliquid possit exigere vel acceptare. ibid. pro.
 Sacramentis omnibus (poenitentiae excepto) minister honeste vestitus assistat. ibid. in.
 Sacramentorum usus & efficacia populo saepius exponenda. 54. iii.
 Plura vide V. Baptismus. Confirmatio, Eucharistia. & c.
 Sacrificium vide. V. Missa.
 Sacrificia in singulis Ecclesiis constituenda. 112. observandum.
 Sage & Magi maxime execrandi. 24. omnibus.
 Scabini Synodales eligendi ipsorumque Officium. 150. idcirco.
 Schola Haereticorum vitanda. 3. cum.
 Scholarum utilitas. 194. plurimum.
 Scholarum Magistrum fides professionem faciant. 2. hanc. 197. ad.
 Scholarum cura quales praeficiendi Magistri. 194. ceterum.
 Scholares qualiter in doctrina & pietate instruendi. ibid. ludimoderatores & seqq.
 Scholares pauperes qualiter juvandi. 195. Ad.
 Scholares a Sacerdote instrui laudabile est. 197. Pastore.
 Seminarium Archiepiscopalis instauratio ejusque inspectores. 195. maxime & seqq.
 Sepulchra qualiter disponenda, qua hora, & an cum cereis defuncti sepeliendi. 121. sepulchra. & seqq.
 Sepulchrorum etiam Sanctorum corpora an liceat transferre. 122. quorumcumque. corpora.
 Sepultura Ecclesiastica negatur infidelibus, usurariis, seipso necantibus & c. 118. etsi & seqq.
 Sepultura locus usitatus est coemeterium benedictum. 120. ubi. quanquam.
 Sepultura electio est libera. ibid. communiter.
 Sepultura locus pro innocentibus, Sacerdotibus, Clericis, & non Baptizatis. ibid. parvulorum, sepulchra. etsi.
 Sigillifero majori Ecclesiasticorum testamenta sunt exhibenda. 116. ne.
 Sigillifero majori incumbit cura, ut testatorum voluntati plene satisfiat. 117. quandoquidem.
 Sigillifero majori incumbit Ecclesiasticorum Testamenta diligenter examinare. ibid. sigillifer.
 Sigillifero majori quando executores statum hereditatis exhibebunt. ibid. executores. omnes.
 Sigillifero majori & Officiali Testamentorum approbatio private committitur. 118. Archidiaconi.
 Sigillum Confessionis illud servandum. 75. cum.
 Sigillum servandum etiam post mortis sententiam in poenitentem latam. 76. non ferenda.
 Sigillum servare tenetur quicumque ex confessione peccata novit. ibid. non solum.
 Simonia est peccatum gravissimum. 136. simonia.
 Simonia est peccatum hoc tempore frequentissimum. ibid. Er.
 Simonia quam grave peccatum sit, ab omnibus dignoscendum. ibid. ut.
 Simonia quid sit & quando committatur. 137. simonia.
 Simonia quot modis committatur. 139. quoniam.
 Simonia confidentialis quid sit. ibid. praemisit.
 Simonia confidentialis qualiter a Pontificibus damnata. ibid.

INDEX RERUM.

ibid. hanc & seqq.
 Simoniacorum pœna. 137. quod & seqq. 143. ut. præter.
 143. eisdem.
 Sodalitates qualiter erigendæ. 77. inter & seqq.
 Sodalitates compotatoricæ abrogandæ. 81. sic ubi.
 Sortilegi à Magistratu severè puniendi. 24. ut.
 Sortilegorum pœna. 25. cum.
 Sponsalia ubi & coram quo contrahenda. 104. ut.
 Sponsalia an consensibus parentibus contrahenda. *ibid.* curet.
 Sponsalia contrahentes de quibus examinandi. *ibid.* priusquam.
 Sponsalium obligatio. 103. quotidiana.
 Statuta Canonorum secularium diem recreationis permittentia an sint abroganda. 21. Et.
 Suffraganeus consulendus est si de Confirmatione dubiretur. 65. cum.
 Suffraganeus deputat eum per quem sacra olea distribuuntur. 55. quamvis.
 Suffraganeus ordinandis dat dimissoriales. 94. quemadmodum. verum.
 Suffraganeus ordinandorum qualitates explorat. *ibid.* Vicarius.
 Suffraganeus ordinandorum examini præest. 97. quoniam.
 Suffraganeus ab ordinandorum examinatorebus juramentum exigat. 98. examinatores.
 Suffraganei domum quando adibunt ordinandi. 100. quotquot.
 Plura vide V. Vicarius in Pontificalibus.
 Superstitiones circa certos numeros, preces & candelas proscribenda. 24. proscribenda.
 Superstitionis nomine quænam comprehendantur. 22. multos.
 Superstitiosa observatio & incantatio vitanda, licet sacra adhibeantur. 23. dolendum & seqq.
 Superstitiosis & diabolicis remediis nullatenus utendum. *ibid.* execranda.
 Superstitiosis remediis utentium pœna. 24. cumque.

T.

Tabaci usus ante sacrificium damnatur. 88. indecorum.
 Tabernaculum in quo SS. Eucharistia asservatur, sit firmum. 82. tabernaculum.
 Tabernaculo quot imponenda pixides. *ibid.* in.
 Tabernaculi clavis à quo custodienda. 83. clavis.
 Tabernæ Festus & dominicis diebus sub divino Officio nulli pateant. 37. quæ.
 Tabernæ puellæ non frequentent. 41. cum.
 Tabernæ non intrent Ecclesiastici. 124. Cauponas.
 Terminarii cum licentia Ordinarii Eleëmofynas colligant. 12. prohibemus.
 Terminarii quales emittendi. 168. dispiciant.
 Terminariis quænam servanda. *ibid.* Religiosi.
 Terminariorum superioribus quidnam incumbat. *ibid.* proinde.
 Testamenti ad mortem dilatio noxia est. 115. experientia.
 Testamentum condentes sint in statu gratiæ. *ibid.* hortentur.
 Testamentum condentes quorum meminisse debeant. *ibid.* quod & seqq.

Testamentum condentibus opera pietatis in genere tantum sunt commendanda. 116. Confessarii.
 Testamenta non exequentium pœna. 117. omnes.
 Testamentorum executores ad quid obligentur. *ibid.* executorum. 118. iustam.
 Testandi gratia abutentium eorumque executorum pœna. 127. Ecclesiastici. qui.
 Testari Clero Coloniensi permissum est, & qualiter. 116. Archiepiscopali.
 Testari volentes Clerici quorum meminisse debent. *ibid.* meminere & seqq.
 Testatores Ecclesiastici executores Ecclesiasticum nominent. 203. ut conservationi.
 Plura vide V. Officialis & V. sigillifer major.

V.

Vasa sacra an consecrare possint Regulares. 181. decimo octavo.
 Vasa sacra profanis manibus non contrectanda. 198. sedulo.
 Vasa sacra sæpius mundanda. 199. urceolos.
 Vasa sacra à quo eluenda. *ibid.* calices.
 Viaticum vide V. Eucharistia.
 Vicarius in Pontificalibus examinat privilegia pro Missis in Oratorio privato celebrandis data. 89. quæ.
 Vicarius in Pontificalibus titulos ordinandorum examinat. 98. tituli.
 Vicarius in Pontificalibus ab ordinandis professionem fidei recipit. 102. omnes.
 Vicarius in Pontificalibus in constructionem novæ Ecclesiæ consentit. 110. nemini.
 Vicarius in Pontificalibus novam Ecclesiam consecrat. 111. Ecclesia.
 Vicarius in Pontificalibus dum pro administratione Sacramenti confirmationis advenerit, quid facient Pastores. 63. eapropter.
 Vicario in Pontificalibus significandum est dum Ecclesia fuerit polluta. 112. innovando.
 Plura vide V. suffraganeus.
 Vicarius in Spiritualibus dat licentiam colligendi eleëmofynas. 12. repletur. insuper. prohibemus.
 Vicarius in Spiritualibus dat licentiam exponendi novas Reliquias easque approbat. 45. etsi. inter.
 Vicarius in Spiritualibus dat licentiam ut tempore belli S. Eucharistia alibi quàm in Ecclesia asservetur. 82. si.
 Vicarius in Spiritualibus dat licentiam celebrandi intra clausuram Mortalium. 169. si.
 Vicarius in Spiritualibus dat facultatem ut quis sine licentia Pastoris Extremam Unctionem administrare possit. 92. Minister.
 Vicarius in Spiritualibus Concionatores approbat. 8. fides.
 Vicarius in Spiritualibus Indices Indulgentiarum examinat. 81. sacri.
 Vicarius Generalis seu Officialis à quibus recipit professionem fidei. 1. cum.
 Vicarius Generalis in Spiritualibus à quibus accipit documentum professionis fidei factæ. 2. universi.

Vicarius

INDEX RERUM.

Vicarius Generalis in Spiritualibus quarum Scholarum Magistros approbat. 3. cum. 194. ceterum.
Vicarius Generalis in Spiritualibus Monialium Concionatores approbat. 9. adhuc.
Vicarius Generalis in Spiritualibus approbat Concionatores à Pastoribus substitutos. ibid. quancumque.
Vicarius Generalis in Spiritualibus dat facultatem exorcizandi. 26. quare.
Vicarius Generalis in Spiritualibus habet potestatem indi-
 cendi & ordinandi Processiones. 29. cum.
Vicarius Generalis in Spiritualibus recognoscit de consuetudine, in cuius in Processionibus cum Venerabili deferuntur Imagines & statua. 32. tametsi. Sanctissimum.
Vicarius Generalis in Spiritualibus dat licentiam exercendi opera servilia Festis & Dominicis diebus. 37. Parochi.
Vicarius Generalis in Spiritualibus à Missionariis litteras approbationis exigit. 71. cum.
Vicarius Generalis in Spiritualibus dat potestatem absol-
 vendi à casibus Episcopo Diocesano reservatis. 72. quod.
Vicarius Generalis in Spiritualibus tollit abusus Confraternitatum. 77. inter.
Vicarius Generalis in Spiritualibus visitat Ecclesias Parochiales, Hospitalia, Confraternitates & scholas. 143. Archidiaconi.
Vicarius Generalis in Spiritualibus à Pastoribus instituendis Indicem bonorum mobilium domus Pastoralis & Ornamentorum Ecclesie exigit. 154. nullus.
Vicarius Generalis in Spiritualibus virginis professura examen ultra mensem non differat. 160. ut. ne.
Vicarius Generalis in Spiritualibus Monialium Confessarios approbat. 183. itaque. ut.
Vicario Generali in Spiritualibus à Visitoribus denunciandum est, qualiter doctrina Christiana promoveatur. 13. Archidiaconi.

Vicario Generali in Spiritualibus representandi sunt Cere-
 moniarum periti à Decanis Ruralibus pro Neomystarum
 instructione deputari. 19. quia.
Vicario Generali in Spiritualibus exhibendus modus con-
 vertendi fructus beneficiorum in quotidianas distributio-
 nes. 20. quandoquidem.
Vicario Generali in Spiritualibus Pastores tradere debent
 Indicem anniversariorum & Fundationum. 21. Exem-
 plum.
Vicario Generali in Spiritualibus significanda nova mira-
 cula. 41. fide.
Virgo, vide *V. Monialis* & *V. Religionis ingressus*.
Visitatio crebra Ecclesiarum instituenda. 208. quibus.
Visitatores nulli sumptibus graves sint. ibid. cum.
Visitatores Notarium qui Sacerdos sit, aut saltem Clericus
 non conjugatus assumant. 209. Decani.
Visitatores singulariter inquirent, an Curata beneficia obri-
 nentes legitime approbati sint. ibid. Archidiaconi.
Visitatores inquirent an Curati obligationi suae satisfaciant.
 ibid. inquirent.
Visitatores Visitationis instituende diem notificent. 210. ut.
Visitatores praemisâ materiali Visitatione juxta formam se-
 paratim impressam ad personalem procedant. ibid. visitor.
Vocem in Capitulo, dignitatem aut beneficium in quacunque
 Ecclesia ut quis habeat, qualis requiratur Ordo. 19. ob-
 servanda.

X.

Xenodochia Visitant Archidiaconi. 143. Archidiaconi.
 Xenodochia ab Archidiaconis Visitata, Visitare potest
 Vicarius Generalis in Spiritualibus. ibid.
 Plura vide *V. Hospitalia*. & *V. Provisores*.



ERRATA SIC CORRIGENDA!

- P**ag. 3. Col. 2. in *Summ.* §. 1. visitandi
l. vitandi.
- Pag. 5. Col. 1. §. 1. lin. 9. à *fine* pro expo-
nunt l. exponant.
- Pag. 13. Col. 2. in *Summ.* §. 2. pro inquirantur
l. inquiratür.
- Pag. 21. Col. 1. lin. 1. ut, *deleatur.*
- Pag. 28. Col. 1. §. 6. lin. 6. à *fine* vexati *pona-*
tur post Diabolo.
- Pag. 37. Col. 2. §. 1. lin. 4. à *fine* suam
l. suas.
- Pag. 54. Col. 1. §. 3. in *Summ.* & lin. 1. pro non
jejunus *ponatur* ebrius.
- Pag. 56. Col. 1. §. 4. lin. 10. sacra l. sa-
cras.
- Pag. 59. Col. 2. Cap. 8. §. 1. lin. 4. sequetur l.
servertur.
- Pag. 60. Col. 2. cap. 9. lin. 6. quol. qua.
- Pag. 64. Col. 2. §. 5. lin. ult. commutari l.
commuteretur.
- Pag. 65. Col. 2. §. 10. lin. 9. à *fine* lata l.
lora.
- Ibidem* §. 2. lin. 1. usque l. utque.
- Pag. 69. Col. 1. §. 3. lin. 4. à *fine* beneficium
adde habeat.
- Ibidem* Col. 2. §. 6. lin. 3. Visitationibus l. Vi-
sitarioribus.
- Pag. 71. Col. 1. lin. 4. florido l. flore.
- Pag. 73. Col. 2. lin. 4. genuflectere l. genufle-
ctendum.
- Pag. 75. Col. 2. §. 9. lin. 16. ne, *adde* si.
- Pag. 79. §. 10. lin. 5. Confessorum l. Concef-
forum.
- Pag. 80. §. 17. *adde* *summarium*: publicatio
per ordinarios facienda.
- Pag. 89. Col. 2. §. 2. lin. 7. à *fine* celebrare l.
celebret.
- Pag. 92. Col. 1. cap. 1. §. 1. lin. 3. à *fine* expe-
ditam l. expeditum.
- Pag. 96. Col. 2. §. 3. lin. 7. non, *delea-*
tur.
- Pag. 107. Col. 2. cap. 3. lin. 11. à *fine* post ver-
bum definitur *pone* decretum.
- Pag. 109. Col. 1. §. 8. lin. 8. cos l. ii.
- Pag. 114. Col. 1. lin. 1. vestibus l. vestibu-
lis.
- Pag. 115. Col. 2. lin. 6. à *fine* ut, *omitta-*
tur.
- Pag. 127. Col. 2. §. 4. lin. 4. in *fine* aut,
deleatur.
- Pag. 156. Col. 1. §. 6. lin. 5. à *fine* moris
l. mos.
- Pag. 160. Col. 1. in *summario* §. 2. pro im-
pediant l. impediatur.
- Ibidem* Col. 2. §. 5. lin. 1. extra l. in-
tra.
- Pag. 161. lin. 4. pareat l. pariat.
- Pag. 166. Col. 2. §. 41. lin. 3. ob l. ab.
- Pag. 167. Col. 2. §. 5. lin. 8. à *fine* resti-
tuerit *prapone* non.
- Pag. 175. Col. 1. in *summario* §. 10. & l.
ex.
- Pag. 181. Col. 1. lin. 10. casque l. col-
que.

ERRATA SIC CORRIGENDA

1. In fine, a. 1. addenda
2. In fine, a. 1. addenda
3. In fine, a. 1. addenda
4. In fine, a. 1. addenda
5. In fine, a. 1. addenda
6. In fine, a. 1. addenda
7. In fine, a. 1. addenda
8. In fine, a. 1. addenda
9. In fine, a. 1. addenda
10. In fine, a. 1. addenda
11. In fine, a. 1. addenda
12. In fine, a. 1. addenda
13. In fine, a. 1. addenda
14. In fine, a. 1. addenda
15. In fine, a. 1. addenda
16. In fine, a. 1. addenda
17. In fine, a. 1. addenda
18. In fine, a. 1. addenda
19. In fine, a. 1. addenda
20. In fine, a. 1. addenda
21. In fine, a. 1. addenda
22. In fine, a. 1. addenda
23. In fine, a. 1. addenda
24. In fine, a. 1. addenda
25. In fine, a. 1. addenda
26. In fine, a. 1. addenda
27. In fine, a. 1. addenda
28. In fine, a. 1. addenda
29. In fine, a. 1. addenda
30. In fine, a. 1. addenda
31. In fine, a. 1. addenda
32. In fine, a. 1. addenda
33. In fine, a. 1. addenda
34. In fine, a. 1. addenda
35. In fine, a. 1. addenda
36. In fine, a. 1. addenda
37. In fine, a. 1. addenda
38. In fine, a. 1. addenda
39. In fine, a. 1. addenda
40. In fine, a. 1. addenda
41. In fine, a. 1. addenda
42. In fine, a. 1. addenda
43. In fine, a. 1. addenda
44. In fine, a. 1. addenda
45. In fine, a. 1. addenda
46. In fine, a. 1. addenda
47. In fine, a. 1. addenda
48. In fine, a. 1. addenda
49. In fine, a. 1. addenda
50. In fine, a. 1. addenda
51. In fine, a. 1. addenda
52. In fine, a. 1. addenda
53. In fine, a. 1. addenda
54. In fine, a. 1. addenda
55. In fine, a. 1. addenda
56. In fine, a. 1. addenda
57. In fine, a. 1. addenda
58. In fine, a. 1. addenda
59. In fine, a. 1. addenda
60. In fine, a. 1. addenda
61. In fine, a. 1. addenda
62. In fine, a. 1. addenda
63. In fine, a. 1. addenda
64. In fine, a. 1. addenda
65. In fine, a. 1. addenda
66. In fine, a. 1. addenda
67. In fine, a. 1. addenda
68. In fine, a. 1. addenda
69. In fine, a. 1. addenda
70. In fine, a. 1. addenda
71. In fine, a. 1. addenda
72. In fine, a. 1. addenda
73. In fine, a. 1. addenda
74. In fine, a. 1. addenda
75. In fine, a. 1. addenda
76. In fine, a. 1. addenda
77. In fine, a. 1. addenda
78. In fine, a. 1. addenda
79. In fine, a. 1. addenda
80. In fine, a. 1. addenda
81. In fine, a. 1. addenda
82. In fine, a. 1. addenda
83. In fine, a. 1. addenda
84. In fine, a. 1. addenda
85. In fine, a. 1. addenda
86. In fine, a. 1. addenda
87. In fine, a. 1. addenda
88. In fine, a. 1. addenda
89. In fine, a. 1. addenda
90. In fine, a. 1. addenda
91. In fine, a. 1. addenda
92. In fine, a. 1. addenda
93. In fine, a. 1. addenda
94. In fine, a. 1. addenda
95. In fine, a. 1. addenda
96. In fine, a. 1. addenda
97. In fine, a. 1. addenda
98. In fine, a. 1. addenda
99. In fine, a. 1. addenda
100. In fine, a. 1. addenda

